BEITRÄGE ZUR GESCHICHTE DER PHILOSOPHIE DES MITTELALTERS.

TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. CLEMENS BAEUMKER,

O. Ö. PROFESSOR AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

BAND I. HEFT 2—4.

AVENCEBROLIS (IBN GEBIROL) FONS VITAE EX ARABICO IN LATINVM TRANSLATVS AB IOHANNE HISPANO ET DOMINICO GVNDISSALINO. EX CODICIBVS PARISINIS, AMPLONIANO, COLVMBINO PRIMVM EDIDIT CLEMENS BAEUMKER.

MÜNSTER 1895.

DRUCK UND VERLAG DER ASCHENDORFFSCHEN BUCHHANDLUNG.

AVENCEBROLIS
(IBN GEBIROL)

FONS VITAE

EX ARABICO IN LATINVM TRANSLATVS

AB

IOHANNE HISPANO ET DOMINICO GVNDISSALINO.

EX CODICIBVS PARISINIS, AMPLONIANO, COLVMBINO

PRIMVM EDIDIT

CLEMENS BAEUMKER.

MONASTERII 1895.

FORMIS ASCHENDORFFIANIS.

EMINENTISSIMO DOMINO

GEORGIO KOPP

S. R. E. CARDINALI

PRINCIPI EPISCOPO WRATISLAVIENSI

S.

Prolegomena.

I. De praesidiis ad Auencebrolis Fontis uitae uerba constituenda adhibendis.

Praeclarus Auencebrolis[1]) liber qui Fons uitae inscribitur, postquam Arabicum exemplar, quantum scimus, periit, duobus documentis in nostram memoriam peruenit. Quorum unum est interpretatio latina, quam Iohannes Hispanus (Ibn Daûd, Auendehut, Auendeath), medicus Iudaeus, sed qui postea Christianam religionem amplexus est, et Dominicus Gundissalinus[2]), archidiaconus Segouiensis[3]), composuerunt, alterum locis e toto opere selectis continetur, quos Schem-Tob ibn Falaqera ex Arabico in Hebraeum sermonem uertit.

Falaqerae florilegium optime ad fidem codicis Parisini edidit Salomo Munk[4]). Iohannis Hispani Dominicique Gundissa-

---

[1]) De Auencebrole cf. S. Munk, Literaturblatt des Orients 1845, col. 721. Mélanges de philosophie juive et arabe. Paris 1859. p. 151 sqq. Seyerlen in: Theologische Jahrbücher hrsg. von Ferd. Chr. Baur und E. Zeller. XV. 1856. p. 486 sqq. XVI. 1857. p. 100 sqq. 258 sqq. A. Frank, Études orientales. Paris 1861. p. 361 sqq. A. Stöckl, Geschichte der Philosophie des Mittelalters. Mainz 1865. T. II. p. 60 sqq. B. Hauréau, Histoire de la philosophie scolastique. T. II, 1. Paris 1880. p. 29 sqq. Marcellinus Menendez Pelayo, Historia de los Heterodoxos Españoles. T. I. Madrid 1880. p. 387 sqq. Ueberweg-Heinze, Grundriss der Gesch. d. Phil. 7. Aufl. Berlin 1886. T. II. p. 212 sqq. J. Guttmann, Die Philosophie des Salomon ibn Gabirol (Avicebron), dargestellt und erläutert. Goettingen 1889. M. Steinschneider, Die hebräischen Übersetzungen des Mittelalters und die Juden als Dolmetscher. Berlin 1893. p. 379 sqq.

[2]) De his duobus interpretibus cf. quae collegit Paulus Correns in libello: Die dem Boethius fälschlich zugeschriebene Abhandlung des Dominicus Gundisalvi de unitate (Baeumker, Beiträge zur Gesch. d. Phil. des Mittelalters I, 1), p. 31 sqq.

[3]) cod. Parisin. bibl. nat. lat. 6552 fol. 43r.

[4]) L. c. p. א sqq. — De codice Parisino cf. pag. XVI, 1.

lini interpretatione usi sunt complures, uelut idem Munkius, qui ex codice bibliothecae nationalis Falaqerae uerba multis locis emendauit [1]), Seyerlen, qui inuento Mazarineo codice Auencebrolis disciplinam describere conatus est [2]), J. Guttmann, qui apographo codicis Mazarinei fultus totius libri partim ipsa uerba in Germanicam linguam uertit, partim argumenta breuiter enarrauit [3]); integram interpretationem edidit adhuc nemo.

Quae interpretatio latina quatuor codicibus memoriae nostrae tradita est [4]), quibus accedit epitome Campililiensis.

N. Antiquissimus est codex Parisinus bibliothecae nationalis lat. n. 14 700 (olim Sti. Victoris n. 32), membranaceus, scriptus saeculo XIII. exeunte, de quo cf. Bibliothèque de l'école des chartes. Trentième année, T. V. Sér. VI. Paris 1869. p. 40. Volumen illud permagnum praeter multos libros libellosque continet Fontem uitae inde a folio 161ᵛ usque ad fol. 228ᵛ. Qui codicem conscripsit, sermonis latini ita erat rudis, ut exempli gratia compendium forā (i. e. forma) persaepe in foram dissolueret, collectā (i. e. collectiua) in collectam (III 24, p. 136,18. c. 34, p. 159,3. c. 40, p. 170,14. 16. IV 12, p. 237,23), attractā (i. e. attractiua) in attractam (III 44, p. 179,1) aliaque id genus multa committeret [5]); sed cum ob eam ipsam inscitiam locorum deprauatorum pristinum colorem uanarum coniecturarum fuco mentiri nusquam conatus sit, liber ille uetustissimus ad uerba auctoris diiudicanda nihilominus maximae est auctoritatis [6]).

---

[1]) in appendice p. 528 sqq. nonnulla ex Mazarineo addidit expleuit correxit.

[2]) L. c. — [3]) L. c.

[4]) Quintus codex circa annum 1375 fuit in bibliotheca Romanorum Pontificum Aueniononensi. In codice enim 1840. recensionis a Gregorio XI. circa hunc annum factae praeter multa opera Senecae, Macrobii somnium Scipionis, Gundissalini librum de anima, librum qui incipit „Henricus", Algazelis logicam, Boethii diuisiones, epistolam librorum moralium continebatur „item liber fontis vite" (cf. Franc. Ehrle, Historia bibliothecae Romanorum Pontificum tum Bonifatianae tum Avenionensis. T. I. Romae 1890. p. 540). At istum codicem in bibliotheca Vaticana nunc non exstare Franciscus Ehrle beneuole me edocuit.

[5]) uelut *debet* pro *oportet* quinquies, ubi compendia oz et dz mutata sunt.

[6]) Quod ad res grammaticas attinet, solus *N* persaepe retinuit illud *imaginari*, ubi ceteri legunt *imaginare*. Cf. p. 397.

Eadem illa scriptoris ignorantia in causa fuit, cur in tractatu tertio quartoque ordo uerborum mirum in modum peruersus sit. Namque cum in exemplari, ex quo codex *N* transcriptus est, unius ternionis [1]) membranae per mediam partem complicatae casu quodam ita transpositae essent, ut membrana exterior atque interior loca mutarent, media locum teneret, inde euenit, ut foliorum ordo 1, 2, 3, 4, 5, 6 in hunc immutatus sit: 3, 2, 1, 6, 5, 4. Quod quo melius perspiceretur, has tabulas adieci, quarum in priore Auencebrolis locos addidi qui singulis foliis continebantur, in altera praeter hos locos etiam codicis *N* folia columnas uersus designaui, quae singulorum archetypi foliorum finibus respondent.

Pristinus ordo:

I. III 49, p. 189,23 aliarum ex imperfectione aliarum — III 52, p. 197,12 uirtus substantiae.

II. III 52, p. 197,12 superiori ex qua fluit — III 56, p. 204,20 fias quasi ignarus eius

III. III 56, p. 204,20 et tunc quasi includes — IV 1, p. 218,7 in perfectione et in imperfectione.

IV. IV 1, p. 218,8 M. Si sic essent diuersae — IV 5, p. 220,18 et formae harum.

V. IV 5, p. 220,18 substantiarum intelligibilium — IV 8, p. 228,18 in seperabilitate.

VI. IV 8, p. 228,18 et in inseparabilitate — IV 11, p. 235,26 infra eam et post-.

Foliorum perturbata series:

III. III 56, p. 204,20 — IV 1, p. 218,7 = cod. *N* fol. 200^{v} col. *a* v. 37 — fol. 202^{r} col. *a* v. 20.

II. III 52, p. 197,12 — III 56, p. 204,20 = cod. *N* fol. 202^{r} col. *a* v. 20 — fol. 203^{v} col. *a* v. 18.

I. III 49, p. 189,23 — III 52, p. 197,12 = cod. *N* fol. 203^{v} col. *a* v. 18 — fol. 205^{r} col. *a* v. 18.

VI. IV 8, p. 228,18 — IV 11, p. 235,26 — cod. *N* fol. 205^{r} col. *a* v. 18 — fol. 206^{v} col. *a* v. 1.

V. IV 5, p. 220,18 — IV 8, p. 228,18 = cod. *N* fol. 206^{v} col. *a* v. 1 — fol. 207^{v} col. *b* v. 33.

IV. IV 1, p. 218,8 — IV 5, p. 220,18 = cod. *N* fol. 207^{v} col. *b* v. 34 — fol. 209^{r} col. *b* v. 8.

---

[1]) Ternionem dico eam solum ob causam, quia duae membranae, quibus una interiecta erat, transmutatae sunt. Quare si quis potius quaternionis membranam secundam et quartam transmutatas esse contenderit, nihil est cur contradicam.

Scriptor codicis *N*, cum ordinem mutatum in suas membranas transcriberet, in medio uersu de uno exemplaris folio ad alterum transiluit, ut exempli gratia in eodem uersu locum IV 1, p. 213,7 ille III 52, p. 197,12 exciperet; quin etiam semel unum uocabulum *postquam* hoc modo ita diremit, ut prior syllaba *post* fol. 206ᵛ col. *a* v. 1 scripta sit, posterior *quam* fol. 209ʳ col. *b* v. 8 insequatur.

M. Codex Parisinus bibliothecae Mazarineae n. 3472 (olim 510), membranaceus, saeculi XIV. ineuntis. Fontem uitae exhibet in foliis 57 inde a 38ʳ usque ad 79ʳ. Codicem descripsit Augustus Molinier (Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Mazarine. T. III. Paris 1890. p. 95). Magistri discipulique sigla in eo persaepe omissa sunt, cum rubricator spatia rubris caeruleisque litteris explenda ornaturus quidem esset, sed opus non perfecerit. Vt aetate, ita auctoritate proxime ad codicem *N* accedit.

C. Codex Columbinus bibliothecae Capitularis siue Columbinae in urbe Hispali sitae, olim U—136—44 signatus, nunc inter Ferdinandi Columbi libros numero 5—25 insignitus, membranaceus, saeculi XIV. medii [1]). Is quamuis non sit optimae notae, nonnullas tamen antiquae memoriae lectiones, quas ab eius scriptore diuinatas esse a fide abhorret, solus seruauit [2]). Quaedam uitia, quae compendiis perperam intellectis nata uidentur, in eo saepissime occurrunt, ita ut paene sollemnia sint, uelut *intellectiua* pro *intelligentia* [3]), *quia* pro *et*.

A. Codex Amplonianus bibliothecae Erfordiensis, membranaceus, de quo plura inuenies apud Guilelmum Schum [4]) (Beschreibendes Verzeichnis der Amplonianischen Handschriften-sammlung zu Erfurt. Berlin 1887. p. 227 sq.). Cuius ea pars,

---

[1]) Perperam Marcellinus Menendez Pelayo (l. c. p. 398) saeculo XIII. eum attribuit.

[2]) uelut in ipso fere operis initio p. 5, 1 *reduxit*, quod Munkius coniectura restituit; II 17, p. 55, 8 *sustinens* etc.

[3]) *Intelligentia* in *C* recte exhibetur II 8, p. 29,2. III 27, p. 144,1. c. 48, p. 187,20. c. 54, p. 199,12. c. 57, p. 206,11. V 5, p. 265,17. c. 16, p. 287,1. c. 17, p. 288,23. c. 18, p. 291,3.

[4]) Viri clarissimi leuem in codicis foliis numerandis errorem — namque liber non 108, sed 105 folia habet, duobus foliis quae numeris insignita non sunt, uno post fol. 28, altero post fol. 29 interiectis — iam alio loco perstrinxi (Philosoph. Jahrbuch hrsg. von C. Gutberlet, VII. Fulda 1894. p. 189,2).

Eadem illa scriptoris ignorantia in causa fuit, cur in tractatu tertio quartoque ordo uerborum mirum in modum peruersus sit. Namque cum in exemplari, ex quo codex *N* transcriptus est, unius ternionis [1]) membranae per mediam partem complicatae casu quodam ita transpositae essent, ut membrana exterior atque interior loca mutarent, media locum teneret, inde euenit, ut foliorum ordo 1, 2, 3, 4, 5, 6 in hunc immutatus sit: 3, 2, 1, 6, 5, 4. Quod quo melius perspiceretur, has tabulas adieci, quarum in priore Auencebrolis locos addidi qui singulis foliis continebantur, in altera praeter hos locos etiam codicis *N* folia columnas uersus designaui, quae singulorum archetypi foliorum finibus respondent.

Pristinus ordo:

I. III 49, p. 189,23 aliarum ex imperfectione aliarum — III 52, p. 197,12 uirtus substantiae.
II. III 52, p. 197,12 superiori ex qua fluit — III 56, p. 204,20 flas quasi ignarus eius
III. III 56, p. 204,20 et tunc quasi includes — IV 1, p. 218,7 in perfectione et in imperfectione.
IV. IV 1, p. 218,8 M. Si sic essent diuersae — IV 5, p. 220,18 et formae harum.
V. IV 5, p. 220,18 substantiarum intelligibilium — IV 8, p. 228,18 in separabilitate.
VI. IV 8, p. 228,18 et in inseparabilitate — IV 11, p. 235,26 infra eam et post-.

Foliorum perturbata series:

III. III 56, p. 204,20 — IV 1, p. 218,7 = cod. *N* fol. 200^v col. *a* v. 37 — fol. 202^r col. *a* v. 20.
II. III 52, p. 197,12 — III 56, p. 204,20 = cod. *N* fol. 202^r col. *a* v. 20 — fol. 203^v col. *a* v. 18.
I. III 49, p. 189,23 — III 52, p. 197,12 = cod. *N* fol. 203^v col. *a* v. 18 — fol. 205^r col. *a* v. 18.
VI. IV 8, p. 228,18 — IV 11, p. 235,26 — cod. *N* fol. 205^r col. *a* v. 18 — fol. 206^v col. *a* v. 1.
V. IV 5, p. 220,18 — IV 8, p. 228,18 = cod. *N* fol. 206^v col. *a* v. 1 — fol. 207^v col. *b* v. 33.
IV. IV 1, p. 218,8 — IV 5, p. 220,18 = cod. *N* fol. 207^v col. *b* v. 34 — fol. 209^r col. *b* v. 8.

[1]) Ternionem dico eam solum ob causam, quia duae membranae, quibus una interiecta erat, transmutatae sunt. Quare si quis potius quaternionis membranam secundam et quartam transmutatas esse contenderit, nihil est cur contradicam.

Scriptor codicis *N*, cum ordinem mutatum in suas membranas transcriberet, in medio uersu de uno exemplaris folio ad alterum transiluit, ut exempli gratia in eodem uersu locum IV 1, p. 213,7 ille III 52, p. 197,12 exciperet; quin etiam semel unum uocabulum *postquam* hoc modo ita diremit, ut prior syllaba *post* fol. 206ᵛ col. *a* v. 1 scripta sit, posterior *quam* fol. 209ʳ col. *b* v. 8 insequatur.

M. Codex Parisinus bibliothecae Mazarineae n. 3472 (olim 510), membranaceus, saeculi XIV. ineuntis. Fontem uitae exhibet in foliis 57 inde a 33ʳ usque ad 79ʳ. Codicem descripsit Augustus Molinier (Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Mazarine. T. III. Paris 1890. p. 95). Magistri discipulique sigla in eo persaepe omissa sunt, cum rubricator spatia rubris caeruleisque litteris explenda ornaturus quidem esset, sed opus non perfecerit. Vt aetate, ita auctoritate proxime ad codicem *N* accedit.

C. Codex Columbinus bibliothecae Capitularis siue Columbinae in urbe Hispali sitae, olim U—136—44 signatus, nunc inter Ferdinandi Columbi libros numero 5—25 insignitus, membranaceus, saeculi XIV. medii [1]). Is quamuis non sit optimae notae, nonnullas tamen antiquae memoriae lectiones, quas ab eius scriptore diuinatas esse a fide abhorret, solus seruauit [2]). Quaedam uitia, quae compendiis perperam intellectis nata uidentur, in eo saepissime occurrunt, ita ut paene sollemnia sint, uelut *intellectiua* pro *intelligentia* [3]), *quia* pro *et*.

A. Codex Amplonianus bibliothecae Erfordiensis, membranaceus, de quo plura inuenies apud Guilelmum Schum [4]) (Beschreibendes Verzeichnis der Amplonianischen Handschriftensammlung zu Erfurt. Berlin 1887. p. 227 sq.). Cuius ea pars,

---

[1]) Perperam Marcellinus Menendez Pelayo (l. c. p. 398) saeculo XIII. eum attribuit.

[2]) uelut in ipso fere operis initio p. 5, 1 *reducit*, quod Munkius coniectura restituit; II 17, p. 55, 8 *sustinens* etc.

[3]) *Intelligentia* in *C* recte exhibetur II 8, p. 29,2. III 27, p. 144,1. c. 48, p. 187,20. c. 54, p. 199,12. c. 57, p. 206,11. V 5, p. 265,17. c. 16, p. 287,1. c. 17, p. 288,23. c. 18, p. 291,3.

[4]) Viri clarissimi leuem in codicis foliis numerandis errorem — namque liber non 108, sed 106 folia habet, duobus foliis quae numeris insignita non sunt, uno post fol. 26, altero post fol. 29 interiectis — iam alio loco perstrinxi (Philosoph. Jahrbuch hrsg. von C. Gutberlet, VII. Fulda 1894. p. 182,2).

quae praeter alia Auencebrolis Fontem uitae continet (fol. 62 r—81 v), propter compendiorum multitudinem ceteris libris lectu difficilior, saeculo XIV. exeunte uel XV. ineunte scripta est. Non a scriptore huius partis, quem Iohannem Wyssen de Berka fuisse Guilelmus **Schum** auspicatus est, sed manu quadam saeculi XVI. addita sunt, quae in folio antico cooperculo agglutinato leguntur: „Liber iste, scilicet Auicebron in libro fontis vite, non est autenticus [1]); magis enim iste liber debet dici fons mortis, quam fons vite, propter multas falsitates in ipso contentas, ut aliqui solennes doctores dicunt. Hec vir doctissimus Thomas de Aroetina in secundo Sententiarum distinc. tertia, articu. primi conclusionis ultime". Is codex, quippe qui ab homine linguae Latinae satis perito conditus sit, textum a grauioribus peccatis fere immunem exhibet; at cum in eo haud pauca glossemata in uerborum seriem inculcata [2]) multaque ex con-

---

[1]) Similia habet **Albertus Magnus** II. sent d. 1. a. 4: Et si obicitur de Platone in libro fontis uitae, respondeo quod apud me non habent auctoritatem aliquam libri illi.

[2]) Velut I 14, p. 18,14 *post* actionis *add.* per aliquid agens, *post* coniunctionem *add.* et quod sit per subiectum deferens. I 17, p. 21,22 *post* caelestis *add.* non recipiens. II 9, p. 40,11 *post* substantiae *add.* genericae. II 12, p. 44,27 *post* coniuncta *add.* liniamenta (cf. annot. ad p. 45,6). II 13, p. 47,6 *post* ut *add.* libere uel. II 16, p. 52,25 *post* quantitatis *add.* ex eodem sensu debere accipi. III 3, p. 79,26 *post* est *add.* forte motum (cf. annot. ad hunc locum). III 10, p. 100,27 *alteram probationem a uerbis* Vel aliter *incipientem addit.* III 15, p. 110,15 *post* lucidum *add.* ut speculum. III 24, p. 136,10 *post* magis circa *add.* unitae. III 39, p. 168,10 *post* simplicis *add.* esset. IV 20, p. 255,1 *post* sint *add.* in se. V 15, p. 284,25 *ante* applicatione *add.* ex. V 17, p. 289.1 *post* a uoluntate *add.* prima sibi creatas (cf. Falaq.). V 42, p. 334,6 *post* esse *add.* per se sine forma. ib. p. 335,23 *post* unius *add.* scilicet dei. — Addo me ex multis additamentis quae in *A* inueniuntur hic ea tantum afferre, quae non scriptoris socordia uel casu in contextum irrepserint, sed quae aut ad uerborum compositionem aut ad sententiam illustrandam consulto inserta esse appareat. Ex quibus etiam ea omisi, quae, cum inter codicem A et alium quem conueniant, non a scriptore codicis C excogitata, sed ab eo de antiquo exemplari accepta esse perspicuum est, uelut II 14, p. 48,9 *post* radix *add.* AM (*alio loco C*) id est regula. II 16, p. 51,25 *post* in intellectu quantitatis *add.* *AN* id est in hoc quod quantitas sit. III 9, p. 97, 18 *et* 20 *post* ueniens *add.* *AC* procedit. Quodsi quis obiciat ne id quidem certo demonstrari posse, illa glossemata quae in solo *A* leguntur ab ipso codicis A scriptore ficta esse, immo ueri similius esse, ea saltem partim iam in exemplaribus exstitisse, ex quibus codex A

lectura mutata sint [1]), ceteris auctoritate inferior est. Quamquam loci sunt, quibus *A* solus ueram lectionem exhibet [2]).

Codices *ACMN* egomet ipse omnes inspexi. Primum Amploniano Wratislauiam transmisso apographum confeci, quod postea, cum codicum *N* et *M* lectiones in eo enotassem, cum ipso exemplari contuli. Codices *N* et *M* intercedente uiro clarissimo qui in Borussia rerum scholasticarum summus praefectus est, Rudolfo Bosse, Leopoldus Delisle et Augustus Molinier, bibliothecarum Parisiensium Nationalis et Mazarineae praefecti, qua sunt comitate, Wratislauiam transmittendos curauerunt, ubi eos diligenter contuli, nec tamen minima quaecumque annotaui. Quod codicem Columbinum, quem ex aedibus Columbinis amoueri fundator illius bibliothecae testamento uetuerat, meum in usum conuertere potui, eximiae Georgii Kopp, S. R. E. Cardinalis Wratislauiensisque dioeceseos episcopi principis, benignitati debeo. Quo apud Zephyrinum Gonzalez, S. R. E. Cardinalem archiepiscopumque Hispalensem intercedente a Seruando Arboli, praefecto bibliothecae Columbinae, impetraui, ut vir cl. Simon de la Rosa y Lopez, bibliothecae illius officialis, codicem Antonio Rodriguez, photographo celeberrimo Hispalensi, traderet, qui ex eo Fontem uitae 108 tabulis lucis arte pulcherrime depinxit. Quarum tabularum impensas magna ex parte societas, quae Iosephi de Goerres nomen prae se fert, cum eius praefectum, Georgium de Hertling, adiissem, liberaliter fecit.

---

aut proxime aut longius ortus sit: non est cur contradicam. Nam utcumque res ista se habet: magno illo glossematum numero, dummodo ne codici *A* cum alio nobis conseruato communia sint, si non unicus codex *A*, attamen familia codicum, cuius locum inter superstites solus *A* obtinet, nobis designatur.

[1]) Velut II 11, p. 43,5 conuenientius *pro* conueniens. III 55, p. 200,19 quoddam *pro* quiddam. III 57, p. 206,15 unio accidentis cum substantiis *pro* unio accidentis cum anima (ut Falaqera quoque legit). IV 10, p. 234,16 essentiae *pro* esse (cf. quae ad hunc locum dicta sunt). V 6, p. 267,24 sensatam *pro* sensatum (cf. annot. ad h. l.). V 7, p. 269,21 consideratur (quod ad lacunam explendam addidit A; cf. annot. ad h. l.). V 10, p. 279,19 essentia *pro* existentia. V 18, p. 291,4 unitae in una essentia *pro* unitae in sua essentia. V 36, p. 326,11 lumen *pro* anima.

[2]) Velut II 11, p. 42,24 propria (cum Falaqera; reliqui: prima) II 16, p. 50,25 intra (*CMN* inter). IV 6, p. 225,19 natura (*CMN* materia). V 31, p. 315,16 diuersitas (*CMN* unitas; cf. Falaq.).

Qua auctoritate codicum *ACMN* unusquisque sit, iam supra exposui. Ceterum nullus neglegi debet. Nam ut quisque suis laborat uitiis [1]), ita haud raro quisque ueram scripturam solus seruauit. Quod non solum in lectiones cadit, sed etiam in lacunas ex singulis eorum explendas. Etenim solus *N* III 18, p. 120,1—2 uerba *spiritualis* . . . *sibi ipsi*, IV 3, p. 226,3—4 uerba *imaginare* . . . *sine tempore* praebet. Ex *M* quinquies locos in ceteris laceratos resarcire potui: III 5, p. 86,19—20 (*sed substantia* . . . *reciperet*), III 32, p. 154,25 (*ea ergo unitas*), III 33, p. 155,18 (*ergo multiplicitas per se est inuenta*), IV 20, p. 256,13 (*in sua causa*), V 10, p. 275,7—8 (*quomodo* . . . *ad esse*); ex *C* semel saltem: III 32, p. 155,11—13 (*et formae* . . *compositarum*); ex *A* bis: III 15, p. 110,21—23 (*tanto* . . . *patet*) et V 39, p. 28,5—6 (*in omni*). Ex quo elucet, hos codices *ACMN* non ex communi, sed alium ex alio fonte manasse et unumquemque seorsum a ceteris ad nostram memoriam peruenisse. Nam quod codices *N* et *M* persaepe consentiunt, id magis uetustati, quae a corruptionibus postea intrusis etiamtum libera erat, quam cognationi eorum tribuerim.

Quae cum ita sint, uerba Fontis uitae non ad unius cuiusdam codicis, qui archetypum quam accuratissime redderet, nor-

---

[1]) De glossematis in codicem *A* saepius inculcatis supra mentionem feci (p. XI, 2). Sed nullus ab his interpolationibus plane liber est. Quarum quae codici *A* cum alio quodam conueniunt, earum partim iam supra allatae sunt. Quibus duas codicum *CN* interpolationes addo, quas in antiqui exemplaris margine ad continuae scripturae uoces explicandas adiectas fuisse inde elucet, quod in utroque codice non eodem loco insertae sunt: III 50, p. 191,23: *scilicet quod sunt unius generis*; III 58, p. 197,19: *id est attribuens*. Alia exempla antiquarum interpolationum, quas uetustum exemplar codicibus *CMN* suggessit, habes II 18, p. 45,6: *id est linenmenta*, et III 13, p. 107,20: *uel quod est eas imitari actionem*, *quae est imitatio earum ad factorem primum*, quo loco illud *uel* initio positum glossema uelut digito monstrat. Ex interpolationum quae in solo codice *C* leguntur numero haud exiguo has commemoro: IV 13, p. 239,19 *post* unitas *add.* ideo quod numerus cadit sub uno. V 24, p. 302,7 *post* numeri *add.* et hoc est tertium, prius quo est illud de quo quaeritur quid est, sicut intellectiua: infra autem hanc est de quo quaeritur quale est sicut anima. V 27, p. 306,26 *ante* per se *add.* diuersitatis earum in sua essentia.

Voces omissas aut deprauatas cum unaquaeque pagina ex singulis codicibus creberrimas exhibeat, exempla earum afferre supersedeo.

mam redigenda erant — non enim existere eum codicem demonstraui —; sed maxime id attendendum erat, ut ex diuersis lectionibus ea eligeretur, quae aut sententiarum conexu aut orationis numero et concinnitate prae ceteris commendaretur. Quae ratio cum deficiebat neque utra lectio ex altera nata esse posset, certo diiudicari poterat, codicum maiorem partem sum secutus; ubi uero eorum numerus par erat, codicum *N* et *M* maiorem auctoritatem respexi.

Epitome Campililiensis. Ex opere Auencebrolis aliquantum diffuso, ut Hebraeis Falaqera, ita Latinis uir quidam doctus saeculi ut uidetur XIII. epitomen confecit, quam in codice 144 bibliothecae monasterii Cisterciensium Campililiensis (Lilienfeld) in Austria inferiore siti exaratam habemus. Hanc epitomen non a codicis scriptore compositam esse libri condicione probatur; nam mendorum lacunarumque, quibus scatet, numerus multo maior est quam qui ipsi epitomatori acumine atque rerum doctrina praedito tribui possit. Codex est membranaceus, saeculo XIV. ineunte scriptus. Fontis uitae summarium continet inde a folio 170^v usque ad 180^r. Summatim de Campililiensi refert Conradus Schimek (Xenia Bernardina. Pars secunda. Handschriften-Verzeichnisse der Cistercienser-Stifte der österreichisch-ungarischen Ordensprovinz. Bd. I. Wien 1891. p. 529 sqq.). Cuius uerbis quae ipse nuper addidi (Philosophisches Jahrbuch hrsg. von C. Gutberlet. VI. Fulda 1893. p. 164 sqq)., ea partim ipsius Conradi Schimek, piae memoriae, litteris debeo, partim edidici, cum iste liber Alberici Heidmann, abbatis Campililiensis, et Gregorii Kubin, bibliothecae nunc praefecti, beneuolentia ad me Wratislauiam transmissus esset, ubi eum contuli.

Epitomen Campililiensem originem ex Gundissalini Iohannisque Hispani interpretatione ducere uel leuiter eam inspicienti patebit. Totae sententiae ad uerbum congruunt, aliae paucis tantum uerbis omissis aut transpositis differunt; lacunae eaedem hiant [1]), aspersa sunt eadem menda [2]). De illa interpretatione

---

[1]) Velut II 14, p. 48,20. III 16, p. 118,20. c. 27, p.. 148,16.

[2]) Cf. p. 20,1 formam (l. materiam), 24,16 generis (l. corporis), 89,18 simplices substantiae (l. simplicium substantiarum), 109,8 sibi (l. formae), 148,20 ea (l. eam), 199,14 uirtus (l. uirtutis), 268,7 considerata (l. constituta), 290,3 secundus (l. tertius), etc.

qui opus in epitomen redegit, institutum hoc modo perfecit: nonnullas sententias integras excerpsit, alias paulum amputauit, multa quae copiosius dicta erant in angustias coegit [1]), interdum ad sensum explicandum sua addidit [2]), quaedam etiam plane omisit. In quo a Falaqera differt, qui tantum integras sententias ex toto opere elegit, quas de Arabico in Hebraeum sermonem uerteret.

Ad corruptelarum sordes a scriptoris uerbis remouendas epitome Campililiensis exigui est pretii. Bene tamen ea ad operis sententias in uno conspectu ponendas uti possumus. Quam ob causam breuiarium illud et id quidem multis locis, ut opinor, emendatum in appendice imprimendum curaui, ipsius Fontis uitae paginis in marginibus appositis, quo facilius ad quae quaeque respicerent, oculis conspici posset.

Falaqerae florilegium. Codicibus Fontis uitae quotquot aetatem tulerunt, itemque epitome Campililiensi adiuti auctoris uerba si constituerimus, non tamen omnia uitia sanare poterimus. Restat lacunarum mendorumque haud exiguus numerus, qui cum omnibus codicibus seruatis communis sit, in eorum archetypo iam inerat. Quorum uitiorum culpa aliquotiens in ipsos interpretes conferri potest [3]), persaepe non potest. An putemus interpretes latinos ne numerare quidem potuisse, cum II 14, p. 48,12 nouem ordines subsistentiae dicant, tantum octo recenseant? uel cum V 34, p. 320,3. 4 intellectum secundum bis afferant, tertium omittant?

---

[1]) Propter breuitatis studium disputatio haud raro tam obscura facta est, ut nisi ipso Auencebrolis libro inspecto intellegi uix possit; confer p. 357 not. 8; p. 365 n. 6; p. 367 n. 7 aliosque multos locos.

[2]) Cf. p. 348 not. 1, p. 378, n. 4; p. 384, n. 8; p. 386 n. 2; praeterea p. 348 v. 29: quia est finis esse ex parte inferiorum et principium ex parte superiorum; p. 359 v. 16: a quo relegatur omnis inuidia, etc.

[3]) Velut p. 89,15. 201,7. 205,15. 208,25. 248,9. 250,8. 310,9—10; cf. quae ad hos locos annotata sunt. Ipsis interpretibus fortasse id quoque ascribendum est, quod eadem uox aliquotiens duobus modis translata est, uelut 87,14: formae, notae, 174,14: exemplariter, imaginabiliter, 243,16: impedimentum uel obstaculum, 285,13: unde, propter hoc; at cum corrigendi, non copiose illustrandi causa id factum esse uideatur, alterutram interpretationem deleui.

Itaque praeter recensionem emendatione opus est. In qua priusquam ad coniciendum confugiamus, si qua medicina aliunde peti potest, libenter eam accipiamus. Et quidem contigit, ut haud paucae operis particulae, imprimis ex tractatibus IV. et V., Falaqerae libello, de quo iam saepe mentionem feci, in Hebraicam linguam uersae nobis seruatae sint [1]). Qui libellus et ipse quidem uitiis liber omnino non est. Nam praeter peccata in quibus cum interpretatione latina conuenit [2]), etiam suas habet lacunas [3]) suasque corruptelas [4]) atque interpolationes [5]). Attamen ut Falaqerae codex ex interpretatione Latina multis locis a Munkio correctus est, aliis adhuc augeri potest: ita hanc ex illo haud raro emendari posse haec editio demonstrat. In qua re Iacobo Freudenthal, collegae amico, gratiam habeo, qui, cum singulas plagulas typis exscriptas mecum perlegeret, multis locis a me ex Falaqerae florilegio correctis complures grauissimos addiderit.

Erit fortasse, qui in interpretatione Latina Falaqerae auxilio emendanda me nimium fuisse dicat, ita ut interdum non interpretationis codices, sed ipsos interpretes castigauerim. Cui responderim, me in interpretem quam in auctorem peccare maluisse, cum praesertim singula quaeque, quae codicibus inuitis mutata aut addita sunt, litteris quas Italicas uocant confestim denotarentur.

---

[1]) Falaquerae florilegium uno quantum scimus codice Parisino, ex quo Munkius eum transcripsit, exhibetur. Is liber, quem egomet ipse, dum Parisiis uersarer, inspexi, olim hebr. anc. f. 289, nunc inter hebraeos bibliothecae nationalis numero 700 insignitus, papyraceus, saeculi XV, Falaqerae florilegium continet 14 foliis a fol. 146v usque ad fol. 159v. In quo singulae sententiae paruis lacunis uoceque אמר in capite uniuscuiusque sententiae (non solum in initiis singulorum librorum, ut apud Munkium) addita distinguuntur, ita ut Munkius nihil nisi numeros addiderit. Quod propter dubitationem a uiro cl. I. Guttmann (l. c. p. 7 adn. 2 c. fin.) motam commemoro.

[2]) Cf. quae ad p. 239,7. 243,9. 289,8 dicta sunt, aliaque id genus multa.

[3]) Cf. adnot. ad 157,14–17. 243,20–244,4.

[4]) Cf. adnot. ad 171,3–9. 266,16. 302,3. 326,6–8. 329,11. 330,22.

[5]) Velut III 18, p. 108,10. IV 18, p. 240,1. V 17, p. 289,1. ib. p. 290,7. V 30, p. 312,11. 12. Quarum interpolationum partim uoce כלומר praeposita indicantur.

Codicum mendis corrigendis denique illi scriptores Latini sunt subsidio, qui Fonte uitae in suis ipsorum disputationibus usi sunt. Inter quos Guilelmus Aluernus[1]), Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Iohannes Duns Scotus, alii, Auencebrolis non tam uerba quam sententias memorant, ita ut ad uerba auctoris constituenda paene nullius sint pretii; grauissimus uero testis est Dominicus Gundissalinus. Is integros Auencebrolis locos, posteaquam totum opus cum operae socio de Arabico sermone in Latinum conuertit, in libellos quos ipse confecit paene ad uerbum transtulit, ita ut plerumque tantum eas mutationes faceret, quibus oratio magis pura atque commoda redderetur. Itaque non est mirum, quod in nonnullis locis ex istis Gundissalini libellis aut medicinam parare[2]), aut de lectionibus uariis certum iudicium ferre potuimus[3]). Quod maxime quadrat in libellos de unitate et de processione mundi, non ita in librum de anima[4]). Ex quibus tractatum de unitate, postquam post editiones Venetas[5]) anni 1492 et a. 1499 editionibus Basiliensibus a. 1546 et a. 1570 miserrime deformatus est, Paulus Correns ad codicum fidem emendauit[6]); opus de processione mundi uir cl. Menendez-Pelayo ex codice Parisino bibl. nat. lat. 6443 publici iuris fecit[7]).

---

[1]) Cf. p. 330 adnot. ad v. 24; J. Guttmann, l. c. p. 54 sqq. p. 162 n. 3.

[2]) II 21, p. 62,21: unitas simplicitatis.

[3]) Cf. locos p. 393 collectos.

[4]) Quem magna ex parte edidit A. Loewenthal, Pseudo-Aristoteles über die Seele. Berlin 1891. p. 79—131. — Gundissalini liber de immortalitate animae nihil de Fonte uitae transcriptum continet.

[5]) Cf. Hain, Repertor. bibliogr. n. 8351 et 8352. Editiones Venetae, quibus Correns uti non potuit, in libello de unitate ad uerbum consentiunt. Quorum textui iam foede deprauato editiones Basilienses nonnulla noua uitia asperserunt.

[6]) Baeumker, Beiträge, I 1, p. 3—11.

[7]) l. c. p. 691—711. Nonnulla quae Menendez Pelayo perperam legit, cum codicem ipse inspicerem, corrigere potui. Alia ex codice Laudinensi emendaui, qui Gundissalini librum inde a fol. 16r continet; cf. quae dixi in: Philos. Jahrb. hrsg. v. Gutberlet, VI, p. 427. n. 1.

II. De huius editionis ratione ac disciplina.

De huius editionis ratione ac disciplina pauca expositurus primum de ipsius operis institutione, deinde de indicibus dicam.

Atque ueram scriptoris formam Auencebrol codex *M* in subscriptione (p. 339,5) seruauit. Eam enim formam cum proxime ad Arabicam ibn Gebirol (ibn Dshebirol) accedat[1]), genuinam habendam esse existimo, ex qua Auicebrol[2]), Auencebron[3]), Auicebron[4]), Auicembron[5]), Auicerbron[6]) aliaeque nominis deformationes facile deriuari possunt. Quae deprauatio quomodo euenerit, ex Guilelmi Aluerni libri de uniuerso codicibus optime perspici potest; nam ubi codicum Parisinorum uetustior saeculo XIII. ortus habet genuinam formam Auencebrol, alter codex qui saeculi XIV. est praebet cum editionibus Auencebron; alio loco quo ambo exhibent formam uerae proximam Auencebron, editiones habent Auicembron[7]).

In ipsa inscriptione constituenda codicis *N* auctoritatem secutus sum, qui haec praebet: Liber fontis uitae de prima parte sapientiae id est scientia de materia et forma uniuersali. Ad quem proxime accedit *A*. Quodsi apud Guilel-

---

[1]) Cf. Auempace i. e. ibn Badsha, Auendehut i. e. ibn Daûd.

[2]) Epitome Compil. p. 341; cf. Auicenna i. e. ibn Sina.

[3]) Guilelm. Aluern. de uniu. II 1, c. 33, p. 786 col. *b* F ed. Venet. 1591; p. 834 col. *a* F ed. Aurel. 1674. Cod. Parisin. bibl. nat. lat. 14310 saeculi XIV. hoc loco exhibet, ut ed. Ven. et Aurel., auencebron (fol. 184^v col. a), sed eiusdem bibliothecae codex 15756 qui saeculi XIII. est seruauit antiquam formam auencebrol (fol. 55^r col. a).

[4]) cod. *C* et *A*; cf. adn. ad p. 1, 1—4.

[5]) Guil. Aluern. de uniu. I 1, c. 26, p. 587 col. *b* B ed. Venet.; p. 621 col. *b* B ed. Aurel. — Codices Parisini hoc loco ambo praebent auencebron (cod. 14310 fol. 22^v col. a; cod. 15756 fol. 15^r col. a).

[6]) Thomas Aquinas, Summa theol. I q. 50. a. 1 c., in edit. Piana, Romae 1570, T. X fol. 171^r. Editio Leonina hoc loco cum codicibus Vaticanis praebet Auicebron, quam formam etiam in omnibus Thomae Aquinatis tum commentarii in Sententias, tum quaestionis de anima codicibus Parisinis, quos in bibliotheca nationali inspexi, inueni.

[7]) Cf. not. 3 et 5.

mum Aluernum legimus [1]): „Auicembron autem theologus, nomine et stilo ut uidetur Arabs . . . in libro quem uocat fontem sapientiae“: eum aut duas inscriptionis partes confudisse, aut plenam inscriptionem „liber fontis uitae de prima parte sapientiae“ uocabulis mediis omissis truncasse putauerim.

Indicem fontis uitae etiam Falaqerae לקוטים מן ספר מקור חיים confirmant. Qui quid sentiat, ex ipsius operis fine cognoscitur; cf. F. vit. V 43, p. 338,20: D. Quis est fructus quem consequemur ex hoc studio? M. Euasio mortis et applicatio ad originem (*i. e. fontem*) uitae.

Altera inscriptionis pars, quae est: de prima parte sapientiae id est scientia de materia et forma, his locis declaratur: F. vit. I 7, p. 9,24: Partes scientiae omnis tres sunt, scilicet scientia de materia et forma, et scientia de uoluntate, et scientia de essentia prima. Ib. p. 10,11: D. Quae harum scientiarum praecedit aliam? M. Secundum disciplinam scientia materiae et formae est ante quam scientia uoluntatis et ante quam scientia essentiae primae; sed secundum esse e contrario est. I 8, p. 10,22: Nunc autem prius inquire scientiam materiae et formae, quia haec sapientiae prima pars ordine prior est duabus ultimis. V 1, p. 257,11: . . . ideo ut haec prima pars sapientiae (*i. e.* scientia de materia uniuersali et forma uniuersali) sit mihi scala ad secundam et tertiam partem eius, id est ad scientiam de uoluntate et scientiam de essentia prima. V 36, p. 322,20: Origines scientiae et radices eius tres sunt. prima earum est scientia de materia et forma . . . secunda est scientia de uerbo agente, id est uoluntate. tertia est scientia de essentia prima.

Quod etiam tractatuum indices codicis *N* singularem auctoritatem secutus in orationem continuam recepi, neque uero in paginarum margines inferiores expuli, id quod multi malunt: non dubito quin futurum sit ut id apud quosdam uiros doctos in uituperationem ueniat. At mea sententia in libris scriptorum mediae quidem aetatis hae rubricae quae uo-

[1]) de uniu. I 1, c. 26, p. 587 col. *b* B ed. Ven., p. 621; col. *b* H ed. Aurel. Codices Parisini excepta nominis Auencebrolis forma cum editionibus consentiunt.

cantur plerumque non a nescio quo rubricatore in scriptoris uerba inculcatae sunt, sed, postquam ab ipso auctore tractatibus praepositae sunt, de ipsius auctoris exemplari a librario qui ex eo codicem ornatiorem nitidioremque describebat, deinceps a ceteris librariis in infimam paginam sunt transcriptae, eo consilio, ut opere finito a rubricatore suis locis in spatiis huic rei relictis minio adpingerentur. Quod cum haud raro omitteretur, fieri non potuit quin liber ex codice imperfecto descriptus eiusque filii inscriptionibus carerent, praesertim si titulus a librario in infima pagina atramento ascriptus glutinatoris cultro, id quod persaepe accidebat, recidebatur. Itaque qui bonorum codicum indices eam ob causam in annotationem criticam quam dicunt detrudendos esse censent, quia ab aliis absunt: nihil aliud faciunt quam imperfectos libros perfectis anteponunt.

Iam ad ipsam scriptoris orationem peruentum est. Ad quam restituendam quae fides singulis codicibus tribuenda sit, quod auxilium in ceteris praesidiis positum, supra exposui. Restat ut de codicum usu qualis in annotatione sit, pauca addam.

Atque iam dixi praesertim ex codicibus *M* et *N* me non minima quaeque attulisse. Eas quoque lectiones quae ad solam scribendi rationem mediae aetatis propriam attinent, sexcenties afferre superuacaneum duxi; satis habui talia aut semel aut iterum commemorare. Nam in codicibus illius aetatis formas *diffinitio*, *liniamentum*, *liniacio* — *hijs* — *sillogismus*, *ymaginatio*, *ydemptitas*, *loycus* — *yle*, *ylearis*, *spera*, *perhenniter*, *hanima* idque genus alia aut ubique aut saepius inueniri non est quem edoceri oporteat.

Difficultates haud raro in compendiis ambiguis suberant; nam utrum exempli gratia *assertio* an *asseueratio*, *signare* an *significare*, *e contrario* an *e conuerso* legendum sit, persaepe diiudicari nequit. Imprimis pronomina *alius* et *aliquis* dubitationi locum dabant. Quod non in compendia proprie dicta ualet, nam a° semper est *alio*, a^{a} *alia*, aliq *aliqua*, alic^{i} *alicui*; sed formae ut uidetur plene scriptae *alio* et *alia* tam multis locis exhibentur, quibus *aliquo* aut *aliqua* legendum esse in

promptu est, ut illas formas harum quasi sigla habenda esse ueri simile sit. Itaque ne longus essem, in apparatu critico de uerbis *alius* et *aliquis* ea tantum protuli quae a dubitatione aliena essent, formas uero *alio* et *alia* pro *aliquo* et *aliqua* usurpatas praeterii.

Quod ad orthographiam attinet, satius duxi librum antiquae scripturae accommodare, quam historicorum more scripturam mediae aetatis exprimere. Hoc enim scribendi genus si conseruassem, haud dubie legentium parti multo maiori durius uisum esset.

Litteris maiusculis quas appellant in enunciationum initio usus non sum nisi ubi nouus sententiarum ordo inciperet. Ea ratio cum in aliis tractatibus tum in tertio, qui probationibus abundat, maxime idonea uidebatur ad argumentorum dispositionem indicandam. De qua lege in epitome Campililiensi declinaui, ne breuiarii illius, quod carptim argumenta perstringit, aspectus litteris maiusculis et minusculis continua uicissitudine uariantibus nimis uarius redderetur.

Vt quisque operis locus facilius inueniri posset, libros in capita diuisi. In quo Amplonianum secutus sum, qui inter superstites solus capitum numeros addit [1]). Quamquam eius diuisio interdum paululum immutanda erat, cum is haud raro capitis initio contextam orationem inepte dirimat.

Loci secundum Falaqerae paragraphos Munkianas memorati ut confestim ad meam editionem referri possent, non solum sub interpretatione Latina Falaqerae paragraphos addidi, sed etiam tabulam adieci, in qua Falaqerae apud Munkium numeri cum hac Auencebrolis editione comparantur.

Indices locupletissimos esse uolui, quo commodius et uerba et sententiae libri interdum plus aequo diffusa paterent.

---

[1]) Caue ne uoce *capitulum* a scriptore saepius usurpata (I 9, p. 11,28. III 48, p. 175,23. c. 46, p. 183,30. c. 47, p. 184,18. c. 50, p. 191,2. c. 56, p. 208,1. c. 58, p. 209,21. IV 6, p. 224,10. V 24, p. 301,15) inductus scriptorem ipsum singulos libros in capita distribuisse putes. Hac enim uoce non distincta quaedam operis particula significatur, sed locus de quo disputatur.

Quod in indice auctorum etiam eos locos collegi, quibus scriptor ad alios quidem respicere uidetur, sed qui isti sint non addit: id eo factum est ut fontes philosophiae Auencebrolis indagaturis consuleretur.

In indicem nominum ea uocabula recepi, quae aut propter raritatem usus aut propter structuram memorabilia uidebantur. Ex quibus quae aut apud Aegidium Forcellini aut apud Dominum Du Cange eiusque continuatorem Laurentium Dieffenbach non leguntur, signis distinxi.

In indice rerum ea quae ad philosophiam spectant quantum potui plene collegi, ita ut ipsos locos, amputatis tamen quae superflua uidebantur, exscriberem; in aliis uarii usus aliquot exempla afferre satis esse saepe uisum est. In quo indice conficiendo si quid labore improbo fatigatus aut omittendo aut numeris perperam scriptis commiserim, id ab aequis iudicibus condonatum iri spero.

In fine praefationis pio gratoque animo eos recolo, quorum opera in hoc opere conficiendo semel iterumque adiutus sum. In quo numero praeter uiros clarissimos, quos supra nominaui (p. VIII. XII. XIV.), sunt Sigismundus Fraenkel, Jacobus Freudenthal, Georgius Hueffer, Arthurius Koenig, Franciscus Praetorius, Augustus Rossbach, Iosephus Staender collegae amici. Quibus gratias semper habebo.

Vberiora prolegomena tertio huius editionis fasciculo adiecturus, hic codicum sigla explicare satis habeo.

A	codex Amplonianus fol. 331;
C	codex Columbinus, olim U—136—44, nunc inter Ferdinandi Columbi libros 5—25;
M	codex Parisinus bibliothecae Mazarineae olim 510, nunc 3472;
N	codex Parisinus bibliothecae Nationalis 14700, olim St. Victoris 32.

Pagina.

Liber Fontis uitae de prima parte sapientiae id est scientia de materia et forma uniuersali 1

Tractatus primus 2

Tractatus secundus 23

Tractatus tertius 73

Tractatus quartus 211

Tractatus quintus 267

Appendix. Epitome Campililiensis 341

Falaqerae apud Munkium numeri cum hac Auencebrolis editione comparantur 388

Index auctorum 391

Index nominum 394

Index rerum 400

Addenda et corrigenda 364

BEITRÄGE ZUR GESCHICHTE DER PHILOSOPHIE DES MITTELALTERS.

TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. CLEMENS BAEUMKER,
O. Ö. PROFESSOR AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

BAND I. HEFT 2.

AVENCEBROLIS (IBN GEBIROL) FONS VITAE, EX ARABICO IN LATINVM TRANSLATVS AB IOHANNE HISPANO ET DOMINICO GVNDISSALINO. EX CODICIBVS PARISINIS, AMPLONIANO, COLVMBINO PRIMVM EDIDIT CLEMENS BAEUMKER. FASCICVLVS I.

MÜNSTER 1892.
DRUCK UND VERLAG DER ASCHENDORFF'SCHEN BUCHHANDLUNG.

LIBER FONTIS VITAE

DE PRIMA PARTE SAPIENTIAE

ID EST

SCIENTIA DE MATERIA ET FORMA VNIVERSALI.

Diuiditur autem in quinque tractatus. primus eorum est de his quae debent pr*ae*poni ad assignationem materiae uniuersalis et formae uniuersalis et ad assignationem materiae et formae in substantiis compositis. secundus de substantia sustinente corporeitatem mundi. tertius de assecuratione substantiarum simplicium. quartus de scientia intelligendi materiam et formam in substantiis simplicibus. quintus de materia uniuersali et de forma uniuersali.

1—4 *inscriptionem om. M; in A exhibetur:* Incipit methaphisica Auicebron. de fonte vite prologus. Liber fontis vite de prima parte sapiencie scilicet sciencia de materia et forma; *C praebet:* Incipit liber fontis vite Avicebron philosophi; *in N legitur:* Liber fontis uite de prima parte sapiencie id est sciencia de materia et forma uniuersali. tractatus primus   5 Diuiditur] Siuiditur (*non* Scinditur, *quod ex codice Columbino affert Menendez Pelayo, Historia de los Heterodoxos Españoles, vol. I, p. 396; errauit rubricator in littera initiali) C*   eorum *om. C*   6 de his *om. A*   praeponi *correxi ex inscriptione tractatus pag. 2,2, quam praebet N (cf. p. 12, 9:* primus eorum est de eis quae debent anteponi ad assignandum *etc.*): proponi *A M N*, imponi *C*   assignatione *M*, significationem *C N*   7 et formae uniuersalis *om. M*   ad (*post* et) *om. A C N*   assingationem *N*   8 in] et in *C*   9 corporietatem *C*   assecuerione *N*, assertione *A*   12 materia] substantia *C*   de (*post* et) *om. M*   uniuersali] utili *C*

TRACTATVS PRIMVS.

DE HIS QVAE DEBENT PRAEPONI AD ASSIGNATIONEM MATERIAE ET FORMAE VNIVERSALIS *ET* AD ASSIGNATIONEM MATERIAE ET FORMAE IN SVBSTANTIIS COMPOSITIS.

1. **Magister.** Postquam ex bonitate naturae et studio scientiae profectus iam tantus tibi euenit, incipe interrogare, quod potius tibi uisum est de inquisitionibus. sed accede in hoc ad interrogationem ultimam, qua quaeritur q u a r e f a c t u s e s t h o m o. modus autem loquendi currat inter nos interrogatio et responsio secundum regulam probationis.

Discipulus. Quomodo autem a nobis ordinabitur positio interrogationum et responsionum secundum regulas probabiles sine magna mora et multa praemeditatione? etenim si nos uoluerimus obseruare regulas probationis in omni propositione quae uenerit inter nos, prolongabitur labor et poena augebitur.

M. Ita est ut dicis. sed ponamus argumentationes et propositiones dispersas de hoc quod currit inter nos de inquisitionibus, quousque incipiamus eas ordinare in sequentibus secundum regulas logicas, post inuentionem terminorum earum et assecutionem totius quod competit ipsis in se et habitudine earum. sed

---

1—4 *inscriptionem om.* *ACM* 3 Et *om.* *N* 5 Magister *om.* *C* ex] de *N* 6 euenerit *C* 6—7 tibi potius *N*, potius de inquisitionibus quod tibi uisum sit *A* 7 accedit *C* hoc ad] hanc *A* intentionem *CN* 9 currit *C* et *om.* *C* 11 autem *om.* *N* ordinabitur a nobis *N* 12 et *om.* *C* *post* responsionum *add.* M. (*i. e.* Magister) *M* 14 obseruare *om.* *M* probationum *A* propositione] probatione *C* 15 euenerit *N* 16 M.] D. *M*, Et *N* *post* dicis *add.* M. *M* proponamus *N* argumentationis *N* 17 curreret *N*, curreret *M*, currēt *C* 18 eas *om.* *M*, ordinare eas *N* consequentibus *N* secundum regulas *om.* *N* eorum *A* 20 ipsis *om.* *N* habitudine earum] habitudinearum *N*

si forte acciderit nobis in aliqua quaestionum ut ordinemus eam secundum regulam figurae dialecticae, hoc tamen faciemus absque consideratione ordinationis terminorum in propositionibus, quia consideratio huiusmodi deuiaret ab incepto.

D. Iam nosti meum studium circa artem probationis et meum desiderium circa illam a longo tempore; sed quia inuenio in anima mea multas inquisitiones, uereor quod probatio deficiat mihi ad comprehendendam ueritatem omnium illarum.

M. Caue ne putes quod aliqua sit ex quaestionibus ad cuius certitudinem faciendam probatio tibi deficiat, postquam plene dederis arti logicae ius suum et non festines ad iudicandum de rebus subito.

D. Certifica mihi hoc probatione, quia multum consolidabor in illa.

M. Opus est ut distribuas res in duos modos, quoniam earum alias possibile est homini scire, eo scilicet quod cadunt sub intelligentia humana, alias non est possibile homini scire, eo scilicet quod excedunt intelligentiam eius. quae autem possibile est homini scire, aut illa necesse est ut sint per se nota, aut non. quae autem per se nota sunt, non est necesse ad sciendum ea probationes inducere; quae uero per se nota non fuerint, fiet cognitio eorum mediante probatione, et secundum diligentiam obseruandi regulas probationis, id est regulas dialecticae artis, perficictur certitudo inquisitionis.

2. D. Multum satisfecisti mihi per hanc dictionem et animasti me ad scientiam probationis. sed amodo uolo interrogare te de inquisitionibus, quae scilicet magis necessariae esse uidentur, concepta fiducia interrogandi ex benignitate tui animi.

M. Interroga de quibuscunque uolueris, quia benignus ero tibi.

D. Quid est ergo, quod debet homo inquirere in hac uita?

---

1 acciderit] ucci (*in extremo uersu*) *N* 2 secundum ordinem et regulam *C* 5 disciplinam uel artem *A* 7 deficiet *N* 8 illarum omnium *C* 9 quaestionis *N* 11 uidendum *A* 13 hoc mihi *A*, mihi hanc probationem *C* consolabor *A M N* 15 destribuas *A* 16 alia *N* quod scilicet *A* 17 homini possibile *C* scire res *A* 18 eo scilicet quod *C* excedant *C* 18 quod *C* est *om.* *A*, est homini possibile *C* 20 ad sciendum ea non est necesse *A*, ea *om.* *C* 22 earum *M* 23 id est] et *A* 24 quaestionis *A* 25 sati fecisti mihi *N*, mihi satisfecisti *A* 27 scilicet quae *M N*

M. Postquam pars hominis sciens melior est omnibus partibus eius, tunc quod magis opus est inquirere, scientia est. quod autem de scientia magis necessarium est scire, hoc est ut sciat se ipsum, ut per hoc uidelicet sciat alia quae sunt praeter ipsum, quia eius essentia est comprehendens omnia et penetrans, et omnia subiecta sunt eius uirtuti. cum hoc etiam debet inquirere scientiam causae finalis propter quam conditus fuit, et ut multum studeat ad illam, quia propter hoc consequetur felicitatem.

D. Essentia hominis habet causam finalem quare sit?

M. Cur non? cum omnia subiecta sint uoluntati unius magni.

D. Palam fac mihi hoc.

M. Quia uoluntas est uirtus diuina adinueniens omnia et mouens omnia, ideo non est possibile ut aliquid fiat sine ea.

D. Quomodo hoc est?

M. Quia enim motus per quem cuncta generata sunt alligatus est uoluntati, necesse est ut motus eorum sit ex motu eius et quies eorum ex quiete eius.

D. Quid sequitur hoc?

M. Hoc sequitur ut quies, motus, in generatione hominis et ceterorum sit ex causa cogentis uoluntatis.

D. Quae est ergo finalis causa generationis hominis?

M. Applicatio animae eius cum mundo altiore, ut unumquodque redeat ad suum simile.

D. Quomodo pertingemus ad hoc?

M. Scientia et opere, quia per scientiam et operationem coniungitur anima saeculo altiori. scientia etenim ducit ad opus, et opus separat animam a suis contrariis quae laedunt

---

p. 4,1—12 = Falaqera I, §. 1. p. 4,14—5,4 = Falaqera I, §. 2.

---

2 opus *om.* *C* 3 quod] quia *N* de *om.* *C* est necessarium *C* 4 se ipsum . . . sciat *om.* *N* uidelicet] inde *C* sciet *A* 5—6 et penetrans et *om.* *N* 6 haec *N* 8 consequitur *C* 11 Cur] Quare *C* cum *om.* *M* sint subiecta *N*, subiecta sunt *C* 14 omnia (*ante* et) *om.* *C* 17 per] secundum *N* 18 *post* ut *add.* exitus eorum in esse ut *A* *post* sit *add.* ex uelle eius *A* *post* eius *add.* cessatio essendi *A* 19 eius *om.* *A* 21 generatio *N* 23 causa finalis *M N* 24 cum] ut *N* *post* altiore *addit* *A* mundum altiorem forte uocat deum et intelligentiam 25 reddeat *M* 26 perintingemus *N* 28 operatione *A* 28 enim *A N* 29 et opus *om.* *M*

eam, et reducit eam ad suam naturam et suam substantiam; et omnino scientia et operatio liberant animam a captiuitate naturae et purgant eam a suis tenebris et obscuritate, et sic redit anima ad suum saeculum altius.

3. D. Quae est probatio quod causa generationis hominis est scientia et operatio?

M. Probatio huius sumpta est ex eius definitione.

D. Manifestius fac mihi hoc.

M. Concedis quod quicquid est perfectum potentia, et perfectionem suam possibile est duci ad effectum, necesse est ut causa necessaria ipsum essendi sit exitus ipsius in effectum?

D. Non dico nisi hoc.

M. Concedis quod perfectio animae est scientia ipsius, imperfectio autem eius est ignorantia eius, et ipsa a principio sui in hoc mundo commutatur de ignorantia ad scientiam et sic exit de potentia ad effectum?

D. Non dico nisi hoc.

M. Postquam perfectio animae est exire de potentia ad effectum, sed quicquid est perfectum potentia et possibile est peruenire ad effectum, necesse est ut causa suae essentiae sit perfectionem suam exire in effectum, quid sequitur hoc?

D. Hoc sequitur ut causa generationis hominis sit exire scientiam animae de potentia ad effectum.

M. Ergo iam manifestum tibi est quod causa generationis hominis scientia est.

D. Hoc modo mihi manifestum est. sed adhuc etiam ostende illud alio modo et pone in hoc regulam generalem.

M. Considera essentiam animae et eius formam per quam discernitur ab aliis et similiter attende conuersionem elementorum

---

1 reducunt *A M N*   eam *om.* *C*   naturam] materiam *A*   suam *om.* *A C M*   2 liberat *C*   hanimam *C*   3 et obscuritate *om.* *C*   5 quod] quo *N*   6 applicatio *AMN*   7 huius] eius *C N*   definitione] diffinitione *ACMN*, *ut semper*   8 D. Manifestius . . . hoc *om.* *N*   8 fac] fiat *C*   9 M.] D. *N*   10 possibilem duci *N*   15 comitatur *N*   16 exit] extra *M*   18 potestate *A*   19 et] est et *C*   est] et *A*   20 essentiae suae *N*   21 quod *C N*   24 M. Ergo .. manifestum *om.* *N*   est tibi *M N*   24—25 quod ... manifestum est *om.* *C*   25 es *N*   28 Considera] Consitâ *N*   per quam *om.* *N*   29 similiter] aliter *A*   29 conuersationem *A*

in generationes et conuersionem aliquarum generationum in alias et in compositionem instrumentorum animae scientis, id est sensuum, et in singulis eorum uires animae occultas et manifestas, et inde assumes probationes ad hoc.

4. D. Planum est mihi ex his scientiam esse causam finalem generationis hominis. sed uideo quod debemus inquirere perpetuitatem animae in se, et quid in ea operatur scientia quam discit, et quae scientiae permanent in ea post separationem eius a corpore et quae non. sed istae inquisitiones non sunt de hoc in cuius uia sumus; iam enim cognoui eas, cum intenderem in scientiam de anima. nunc autem debeo interrogare quae est illa scientia propter quam creatus est homo.

M. Scientia propter quam creatus est homo est scientia omnium secundum quod sunt, et maxime scientia de essentia prima quae sustinet eum et mouet eum.

D. Est uia ad attingendum scientiam essentiae primae?

M. Hoc scire non est impossibile nec ex omni parte possibile.

D. Quid igitur ex his est possibile, et quid impossibile?

M. Ex his hoc est impossibile, scilicet scire essentiam essentiae primae absque his facturis quae ab ea generat*ae* sunt, possibile autem hoc est, scilicet scire eam sed nonnisi ex suis operibus quae ab ea generata sunt.

5. D. Cur est scientia de essentia impossibilis?

M. Quia est super omnia et est infinita.

D. Quomodo ergo humana anima scit intelligentiam quae est supra se?

---

p. 6,12—23 = Falaquera I, §. 5.

---

1 in... generationum *om.* *A* in generatione *M* generationum] actionum *N* 2 compositione *A M N* 3 uire *A* 5 finalem *om.* *C* 6 hominis *om* *AN* 8 dicit *N* eius *om.* *N* 10—11 cum intentionem de intentione est de scientia *N*; de scientia *habet etiam* *C*, scientia *etiam* *M* 11 in anima *C* est] in *M* 13 Scientia . . . homo *om.* *C* est creatus *M* Haec est *C* 16 attingendam *M*, tengendam *C* scientiam primam essentiae primae possibile *C* 17 passibile *C* 18 Quod *N* Quid est igitur ex eis *C* ex] de *N* possibile *et* impossibile *transponit* *M* 19 hoc *om.* *A* scire scilicet *A N* scire enim *C* 20 primae *om.* *C M* facturis *om.* *M* generala *A C M N* 21 autem] quod *A* est hoc *A* non est ex *A* 24 est (*post* et) *om.* *A* 25—26 quae est] quaeque *N*, est *om.* *C*

M. Ideo quia intelligentia est similis animae et contingunt se, et ideo potest scire eam; essentia autem prima non est similis intelligentiae nec habet conuenientiam aliquam cum ea, quia non est coniuncta alicui compositorum neque simplicium, et proportio simplicis ad illam in impossibilitate sciendi eam talis est qualis est proportio compositi ad simplex in impossibilitate sciendi illud.

D. Cur scientia de essentia est impossibilis quia est infinita?

M. Quia scientia scientis est comprehensio ad rem scitam; et ideo impossibile est rem infinitam scientia comprehendi.

D. Quomodo ergo possumus inuenire uiam sciendi an essentia est?

M. Consideremus prius essentiam esse uniuersalis et quaecunque passiones possunt contingere in illa; deinde de motu et de uoluntate retinente essentiam omnium et sustinente.

D. E s s e n t i a esse u n i u e r s a l i s, est u n u m aut m u l t i p l e x?

M. Multiplex quidem est. sed etsi sit multiplex et diuersum, tamen conuenit in duobus quibus sustinetur et habet esse.

D. Quae sunt illa duo?

M. M a t e r i a u n i u e r s a l i s et f o r m a u n i u e r s a l i s.

D. Quomodo autem totum quod est conuenit in his duobus?

M. Quia haec duo sunt radix omnium et ex his generatum est quicquid est.

D. Quomodo haec duo fuerunt radices omnium quae sunt?

M. Quia haec natura praecedunt omnia, et in ea etiam resoluuntur omnia.

D. Quomodo in ea resoluuntur omnia?

---

1 ideo *om.* *N* intelligentia] scientia *C* 2 ideo] ita *C* autem] et *N* 3—4 similis . . . non est *om.* *N* intelligentiae] intellectiuae *C* aliquam] illi quem *C* 4 nec *A*, uel *M* 5 in *om.* *N C* 5—7 eam . . . sciendi *om.* *N* 6 est (*post* qualis) *om.* *A M N* 8 est (*post* essentia) *om.* *C* 9 scientes *N* 11 uiam inuenire *A*, comprehendere uiam *C* 12 an scilicet essentia *A* 13 *post* uniuersalis *addit* *A* id est uniuersaliter actuentis uel esse in rebus ex materia et forma uniuersali 14 passiones sunt possunt *A* illam *A* 15 et de *om.* *C* 16 aut triplex multiplex *A* 17 etsi] et hoc *A* multiplex sit *C* 18 quibus] in quibus *C* 20—24 M. Materia . . . quae sunt *om.* *C* 21 autem] ergo *M* 22 hoc *N* omnium radix *M* 24 fuerunt] sunt *A* 25 procedunt *C* 25—26 resoluuntur omnia et in ea praecedunt etiam omnia *A* 26 omnes *M* 27 D. Quomodo . . . omnia *om.* *C*

M. Quia materia prima uniuersalis simplicior est omni materia et est finis ultimus omnis materiae; similiter forma uniuersalis simplicior est omni forma et ipsa forma est coniunctrix omnis formae.

6. D. Resolutio omnium in haec est in actu, aut in opinione?

M. Non in actu, sed in opinione.

D. Prius mihi necesse est scire an omnia diuersa redigantur ad unam radicem an ad duas quae conueniant illis, antequam sciam unam istarum esse materiam et alteram formam.

M. Certum est tibi iam quid sit substantia et quid accidens?

D. Ita est.

M. Si omnes substantiae conueniunt in eo quod sunt substantiae, necesse est quod sit hic substantia communis omnibus, quae uniat alias aliis et det intellectum substantialitatis omnibus aequaliter.

D. Hoc quomodo dici potest, cum sciam unamquamque substantiarum esse aliam ab alia?

M. Unaquaeque substantiarum in essentia non est alia ab alia.

D. Quae est probatio huius?

M. Si diuersificarentur substantiae in esse substantiam, unaquaeque illarum non posset esse substantia.

D. Cur non?

M. Substantialitas etenim addicta est essentiae. substantialitas autem non est uariabilis in se. ergo non est possibile essentiam diuersificari in eo in quo non est diuersa.

D. Hoc sic est.

M. Ergo non est impossibile omnia diuersa redire ad duas radices quae conueniant illis.

D. Hoc sic est. sed cur non dicitur radix omnium diuersorum esse una?

---

1 M.] D. *C* esto *N* 2 forma *om.* *N*, figurae *M* 3 omni forma] omni figurae *M* ipsa forma] ipsa figura *M* omni formae *A*, omnis figurae *M* 4 Relatio *M* in haec] nihil *M* an *A* in (*post* aut) *om.* *C* 5 in actu *om.* *A M N* 6 est mihi necesse *C* quae] an *C* 7 conueniunt *M* 8 illarum *A*. alteram] aliam *N* 9 quid] quod quid *N* sit] est *C* quid sit accidens *A* 11 M.] cuius *A* si] sed *N* omnis *N* eo] hoc *A* 12 necesse] quod necesse *C* hic] hoc *A N*, *om.* *C* 13 alias] alia *N* 13 det] de *C* omnibus *ante* intellectum *A C N* 15 sciam] scientia *M N* 16 substantiam *C* 17 essentia] esse substantiarum *A* 22 etenim *om.* *A* addita *A C N* 23 autem] enim *C* 26 Hoc] Sed hoc *C* 28 conueniunt *N*

M. Si una esset radix omnium, cum ipsa sint diuersa, necesse esset in eo in quo conueniunt esse diuersa; et quamuis una esset radix omnium, tamen necesse esset in hoc in ipsa radice redire ad duo.

D. Quomodo est hoc?

M. Radix enim una si est, non potest esse quin sit alicuius proprietatis diuersae a se.

D. Cur hoc est?

M. Quaecunque enim ex ea generata sunt, designata sunt proprietatibus diuersis a se; ergo ipsa debet esse designata proprietate quae non est ipsa.

D. Manifestum est mihi quod necesse est cuncta redire ad duas radices. sed quae est probatio quod una earum est materia uniuersalis et altera forma uniuersalis, sicut dixisti?

M. Cum concesseris duas radices esse ad quas omnia redeunt, deinceps necesse erit ut concedas quod earum altera sustentat, altera sustentatur.

7. D. Iam sufficit mihi hoc. sed postquam haec duo sunt radices eorum quae sunt, necesse est ut illa inquirere studeamus.

M. Hoc est utile et necessarium ad scientiam uoluntatis et scientiam essentiae primae.

D. Estne alia scientia praeter scientiam materiae et formae et scientiam essentiae primae?

M. Partes scientiae omnis tres sunt, scilicet scientia de materia et forma, et scientia de uoluntate, et scientia de essentia prima.

D. Quare sunt tres partes scientiae totius?

M. Quia in esse non sunt nisi haec tria: materia uidelicet et forma, et essentia prima, et uoluntas quae est media extremorum.

p. 9,28—10,10 = Falaqera I, §. 8.

2 quamuis] quam *N* 3 esset] est *A C* 5 hoc est *M* 11 quae] aut *C* 13 eorum *C* 13—14 materia uniuersalis, sicut dixisti, altera uero forma uniuersalis *M* 14 sicut dixisti *om. C* 16 deinde *A C* quod] ut *C* altera] et altera *M N* 18 hoc *om. N* 21 scientia *M* 24 omnis scientiae *A C N* scilicet *om. A M N* 25 (et *post* forma) *om. A* 26 essentiae primae *C* 27 totius scientiae *A M N* 28 uidelicet] scilicet *C* 29 extremorum media *A*

D. Quid causae est quod in esse non sunt nisi haec tria?

M. Causa in hoc haec est, quod omni creato opus est causa et aliquo medio inter se. causa autem est essentia prima, creatum autem materia et forma, medium autem eorum est uoluntas.

D. Da exemplum ligationis horum inter se, aliorum scilicet cum aliis, et ordinationis eorum aliorum ex aliis.

M. Exemplum materiae et formae est sicut corpus hominis et eius forma — formam autem eius intellige compositionem membrorum eius —; exemplum autem uoluntatis est anima; exemplum autem essentiae primae intelligentia.

D. Quae harum scientiarum praecedit aliam?

M. Secundum disciplinam scientia materiae et formae est ante quam scientia uoluntatis et ante quam scientia essentiae primae; sed secundum esse e contrario est.

D. Videtur tibi quod post has scientias non restat alia scientia quam debeamus inquirere?

M. Non, quia istae scientiae fundamenta sunt sapientiae et radices; sed rami eius multiplices sunt.

D. Harum rerum est alia ramus alterius?

M. Materia et forma sunt rami uoluntatis. praeter hoc autem impossibile est aliquid dicere, donec scias scientiam materiae
8. et formae et uoluntatis. Nunc autem prius inquire scientiam materiae et formae, quia haec sapientiae prima pars ordine prior est duabus ultimis.

D. Fac me assequi certitudinem scientiae materiae uniuersalis et formae uniuersalis.

M. Quod autem omnium dignius est et utilius incipere ad speculandum, postquam bene nota fuerit scientia probationis,

---

p. 10,28—11,18 = Falaquera I, §. 4.

---

2 hoc haec est] hoc hoc est *N*, hoc est hoc *M*, hoc est *A*   in omni *A*   3 aliquo *om.* *A*   4 horum *N*   5 inter se horum *C*   5 aliquorum *A*   6 cum] ex *N*   ordinationes *M*   eorum *om.* *A N*   aliorum *om.* *M*   ex] cum *M*   9 autem *om.* *C M N*   intellectus *C*, est intelligentia *N*   11 alteram *M*   13 ante scientiam *N*   17 qui *N*   sunt fundamenta *N*   18 sunt multiplices *C*   19 alio *N*   21 est *om.* *C*   aliquod *N*   dicere *om.* *N*   scies *C*   22—23 et uoluntatis . . . formae *om.* *C*   22 autem *om.* *A*   23 de materia et forma *M*   haec] hoc est *N*   sapientia *A*   24 est ordine prior est *C*   25 certitudinem] ueritatem *M*   scientiae *om.* *A*   uniuersalis materiae *A*   27 omnium] omnibus *N*, *om.* *C*   28 fuerit *post* probationis *M*

hoc est: contemplari scilicet essentiam substantiae animae et uires eius et accidentia eius et quicquid congruit et adhaeret ei, quia ipsa anima subiecta est scientiae et ipsa est assecutrix omnium rerum uiribus suis quae penetrant omnia. et si tu in hoc inspexisti; sin autem, hoc sit initium tuae speculationis.

D. Iuro quia iam diu est, quod intendi in scientiam animae et in subtilem eius inquisitionem, et inde consecutus sum scientiam qua cognoui eius nobilitatem, perpetuitatem et subtilitatem eius ad comprehendendum omnia in tantum quod, cum uideam eius substantiam sustinentem omnia, miror si quo modo hoc esse possit.

M. Attende si tua essentia continet omnia quaecunque scis de his quae sunt, et si ea quae scis fixa sunt in tua essentia aliquo modo.

D. Numquid non scio istud, cum ego uideam me circumdatorem totius saeculi et comprehensorem eius uelocius ictu oculi, et hoc non possem nisi essentia animae esset subtilis et fortis et penetrans omnia et perceptibilis omnium?

M. Si tu bene nosti certitudinem essentiae animae et imaginasti eius comprehensionem circa omnia, incipe diuidere ea quae sunt et resolue composita eorum in sua simplicia, quae sunt scilicet materia et forma.

D. Iam cognoui de anima quod scire mihi possibile fuit,
9. etsi non peruenerim ad extremum eius quod de ea scire debui. incipiamus tamen nunc inquirere de materia uniuersali et forma uniuersali. sed uolo ut incipias ante enumerare capitula eorum, scilicet quae debemus speculari in illis, de hac uidelicet inquisitione in cuius uia sumus, et diuidas tractatus inquisitionis illorum diuisione rationabili, ut ad manum habeam omnia.

---

2 congruit et *om.* *N* 3 subita *C* est *om.* *N* assuetrix *N* 4 in *om.* *A* 5 asspexisti *CN*; *post* inspexisti *subaudi* bene est; *cf.* *Caspari, Grammat. arab., ed. 4. §. 550* si *M*; *vocabulum* sin, *ut saepe, id significat quod* si minus 6 iam *om.* *M.* 9 in tantum] iterum *A*, interim *C* 13 scis fixa] sua sunt *C* sint *CMN* 15 nunc quid *N* illud *C* cum] tamen *N* ego] et *N*, ne *C* me *om.* *C* 17 essentia *om.* *N* anima *N* 19 essentiae *om.* *C* 20 comprehensionem eius *C* 24 peruenerim] perueniam *C*, peruertam *M* 25 incipiamus tamen incipiamus *C* et de forma *N* 26 ut] quod *M* *la *M* eorum] ipsorum *C* 27 scilicet *om.* *C* uidet *C* 28 diuidis *A* 29 illorum] eorum *N* habeam] hominum *C*

9. Postquam nostra intentio fuit speculari de materia uniuersali et forma uniuersali, dicendum nobis est quod id quod est compositum ex materia et forma diuiditur in duo, quorum unum est substantia corporea composita, aliud substantia spiritualis simplex; et substantia corporea diuiditur in duo, quia eius aliud est materia corporea sustinens formam qualitatum, et aliud materia spiritualis quae sustinet formam corporalem. et propter hoc necesse est duos hic esse tractatatus, quorum nobis necessaria est consideratio. primus eorum est de eis que debent anteponi ad assignandum materiam uniuersalem et formam uniuersalem et ad inquirendum scientiam materiae et formae in sensibilibus et ad loquendum de materia corporali quae sustinet qualitates. secundus ad loquendum de materia spirituali quae sustinet formam corporalem. et quia substantia spiritualis eget probationibus quibus esse assignetur, et demonstrationibus quibus certificetur, quia nondum per se notum est scientia necessaria: ideo necesse fuit ut hic etiam esset tractatus tertius ad loquendum de asseueratione substantiarum simplicium. fuit etiam necesse ut hic esset tractatus quartus ad loquendum de inquisitione scientiae quae est de materia et forma substantiarum simplicium. et cum completa fuerit consideratio in his quatuor tractatibus, necesse erit ut inspiciamus postea de materia uniuersali et forma uniuersali per se; erit ergo hic tractatus quintus, qui est proprius in consideratione huius intentionis. quapropter totum quod nos debemus considerare de materia et forma, erit in his quinque tractatibus quos distinximus; et hoc est totum quod continet hic liber.

10. D. Quam bene diuisisti tractatus speculationis de materia et forma. aggrediamur ergo ad perquirendum id quod nostra intentio fuit inquirere de eis.

---

1 uniuersali (*post* materia) *om.* *N* 2 est nobis *A* 3 ex] de *C* 4—5 simplex spiritualis *N* 5—6 et substantia . . . spiritualis *om.* *N* 7 quia] quare *C* 8 duos *ante* necesse *transponit* *C*, haec duos *N*, hic *om.* *A* 9 eis] his *M*. 9—10 materiam naturalem uniuersalem *C* 10 formam utilem *C* et (*ante* ad) *om.* *C* 15 et] in *A* 16 per se *om.* *N* nota *C N* 17 etiam *om.* *C* de] aut de *C* assertione *A* 18—20 fuit . . . simplicium *om* *C*. 21 his] huiusmodi *C* erit] est *C* 23 hic *om.* *A* 24 quapropter] propter *C* nos *om.* *C* 26 Quam] Cum *C* docuisti *N* tractatibus *N* 29 perinquirendum *C*

M. Esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis cognitum est non uno modo.

D. Propala mihi modos istos.

M. Modi quibus potest sciri esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis secundum intentionem primam, duo sunt. unus eorum est uniuersalis communis, alter particularis proprius.

D. Quomodo potest sciri esse materiae et formae secundum modum uniuersalem?

M. Omnis res inuestigata quam signis uolumus scire non inquiritur nisi per proprietates inseparabiles ab ea; et quando fuerit cognitum quod sunt ipsae proprietates et quid sunt, scietur tunc res esse, cuius sunt proprietates.

D. Exemplifica quod dicis de hac inquisitione.

M. Si una est materia uniuersalis omnium rerum, hae proprietates adhaerent ei: scilicet quod sit per se existens, unius essentiae, sustinens diuersitatem, dans omnibus essentiam suam et nomen.

D. Quae est probatio quod hae proprietates affixae sunt materiae uniuersali et conuenientes ei?

M. Necessarium est quod has proprietates habere debeat materia uniuersalis, si habet esse.

D. Quomodo est hoc?

M. Materia debet habere esse, quia quod non est ei quod est materia esse non potest. sed dicitur subsistens per se, ideo ne ratio eat in infinitum, si materia exstiterit non in se. unius autem essentiae, ideo quia non quaesiuimus nisi unam materiam omnium rerum. sustinens diuersitatem, quia

---

p. 13,14—14,4 = Falaqera I, §. 6.

---

1 *ante* esse *praebet N inscriptionem* Modus quibus potest sciri formae] substantiae *M* uniuersalis *om. N* 3 propara *A* ipsos modos *M*, modos ipsos *A N* 4 modus *CN* 6 uniuersalis et communis *C* 7 scire *N* sciri materia et esse ei forma *C* 9 uolumus signis *C* 10 per] propter *M* 11 quod] quid *M* quid] quod *M* 13 didicitur *N* 15 quod sit scilicet *N* unius] illius *N* 18 quae] quid *M* hae *om. C* 22 hoc est *C* 23 *post* esse *habet C*: D. Quomodo hoc est quod est per se? M. Materia debet habere esse ei quod est *om. N* 25 ne ratio] necessario *C* eat] erit *C* in *om. CN* exstiterit] exhiberet *(sic!)* alibi exhiberet *(sic!) A* non exstiterit *CN* 26 nisi *om. N* 27 materia *N*, naturam *C*

diuersitas non est nisi ex formis et formae non sunt existentes per se. dans omnibus essentiam suam et nomen, ideo quia, cum sit sustinens omnia, necesse est ut sit in omnibus, et cum fuerit existens in omnibus, necesse est ut det essentiam suam et nomen omnibus.

11. D. Iam patet quod has proprietates habere debet materia uniuersalis.

M. Ergo quaere in omnibus quae sunt has proprietates, et si inueneris in illis, iam inuenisti materiam primam.

D. Quomodo inquiram hoc?

M. Resolutione intelligibili, hoc est abstrahendo unamquamque formam eius quod est ab altera, et quod progrediaris a manifesto ad occultum, donec uenias ad formam, post quam non est alia forma, et haec est forma, quae praecedit omnes formas eius quod sustinet ipsam.

D. Exemplifica hoc.

M. Huius rei exemplum caelum est, de cuius formis quae primum occurrit color est, deinde figura, post corporeitas, deinde substantialitas, deinde cetera, scilicet intellectus spirituales, donec peruenias ad intellectum rei creatae unius per se existentis, sustinentis has omnes formas; et tunc inuenies illam descriptam proprietatibus praedictis, et inuenies quod illa est finis occultus post quem non est finis nisi unus, scilicet factor cuius excelsum nomen est.

D. Iam resolui formas eius quod est alias sub aliis et processi de manifesto ad occultum, donec perueni ad finem occultum post quem non est alius finis, ut dixisti.

M. Adhuc etiam iterum egredere sub ipso fine occulto ad manifestum et de manifesto ad finem alium manifestiorem, do-

2 et *om.* *C*   3 subsistens *N*   4 et *om.* *C*, et cum . . . omnibus *om.* *N* in omnibus existens *A*   6 quia *A M*   proprietates has *C*   debet habere *C* 7 uniuersalis] utilis *C*   8 hae *N*   9 inueneris] ueneris *C*, uniuersalis *M* 12 formarum *C*   progrediens *C*   13 forma *om.* *C*   14 forma ... forma *om.* *C N* 14 praecedet *C*   17 est caelum *M*   18 primo *C*   occurrerit *M*   postea *M*   20 uenias *C*   causatae *M*   21 sustinentis *om.* *C*   23 postquam *A M* et post quem *C*   25 sub] ab *A M N*   26 ueni *C*   occultum donec post *N*   27 postquam *A M*   28 etiam] est *A*   29 aggredere iterum *M* finem *om.* *A M N*   donec peruenias donec *M*

nec peruenias ad terminum unde introisti et inuenies proprietates ipsius finis occulti comitantes te et euntes tecum de occulto ad manifestum.

D. Iam quaesiui has proprietates in eis quae sunt, et inueni eas infusas in eis et pertranseuntes a summo usque ad infimum, donec perueni ad indiuiduum quod non diuiditur, et tamen non uidi necesse esse per hoc, hic esse materiam uniuersalem sustinentem omnia, et esse aliud ab illis.

M. Nonne concessisti de proprietatibus materiae uniuersalis esse, ut det omnibus substantiam suam et nomen? et ideo unde habebunt ea quae sunt has proprietates, si non fuerit ibi materia uniuersalis quae det eis hoc?

12. D. Ita est ut dicis. sed quomodo haec materia erit aliud ab eis quae sunt?

M. Hoc non potest esse ut essentia materiae sit aliud ab essentia eorum quae sunt, sed ea quae sunt, facta sunt aliud a materia per formas quae adueniunt ei, scilicet differentias quae diuidunt eam. unde diuersitas quae est inter ea, quae sunt, manifesta non aduenit nisi per formas manifestas; similiter diuersitas quae est inter ea, quae sunt, occulta non accidit nisi per formas occultas. ergo diuersitas non contingit nisi per formas eorum quae sunt; sed essentia occulta quae suscipit formas, haec est materia prima uniuersalis una non habens diuersitatem.

D. Da exemplum huius rei.

M. Aspice in aure*as* armillas, monilia quae sunt facta ex auro, et pone ea loco eorum quae sunt; et si inueneris ea

p. 15,18—16,5 = Falaqera I, §. 7.

1 ad terminum] ad certum *M*, aditum *N* introiuisti *N* 2—4 ipsius . . . proprietates *om.* *N* 2 occultum *M* 6 infimum] infinitum *N* 7 non] iam non *C* uidi] ueni *C* esse *om.* *CN* uniuersalem] utilem *C* 9 Non *A M* 10 esse *om.* *N* substantiam aliam *A* 11 inde *C* habuerunt *A* has] eas *C* ibi] hic *M* 12 det] de *C* hoc *om.* *C* 13 ut est *A M* erit haec materia *M* alia *A* 15 ut] de *A* materiae essentia *C* materiae ut sit *A* 16 aliud (*post* sunt) *om.* *M* 17 eis *CMN* scilicet] secundum *M* 18 eam] causas *C* 19 manifesta . . . formas *om.* *N* 20 occulta] occultas *N* 22 quae (*post* occulta)] non *N* formas occultas *A* 23 hoc *N* prima *om.* *C* habens] bene *N* 25 aureas *scripsi:* aurea *ACMN* armillos *C* facta sunt *A M* 26 loco] in loco *C* eorum *om.* *C* inuenias *M*

diuersa per formas, et inueneris materiam quae sustinet illas unam, et non fuerit essentia materiae aliud ab essentia illorum: scies per hoc quia ea quae sunt, diuersa sunt formis, sed materia quae sustinet illas una est, et essentia illius non est aliud ab essentia illorum.

13. D. Bene fecisti me inuenire materiam uniuersalem, quia inueni proprietates eius in eis quae sunt. fac etiam me modo inuenire formam uniuersalem similiter hoc modo.

M. Attende similiter proprietates formae uniuersalis, quae sunt scilicet subsistere in alio et perficere essentiam illius in quo est et dare ei esse. si inueneris has proprietates in formis eorum quae sunt, iam inuenisti formam uniuersalem.

D. Quam rationem inducis quod istae proprietates sint affixae formae uniuersali?

M. Sustineri necesse est formae, quia si non sustinetur, sustinebit; et sic forma erit materia et habebit intellectum materiae. perficere autem essentiam in qua est et dare ei esse conuenit formae, ideo quia res esse sicut est non habet nisi per formam.

D. Nonne iam ante diximus quod materia etiam habet esse?

M. Non dicimus materiam habere esse nisi cum conferimus ei formam spiritualem. in se autem non habet esse, quod habet cum adiungitur ei forma; et hoc est esse in effectu. alioquin cum dicimus eam esse, non habet esse nisi in potentia.

D. Iam quaesiui has proprietates, et inueni eas comitantes omnes formas eorum quae sunt. sed unde dicam quod hic est forma uniuersalis ex qua est esse et perfectio omnium formarum?

---

p. 16.21—24 = *Falaqera* I, §. 8.

---

1 materiam] naturam *C* illas] eas *M* 2 fuerit illa essentia *N* illarum *A M*, earum *C* 3 ea *om.* *M* formis sunt *C* 5 illorum] aliorum *A* 6 me fecisti *N* 7 in eis proprietates eius *A*, in eis proprietates (*omisso* eius) *C* 7—8 me modo *om.* *C* 9 Similiter attende proprietates *M*, Attende proprietates similiter *N* 11 illius] eius *A*, ipsius *N* qua *N* proprietates has *C* 13 Qua ratione *A* illae *M* sunt *N*, eorum sunt *C* 17 essentiam] materiam *M* 17—18 esse ei *N* 18 quia] quod *C* habet esse nisi *M* 20 ante] autem *A* etiam *om.* *M* 21 diximus *C* 21—23 nisi cum . . . et hoc est esse *om.* *N* 23 coniungitur *C* alioquin] aliquando *C* 24 nisi *om.* *M* 26 inde *M*

14. M. Quiesce nunc ab hac quaestione et non tantum festines, quia solutio eius postea sequetur.

D. Propala ergo nunc esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis iuxta secundum modum proprium quem praedixisti, quia iam manifestum est mihi secundum modum communem.

M. Intuere in sensibilibus naturalibus uniuersalibus et particularibus, et non inuenies in eis aliud praeter haec.

D. Quod est exemplum huius in particularibus?

M. Animalia, uegetabilia, inanimata singula constant ex materia et forma.

D. Sic est.

M. Aspice etiam particularia artificialia, ut statuam et lectum.

D. Iam inspexi et ita etiam inueni.

M. Sic etiam est in uniuersalibus naturalibus, quae sunt quatuor elementa.

D. Quomodo hoc est?

M. Nonne uides quod forma uniuscuiusque elementi una non est alia, et ideo necesse est ut sit hic una forma quae sit communis eis?

D. Quae est haec necessitas quae me compellat dicere esse aliam rem praeter has formas sensibiles quae sit eis communis?

M. Ideo necesse est hoc dicere, quia hae formae accidentales sunt, non existentes per se. talem ergo habent comparationem ad sustinentem se, qualem habent formae particulares ad sustinentes se.

D. Iam intellexi subiecta formarum particularium, sicut humores in animalibus et sicut elementa in uegetabilibus et lapidibus, et quia resoluuntur in ea; sed tamen non uidi subiectum

---

1 festinem *N* 3 propalo *N* ergo *om. C* 4 proprium *om. C* quae *C* 5 dixisti *A* quia *om. N* 7 M. *om. N* in] non *M* 8 in *om. C* 8—9 et non ... particularibus *om. N* 11 forma] substantia *M* 14 lectum] locum *M* 15 inspexi *om. M* etiam *om. A* 16 est etiam *C* 19 cuiusque *M*, cuiuslibet *A N* 20 est *om. N* hic ut sit *M N* 22 Quae est] Quaeque *N* haec *om. C M N* compellit *C* 24 hoc *om. N* quia] quod *M N* 25 comparationem habent *N* 26 forem *N*, *ut saepius* 29—30 et sicut ... lapidibus *om. A* 30 ea] eo *C* tamen *om. A* subiecta *M N*

formarum uniuersalium. quomodo ergo oportet me concedere hic esse subiectum, sicut concessi ibi esse subiecta?

M. Vidisti ipsa quatuor elementa in animalibus, uegetabilibus et lapidibus?

D. Non; sed uidi animalia, et tum resolui in illa.

M. Sic etiam uidebis has formas uniuersales resolui in sua subiecta, et necesse erit iudicium *subiectum* illarum esse unum.

D. Iam intellexi; sed adhuc adde explanationem.

M. Testificatio huius est contrarietas qualitatum.

D. Quomodo hoc est?

M. Quia qualitates non diligunt commixtionem neque applicationem. unde necesse est ut sit aliquid aliud ab eis quod coniungat eas et teneat. Non autem hic intelligo coniunctionem actionis neque retentionem operis, sed coniunctionem et retentionem in loco, quia actio conuenit factori in subiecto, non subiecto.

D. Iam intellexi hoc; sed adhuc adde explanationem.

M. Concedis quod generatio non fit nisi ex contrariis?

D. Non dico nisi hoc.

M. Scias quod, nisi fuerit hic res subiecta contrariis, euenit hoc ut sit substantia ex non-substantia, et quod non est substantia sit prius quam substantia.

D. Quomodo est hoc?

M. Aliquod elementorum, quod est substantia, efficitur ex alio elementorum; similiter animalia, uegetabilia et lapides sunt substantiae et efficiuntur ex elementis. et si non fuerit hic subiectum in quo fiat generatio, et res ex qua fit generatio prior

1 uniuersalium] particularium *C* 2 haec *N* ibi] illa *A C M* 3 ipsa] illa *C* 5 tum *om.* *N*, cum *C M* resolui *om.* *C* 6 uides uniuersales formas (*omisso* has) *A* 6—7 subiecta sua *N* subiectum *addidi: om.* *A C M N* illorum *C*, earum *N* 9 Testificatio] Contestatio *C* contrarietas *om.* *N*, contrarietates *C* 11 M. *om.* *C* nec *A* 12 sit *om.* *N* aliud aliquid *A C N* *post* aliud *add.* scilicet subiectum deferens *A* quod] quia *C* 13 coniungat] contingat *C* hoc *A N* 14 *post* actionis *add.* per aliquid agens *A* nec *A* 14 coniunctionem et retentionem *om.* *C* *post* coniunctionem *add.* et quod sit per subiectum deferens *A* 15 non subiectum *A C M N* 16 adhuc *om.* *C* 17 sit *C N* 19 quod] quia *N* 19 nisi] non *A* hic fuerit *M*, hoc fuerit *N* subiecta et quod contrariis *N*, subiecta essentiis *C* queuerit *A* 21 est *om.* *A* 22 hoc est *C* 23—24 quod . . . elementorum *om.* *A* 24 elementorum aliquo *C*, aliquo elementorum *M* et *om.* *A* fit] est *C M N*

est eo quod generatur ex ea: tunc necessario inde sequitur quod praedixi.

D. Iam intellexi; sed adhuc adde explanationem.

15. M. Elementa etiam diuersa sunt in his et sunt similia in eo quod corpus sunt. ergo corpus debet esse subiectum in eis.

D. Aliter non debet esse: si haec elementa similia sunt in corporeitate, ut dixisti, necesse est ut sit hic corpus subiectum formis elementorum. quid autem dicis de natura huius corporis?

M. De hoc dicemus postea, quando nos resoluerimus hoc corpus et diuiserimus eius proprietatem quae est quantitas a subiecto eius quod est substantia. ibi erit tibi planum quia comparatio subiecti ad corpus sustinens formas elementorum talis est, qualis huius corporis ad has formas. et sic manifestabitur tibi per hanc considerationem quid est post substantiam subiectam corpori de ceteris substantiis quae sunt subiectae sibi ipsis et subsistunt aliae in aliis, donec uenies ad primum subiectum quod est materia uniuersalis de qua intendimus; et tunc cognosces comparationes quae sunt inter ista subiecta et praedicata, id est substantiae mediae inter summum occultum quod est materia prima et summum manifestum quod est formae sensibiles.

D. Redeamus ad id quod loquebamur de corpore subiecto formis elementorum.

16. M. Manifestum tibi est quod elementa quae sunt diuersa formis, scilicet quatuor qualitatibus, sunt conuenientia in corpore, et planum tibi fuit quod hic est corpus unum subiectum formis quatuor.

D. Patet mihi hoc.

M. Erunt ergo formae istae uniuersales in elementis, quemadmodum formae particulares ad ea quae generantur ex ipsis.

---

1 necessarium *C* sequetur *N*, sequitur inde *C* 4 etiam] et *A* 4 sunt (*post* et) *om.* *C* 5 sunt. ergo corpus *om.* *N* in eis] illis *A M N* 7 subiectum corporis *C* 8 quod *M* de natura huius corporis dicis *M* 9 postea *om.* *N* nos *om.* *M N* resoluemus *C* 10 est *om.* *C* 11 quod] quae *N* tibi erit ibi explanum *C* 12 subiecti] substantiarum *A* formam *M* 13 sic *om.* *N* 14 quid] quod *C*, qui *N* subiecta *C* 16 aliae] quae *N* in *om.* *C* uenias *C M* 17 est *om.* *C* tunc] nunc *C* 22 formis *om.* *C* 23 est tibi *N* quaeque *N* 24 formis] substantiis *A* scilicet] sunt *C* in corpore] corpori *A* 28 illae formae quatuor uniuersales *M* 29 quemadmodum] quoniam *C*

D. Necesse est ut hoc ita sit.

M. Similiter et corpus quod subiectum est his formis uniuersalibus erit quemadmodum elementa sunt subiecta his formis particularibus.

D. Necesse est ut hoc etiam ita sit.

M. Sume hoc pro regula et considera secundum hoc cetera quae sequuntur.

D. Existimo quod pro caelo hoc mihi innuis, quia habet cum elementis conuenientiam in corporeitate, et quod de ipso hoc idem debet esse iudicium.

M. Debet esse non aliter nisi sic.

D. Non; sed quomodo possum dicere quod in re, in qua nunquam separatur forma a materia, aliud sit materia a forma?

M. Cum uideris similem illi formam subsistentem in materia, quae est aliud ab ipsa forma, tunc scies per hoc quod ibi aliud est forma a materia, quia si unum essent separari a se
17. non possent. Post hoc autem assignabimus certitudinem de separatione formae et materiae, quando considerabimus de substantia quae sustinet nouem praedicamenta.

D. Iam intellexi quae dicis.

M. Ergo forma quae sustinetur in corpore caeli erit quemadmodum formae uniuersales subsistentes in corporibus elementorum, quemadmodum et ipsae fuerunt sicut formae particulares subsistentes in compositis ex elementis.

D. Necesse est ita esse. sed cur separas corpus caeli a corpore naturarum, cum sint conuenientia in quantitate, et ideo necesse *sit* ut utraque sint unum corpus?

M. Certe uerum est caelum et elementa unum corpus esse, quia utraque in quantitate conueniunt; excepto hoc quod

---

2 est *om. M, post* uniuersalibus *transponit C* est ex his *N* 5 est *om. N* etiam ut hoc *A*, etiam ut hoc etiam *M*, etiam *om. C* 8 innuis] uerius *C* habet] hoc *C* 9 conuenire *A* 10 debet esse hoc idem *A* debet hoc esse (*omisso* idem) *M*, idem *om. etiam N* 11 non] ne *C*, *om. MN* 12 sed *om. A C N* dicere] M. *M* 13 aliud sit *ante* in re *transp. C M N* 14 subsistente *N* 15 est alia uel aliud *A* quod] quia *A* 16 a se separari *C* 17 assingabimus *N*, *ut saepius* certitudinem *om. N* 18 materiae et formae *M N* 21 sustinetur *post* caeli *C* 23 fuerint *A*, fiunt *C* 26 sunt *N* 26 in qualitate et quantitate *A* 26–29 in quantitate ... utraque *om. N* 27 sit] est *A C M N* sit *(sic!)* utraque *C* 29 utraque] materiam *A* hoc *om. C*

differentia caeli et elementorum non ex hac parte accidit, sed ex ea uidelicet quod corpus caeli non recipit qualitates elementorum nec recipit generationem et corruptionem, et quod forma caeli diuersa est a formis elementorum.

D. Quomodo potest hoc esse ut dicamus quod corpus caeli et elementorum unum corpus sunt, cum corpus caeli non recipiat generationem et corruptionem, et corpus elementorum recipiat hoc?

M. Sicut potuimus dicere quod corpus elementorum unum est, quamuis diuersa sint in qualitatibus: sic et hoc.

D. Quid responderes contradicenti caelum esse corpus?

M. Contradicere caelum non esse corpus non est possibile, quia proprietates et differentiae corporis manifestae sunt in illo. contradicere autem quis potest non esse corpus qualia sunt haec corpora; et non est tibi opus nunc contendere de hoc. dic ergo nunc quem fructum consecutus es ex praedictis ratiocinationibus?

D. Percepi quatuor modos materiae et quatuor formae.

M. Qui sunt?

D. Materia particularis artificialis, materia particularis naturalis, materia uniuersalis naturalis recipiens generationem, materia caelestis; e contrario in unaquaque harum materiarum sua forma sustentata in ea.

M. Bene intellexisti. sed adhuc intellige quod hi quatuor modi materiarum et formarum, etsi sint diuersi, tamen conueniunt in intellectu materiae et formae.

D. Sic est.

---

p. 20,17—23 = Falaqera I, §. 9. p. 20,24—21,5 = Falaqera I, §. 10.

---

1 differentia] substantia *A* ex parte ista *A* 3 nec] non *A* recipit *post* corruptionem *transp. M* corruptionem] comparationem *C* 4 est diuersa *N* 5 Quomodo ... esse *om. N* 6 et elementorum ... caeli *om. A* 6 cum] et *M* 10 sunt *N* 11 responderes] rendens *N*, *post* corpus *transp. C* esse] est *C* 12 non est *om. A* 14—15 corpora haec *M* 15 contendere] concedere *N* 17 recepi *N* 20 artificialis] artis *N* 22 *post* caelestis *add.* non recipiens *A*, *quae verba cum C M N Falaqera quoque omittit* et e contrario *M*, *om. A* in *om. C* 23 materiarum harum *M N*, earum materiarum *C* sua] una *A*, et sua *C* sustentata in ea *om. A M N* tamen *om. A* 25 sunt *A C M N* 27 si est ita *C*

M. Et in sensibilibus non est aliud praeter haec.

D. Non.

M. Iam inuenimus quod in sensibilibus naturalibus universalibus et particularibus non est nisi materia et forma.

D. Sic est.

M. Partes conueniunt et fit totum; et hae materiae et hae formae partes sunt; debent ergo adunari et fient totum.

D. Quomodo potest esse ut, cum sint diuersa, conueniant?

M. Nonne elementa, cum sint diuersa, tamen conueniunt in hoc quod corpus sunt; similiter formae conueniunt in hoc quod corporis forma sunt? ergo formae sunt una in specie, scilicet forma sensibili, et multae in indiuiduis, scilicet in singulis eorum.

D. Sic est.

M. Ergo debet esse in sensibilibus materia uniuersalis, id est corpus, et forma uniuersalis, scilicet omnia quae sustinentur in corpore.

D. Sic oportet esse.

M. Postquam certum est tibi in hoc primo tractatu per hanc disputationem quod in sensibilibus non est nisi materia, id est corpus uniuersale, et nisi forma, quae est omnia scilicet quae sustinentur in hoc corpore: ergo consideremus in hoc secundo tractatu quid est quod sequitur post hoc corpus sensibile, scilicet substantia quae sustinet quantitatem; et hoc est primum quod considerabimus de substantiis intelligibilibus.

---

1 M. Et . . . Non *om.* *C* 7 fit] sic *C* et] quia *A* 8 debet *M* 8 fiet *A* 9 conueniantur *C* 9—10 conueniant ... diuersa *om.* *N* 11—12 similiter . . . sunt *om.* *A* 11 in hoc formae conueniunt *M*, formae in hoc conueniunt *C* 12 forma corporis *N* 13 formae sensibiles *A*, forem sensibiles *N* multis indiuiduis *C* 14 earum *C* 16 debet ergo *M* 23 sustinetur *C*

TRACTATVS SECVNDVS.

DE SVBSTANTIA QVAE SVSTINET CORPOREITATEM MVNDI.

D. Iam promisisti quod in hoc secundo tractatu loquereris de **materia corporali**, id est substantia quae sequitur post haec sensibilia. ergo comple hoc et apertissime explana.

M. Inquisitio scientiae ad sciendum esse materiam corporalem, hoc est substantiam quae sustinet corporeitatem mundi, fiet per considerationem materiarum quas praemisimus. postquam mundus est essentia corporalis, sicut corpus est essentia figurata et colorata et omnino formata suis formis, de quibus locuti fuimus: necesse est per hoc quod corpus sit materia formarum quae sustinentur in eo, quae scilicet sunt figura, colores et cetera accidentia, et haec sint ei formae. similiter necesse est hic esse aliquid quod sit materia corporeitatis, et quod sit sibi corporeitas forma. erit ergo consideratio corporeitatis ad materiam quae sustinet ipsam, qualis fuit consideratio formae uniuersalis quam assignauimus, figurae scilicet et coloris, ad corporeitatem quae sustinet eam. debet ergo hic esse materia non sensibilis, quae sustinet

---

p. 23,6 - 24,16 = Falaqera II, §. 1.

1—2 *om.* *C M*; Tractatus secundus ad dicendum de substantia quae sustinet corporeitatem mundi *N*; Hic incipit liber secundus *A*   4 id est *om.* *N*   6 ad] est ad *C*   materiam esse *N*   *post* corporalem *add.* et spiritualem *A*   7 est] eius *A*   8 per *om.* *M N*   *post* praemisimus *add.* D. *M*   9 corporalis . . . essentia *om.* *M*   10 fuimus] sumus *C*   12 cetera] cum *M*   13 sunt *C N*   esse hic *M N*   aliud *M*, aliquid aliud *A*   quod] quam *A*   14 corporeitas] corporeitatis *C*   16 fuit] fuerit *M*   scilicet *om.* *N*   et *om.* *M*.   colores *C*   18 ergo] etiam *A*   non *om.* *N*

formam corporis. et dabo tibi ad inueniendum scientiam materiarum et formarum regulam generalem. imagina*re* enim per ordinem ea quae sunt, eorum scilicet alia sustinere alia et alia sustineri ab aliis, et pone ex eis quasi duo extrema, aliud inferius et aliud superius. quod ex illis est superius continens totum, sicut materia uniuersalis, est materia tantum sustinens; quod autem est inferius, sicut forma sensibilis, erit forma sustentata tantum; ex his autem quae sunt in medio duorum extremorum quod fuerit altius et subtilius, erit materia inferiori et spissiori, et inferius et spissius erit forma illi. et secundum hoc corporeitas mundi, quae est materia manifesta sustinens formam quae sustineturin illa, debet esse forma sustentata in materia occulta de qua tractamus; et secundum hanc considerationem erit haec materia forma ad id quod sequitur, donec ueniemus ad materiam primam quae continet omnia.

D. Manifesta an sit materia sustinens corporeitatem mundi.

M. Solum nomen *corporis* signum est ad sciendum esse materiam sustinentem corporeitatem, quia cum annuntias aliquid esse corpus, assignas formam et formatum, sicut cum de corpore enuntias quod sit coloratum aut figuratum, [et] *assignas* per hoc declarantem et declaratum; et cum definiens dicis quod corpus est longum, latum et spissum, constituis rem quae est longa, lata et spissa.

---

p. 24,16—22 = Falaqera II, §. 2.

---

1 formam *ex Falagera:* הוא הנושא לצורת הגשם; materiam *A C M N* da *N* inueniendam *A* ea quae sunt per ordinem *C* 2 imagina *A C M N* 3 et alia *om. C* 5 totum] est totum *C* uniuersalis naturalis *M* 6 est] et *C* 7 autem *om. A* 8 quod fuerit] que fuerit *C*, fiunt quod *C* 10 quae est] quaeque *N* 14 ueniamus *A* primam materiam *A* 14 D. *om. M* 17 corporis *ex Falagera:* ושם הגוף לבדו; generis *A C M*, generationis *N* esse *om. N* 17 annuntias *M N* 18 assingnas *N*, *ut compluries* formatum] materiam id est formam *N* 19 et *uncis inclusi, cum Arabicum illud* ف, *a quo apodosis incipit, plerumque apud Latinum interpretem non reddatur; cf. infra* 21 constituis rem, *ubi Falagera* ותקיים דבר assignas *addidi ex Falagera* qui habet וקיימת. 20 declarantem et *om. M. ex Falagera conicias* declarationem; *sed cum illud* תאר *Munkii sit coniectura, ipse codex habeat* מתאר, *uitium, si quid est, potius in communi Arabico fonte iam infuisse putandum est. fortasse ad hunc locum p. 17, 23—27:* talem ergo habent comparationem ad sustinentem se, qualem habent formae particulares ad sustinentes se *conferri potest* diffinieris dicens *A M N* 21 latum et spissum et longum *C* 22 lata longa *M* et *om. A*

D. Video quod color et figura separantur a corpore; sed non uideo longum et latum separari a corpore.

M. Si tu intelligis hoc de colore et figura simpliciter, haec nunquam separantur a corpore; si de propriis, non habes cur contradicas.

D. Quare?

M. Quia si haec propria tolluntur, non tolluntur alia.

D. Hoc modo mihi iam manifestum est. estne adhuc alius modus?

M. Nescis quod una et eadem res potest esse sustinens et sustentata?

D. Quomodo non? quia hoc usque modo inculcauimus.

M. Scisne quod sustinens et per se existens est sensibile, ut corpus, et intelligibile non sensibile, sicut intelligentia et anima, quae sunt duae substantiae non sensibiles?

D. Nunc concedam hanc esse substantiam simplicem, donec postea probes.

M. Nonne res quae est per se existens sensibilis, et res quae est per se non sensibilis, conueniunt in aliquo et sunt diuersae in aliquo?

D. Sic est.

M. In quo conueniunt et in quo diuersae sunt?

D. Conueniunt in hoc quod unaquaeque per se existit, et diuersae sunt in hoc quod una est sensibilis et alia non est sensibilis.

M. Sensibile est corpus?

D. Sic.

---

1 non] nondum *N* et *om. M* 3 colore et figura] corpore et figura *M N*, figura et corpore *C* hoc *M N* 4 habens *N* Quaere *N* 7 propria *om. A* tollentur, non tollentur *A* 8 hoc *om. A* modo *om. C* iam mihi *N* 10 quod] quia *A M* 12 non] hoc *C* quia ... inculcauimus *om. C* 14 non] et non *C* intelligentia] intellectiua *C* et] ut *C* anima] omnia *A* 15 substantiae] specie *A* 16 concedimus *C* hanc] hic *M*, hoc *A N* substantiam esse *C* 17 probes postea *M* 18 quae est] quaqua *N*, quae *C* existens *om. N* et res *om. N* 19 quae est non est sensibilis *C* 23 D. *om. N* 23—24 Conueniunt ... diuersae sunt *om. C N* 24 sunt et in *A* quia *M* una] alia *A M N* et *om. A N* est *om. A C M*

M. Corpus etiam existit per se?

D. Quomodo non?

M. Ergo corpus est forma existenti per se?

D. Sic est.

M. Ergo existens per se necesse est ut sit materia corpori, et corpus forma eius?

D. Non est nisi hoc.

M. Ergo iam manifestum est hic esse rem per se existentem, sustinentem corporeitatem, et haec est substantia.

D. Jam patet hoc.

M. Jam inuenisti materiam quintam.

D. Ita est.

M. Similiter accipe corporeitatem formam quintam.

D. Iam feci sic.

M. Redeamus ad caput et declara nobis ordinationem materiarum, alterius scilicet ab altera.

2. D. Vnde incipiam in hoc?

M. Incipe prius a sensibili.

D. Iam intellexi quod materia particularis naturalis subsistit in materia uniuersali naturali, et materia uniuersalis naturalis subsistit in materia uniuersali caelesti, et materia uniuersalis caelestis subsistit in materia uniuersali corporali, et materia uniuersalis corporalis subsistit in materia uniuersali spirituali.

M. Bene intellexisti. sed quid sequitur hoc?

D. Hoc sequitur quod caelum cum omni eo quod in eo est sit subsistens in substantia spirituali, et sit sustinens illud substantia spiritualis.

---

p. 26,19—28 = *Falaqera* II, §. 3.

---

3 exis'endi *C* 5 corpori] corpus *M* 8 ergo] quare *A* manifestum est iam *M* 8—9 existentem et sustinentem *C* 15 nobis] mihi *M* 18 sensibilibus *M* 20 naturali uniuersali *A N*, uniuersalis naturalis *M* 21 uniuersali] naturali *A* 22 caelestis uniuersalis *C M N* subsistat *A* 23 et *om.* *C* subsistat *A*, subsistens *C* materia (*post* in) *om.* *C* 25 intellexi *M* 25—26 hoc ... sequitur *om.* *N* 26 cum] est *A* eo *om.* *A M N* 27 subsistens] sustinens *M* in substantia ... sustinens *om.* *N*

M. Declara etiam ordinationem formarum, aliarum scilicet ab aliis, et incipe in hoc sic, sicut incepisti in materiis.

D. Sicut diximus in materiis, sic et hic dicimus opus esse ut formae particulares naturales sint subsistentes in forma uniuersali naturali, et forma uniuersalis naturalis sit subsistens in forma uniuersali caelesti, et forma uniuersalis caelestis in forma uniuersali corporali, et forma uniuersalis corporalis sit subsistens in forma uniuersali spirituali.

M. Redeamus nunc etiam et incipiamus ab intelligibili.

D. Inquisitio iam deprehendit quod materia spiritualis sustinet materiam corporalem, et materia corporalis sustinet materiam caelestem, et materia caelestis sustinet materiam naturalem uniuersalem, et materia naturalis uniuersalis sustinet materiam naturalem particularem. similiter est dicendum de forma.

M. Bene intellexisti. sed quid sequitur ex hac dictione?

D. Sequitur hoc quod materia quae sustinet omnia sensibilia, scilicet quantitatem et cetera quae sequuntur accidentia, sit una materia subiecta accidentibus illis quae sunt per illam et in illa et super illam et de illa et sua illius et ad illam.

M. Vnde fuit necesse quod haec materia sit una?

D. Ideo quod omnia sensibilia resoluuntur in illam, quoniam sensibilia sunt accidentia, et intellectus separat illa a substantia et resoluit in illam.

M. Vnde iudicasti quod, quia sensibilia intellectu resoluuntur in substantiam, habeant unam materiam uniuersalem quae est substantia?

D. Quia enim inueni quod sensus, quando uident diuersi-

---

p. 27,3—8 = Falaqera II, §. 4.

---

2 scilicet *om.* *M N* sic *om.* *C* 4 naturales particulares *A* 4—5 naturali uniuersali *N* 5 naturalis uniuersalis *N* sit] ut *N* 6 uniuersali caelestis *N* 7 sit *om.* *A C N* 9 etiam nunc *M* intelligi *N* 10 decomprehendit *M* 11 materia corporalem *M* 12 materia (*ante* caelestis) *om.* *C* naturalem *om.* *A C*, uniuersalem naturalem *M* 13 et materia . . . naturalem *om.* *A* uniuersalis (*post* naturalis) *om.* *N*, uniuersalis naturalis *M* 14 est dicendum est de *C* 17 insensibilia *C* scilicet] sed *N* 18 subiecta *om.* *CN* 19 et (*ante* super) *om.* *A* et (*ante* ad) *om.* *N* sua *fortasse corruptum* 20 hoc *N* 21 quod] quia *M* 22 illa] illam *M* 23 illam] illa *N* 24 insensibilia *C* resoluuntur intellectu *A* 25 habeant] hanc *A* materiam] naturalem *C* 27 uident] inducunt *A*, iudicat *C*

tatem rerum sensibilium, etsi sint compositae et coniunctae, iudicant tamen quod unaquaeque illarum non est alia: ideo per hanc considerationem dico de intelligentia quod, quando ipsa deprehendit discretionem rerum intelligibilium, etsi sint iunctae et compositae in esse, iudicat tamen quod unaquaeque illarum non est alia; et ideo dixi quod sensibilia separantur a substantia et resoluuntur ad illam, quia intelligentia separat inter illa et illam, etsi sint simul in esse.

M. Vnde ergo iudicasti quod ideo res intelligibiles necesse sit esse separatas in suo esse, etsi sint iunctae et compositae, quia intelligentia iudicauit separationem earum?

8. **D.** Inueni siquidem me ipsum paratum ad concedendum hoc, sed postquam consideraui intelligibilia ex sensibilibus, sicut praedixi.

M. Nonne est ita tibi necessarium scire intelligibilia esse discreta quantum ad intellectum, sicut scire sensibilia separata quantum ad sensum?

D. Dic mihi causam in hoc et pone regulam comprehendendi separationem rerum, quae necessitas ducit nos ad hoc, quapropter uolumus esse parati ad resolutionem eorum quae sunt et separationem aliorum ab aliis, maxime in substantiis intelligibilibus, quia uideo quod scire eorum separationem, cum ipsae continuae et coniunctae sint in suo esse, difficillimum est.

M. Ita est. sed ego dabo tibi regulam unde fiat facile; sed tamen attentus esto.

D. Ego attendo; sed tu incipe.

---

1 sunt *A* iudicat *C* 2 est *om.* *N* 3 considerationi *N* de] quod *A*, quod de *C* intelligentia] intellectiua *C* deprehenderit *A*, apprehendit *M*, comprehendit *N* 4 intellectibilium *C* 4 sunt *A M N* 5 iudicant *M N* illarum] earum *C* 6 a substantia et] alias *A* 7 illa] illas *C M N* 9 ergo *om.* *A C N* ideo *om.* *C* 10 sit] sint *A* separatas esse *C* et si sunt (sunt *etiam M et N*) in suo esse *A* 11 D. Intelligentia quia *A* intellectiua *C* iudicabit *M*, iudicabat *A* 12 D. *hic om.* *A* parum *A* 13 sensibus *M* 15 Nonne] Verumne *C* 15 tibi ita *M*, tibi *om.* *A* 16 separata *om.* *N* 17 sensum] seneum *C* 18 hoc opere et *M* propone *A* 19 separationem *om.* *N* quae *scripsi*: quia *A C M N* 19—21 rerum ... et separationem *om.* *C* 21 aliarum *C M N* *ante* maxime *add.* et *N* 22 eorum separationem] separationem ipsorum *C* 23 cum] et *M* 26 sed tamen] sed *om.* *A M N*; *an* sed tu?

M. Si substantia intelligentiae cognoscit se ipsam, necesse est ut forma ueritatis subsistat in se ipsa, et ideo intelligentia cognoscit hanc formam cognitione et non dubitat de illa; et quia forma ista subsistit in se, non est longe a se cognoscere istud. quapropter substantia animae cognoscit formam ueritatis aliquando, quia proxima est substantiae intelligentiae; hoc est, natura animae uicina est naturae intelligentiae et similis illi. sed anima animalis non cognoscit hanc formam cognitione perfecta, sed existimat eam, et uidetur ei quia natura eius longe est a natura intelligentiae; et ideo similis est uisui qui longe est a sensibili, qui cum sibi tribuatur forma, non comprehendit illam. et cum fuerit hoc, sicut dicimus, quod intelligentia assequitur formam ueritatis per se ipsam, quia subsistit in ea, et apprehensio est scientia rerum: tunc oportet ut circumdet et comprehendat illas. unde non licet ei apprehendere quod ordinatum est supra se. nec hoc dicimus absolute, quia intelligentia apprehendit quod est supra se secundum hoc quod fixa est in illo et stans per illud; et hoc est apprehensio causae a causato; sed non sic apprehendit illud ut comprehendat, sicut est apprehensio causati a causa. sed si intelligentia apprehendit omnes substantias, necesse est ut sit superior illis.

D. Ita necesse est.

M. Si intelligentia est super omnes substantias, necesse est

---

p. 29,1—21 = **Falaqera** II, §. 5.

---

1 intellectiuae *C* cognoscat *M* 2 ueritatis *om.* *C* subsistit *M* ipsam *M* intelligentiae] *sic etiam* *C* 4 quia] qui *N* forma ipsa *M*, ipsa forma *A*, ista *om.* *N* 5 illud *N* 6 proxima est] proximat *N* intellectiuae *C* 7 intellectiuae *C* et similis] consimilis *M* illis *N* 9 eam] causa *N* quia] quod *M N* intellectiuae *C* ideo non similis *N* qui longe] quia longe *M* 11 qui cum] quia est cum *M*, quia cum *N*, quod cum *C* tribuatur] credatur *M*, turbatur *N*, trahatur *C* 11—13 forma . . . assequitur *om.* *N* 11 apprehendit *C M* 12 quod] quia *M* intellectiua *C* 13 quia] et *N* 14 comprehensio *C M N* ut] quod *A* 15 quod] quia *C* 16 supra] super *C* intellectiua *C* 17 supra] super *C* secundum] scilicet *M* 18 illud] id *C* est *om.* *A* comprehensio *A* causae] anima *M* 19 *post* sic *add.* aut *N* illud *om.* *A* 20 intellectiua *C* 20—23 apprehendit ... intelligentia *om.* *N* 21 illa *A N* 23 intellectiua *C*

ut comprehendat illas; et si comprehendit illas, necesse est ut sint omnes in illa et sit illa continens illas.

D. Iam intellexi ex hac dictione quia intelligentia apprehendit omnes res, quia circumdat illas. est adhuc alius modus quo hoc explanes?

M. Quicquid est subtilioris essentiae et clarioris substantiae, illud est perceptibilius et apprehensibilius rerum. sed intelligentia omnibus quae sub ea sunt perceptibilior et apprehensibilior est omnium rerum. ergo necesse est ut eius essentia sit subtilior et clarior essentia omnium quae sub ea sunt.

D. Iam planum est mihi ex hac dictione quod intelligentia apprehendit omnia. est adhuc alia dictio qua hoc explanetur?

M. Postquam scientia intelligentiae de formis rerum non est nisi quia unitae sunt ei, et unitio illarum cum illa non est nisi quia recipit illas, quid sequitur hoc?

D. Hoc sequitur quod intelligentia habet scientiam de formis rerum ideo quia recipit illas.

M. Postquam intelligentia scit omnes formas rerum, et scientia eius de formis omnium rerum est quia recipit illas, quid sequitur hoc?

D. Sequitur hoc quod intelligentia sit receptibilis formarum omnium rerum.

M. Postquam intelligentia est receptibilis formarum omnium rerum, et formae rerum sunt diuersae, quid sequitur hoc?

D. Sequitur hoc quod intelligentia sit receptibilis formarum rerum diuersarum.

M. Postquam intelligentia est receptibilis formarum rerum

---

p. 30,6—10 = Falaqera II, §. 6.

---

1 si] sit *A*, sicut *C* 3 ex] ut *M* quia] quod *M N* intellectiua *C* 4 res omnes *M* illas] eas *N* 5 qua *N* 6 subtiliationis *N* clarationis *N* 7 perceptibilius] susceptibilius *A C* comprehensibilius *N* intellectiua *C* 10 ea *om.* *M* 11 ex] de *N* quod] quae *C* intellectiua *C* 12 comprehendit *C* 13 intellectiuae *C* *post* intelligentiae *add.* est *N* 14 quia] quod *C M* unire *M* illorum *M*, earum *N* cum illa *om.* *N* 15 quia] quod *M* quid] quod *C* 16 intellectiua *C* 18 intellectiua *C* 18—27 scit omnes formas . . . Postquam intelligentia *om.* *C* 19 rerum omnium *M* 21 D. Sequitur hoc *om.* *N* 21—24 D. Sequitur hoc . . . sequitur hoc? *om.* *A* 23 omnium *om.* *N* 24 et formae sunt diversae (*omisso* rerum) *post* hoc *transp.* *N* 25 hoc *om.* *N* 25—26 formarum rerum] formarum formatum *N* 27 rerum *om.* *N*

diuersarum, et omne quod est unius formae in actu non est receptibile formarum diuersarum in actu, quid sequitur hoc?

D. Hoc sequitur quod intelligentia non est receptibilis unius formae tantum in actu.

M. Ergo intelligentia*e* non est appropriata una forma in se?

D. Hoc ita est.

M. Postquam intelligentia non habet propriam formam in se, et est apprehendens omnium formarum semper: necesse est ut formae omnium rerum sint sibi formae essentiae. et postquam formae omnium rerum sunt formae essentiae intelligentiae, et distinctae sunt apud intelligentiam, necesse est ex hoc ut sint distinctae in
4. semet ipsis. — Item alio modo. Cum fuerit essentia intelligentiae sciens distinctionis formarum omnium rerum, et formae rerum sint distinctae in semet ipsis, necesse est ex hoc ut essentia intelligentiae sit sciens distinctionis formarum rerum in semet ipsis. sed cum fuerit essentia intelligentiae sciens distinctionis formarum rerum in semet ipsis, necesse est ex hoc quod formae rerum sint distinctae in semet ipsis, quandoquidem iudicauit intelligentia distinctionem rerum apud se.

D. Certe hoc sic est, et aestimo quod iam intellexi quae est causa intelligentiae et sensui apprehendendi distinctionem formarum rerum.

M. Quae causa est in hoc?

D. Causa in hoc haec est, quod esse intelligentiae est esse

---

p. 31,7-12 = Falaqera II, §. 7.

---

1 unius] minus *N* 2 forma *M* quid] quod *C* 3 Hoc sequitur hoc quod *M* intellectiua *C* 5 intelligentia *A M N*, intellectiua *C* 6 itaque est *A*, est ita *N* 7 intellectiua *C* 7—8 in se *om.* *A* 8 et] nec *N* 8 omnem formam *A* est necesse *M* 9 sibi *om.* *A* essentiae *om.* *C M N*; *habet Falaqera* formae (*post* postquam) *om.* *A* 10 rerum omnium *M* sint ibi formae *N* intellellectiuae *C* et *om.* *C* 11 intellectiuam *C* 12 intellectiuae *C* 13 distinctiones *A M* 13—15 distinctionis . . . sit sciens *om.* *N* 13 rerum omnium *C*, omnium *om.* *M* 15 intellectiuae *C* distinctiones *A* 16 intellectiuae *C* 17 distinctiones *A M N*, *om.* *C* formarum] omnium formarum *C* 17—18 in semet . . . formae rerum *om.* *N* 19 intelligentia] *sic etiam* *C* 20 existimo *M* 21 intelligentiae] intellectiua (*sic!*) *C* et *om.* *C* sensum *N* apprehendi *C* 22 *ante* rerum *add.* omnium *C* 23 est causa *M N* 24 haec *om.* *C M N* intellectiuae *C*

scientem sui ipsius cum certitudine omnis rei scitae. similiter etiam dicendum est de sensu.

M. Quomodo est hoc?

D. Cum formae sensibiles imprimunt aliquid in re sentiente, tunc fit sensio; et postquam forma impressionis est aduenienssecundum formam rei sensae in se, opus est ex hoc ut forma impressionis sentientis per sensatum sit secundum formam sensati in se; et quando forma impressionis sentientis per sensatum fuerit secundum formam sensati in se, et forma sensionis est impressio sentientis per formam sensatam: opus est ex hoc ut forma sensionis sit secundum formam sensatam in se.

M. Bene ordinasti considerationem tuam in sensu. ordina etiam hanc formam considerationis in intelligentia.

D. Intelligentia scit per se certitudinem omnis rei scitae. et quicquid scit per se certitudinem omnis rei scitae, scit rem scitam per scientiam aequalem suae certitudini in se ipsa. ergo intelligentia scit omnem rem scitam per scientiam aequalem suae certitudini in se ipsa. et postquam intelligentia scit omnem rem scitam per scientiam aequalem suae certitudini in se ipsa, et est sciens separationem formarum rerum: opus est ut intelligentia sciat formas rerum per scientiam aequalem certitudini suae separationis in semet ipsis.

M. Bene composuisti explanationem harum considerationum. sed quid sequitur ad has?

D. Hoc sequitur ut omnes res quas comprehendit sensus et intelligentia de formis eorum quae sunt, sint separatae in semet ipsis, quia sunt separatae in sensu

---

p. 32,26—33,24 = Falaqera II, §. 8.

---

1 re *N* scitae et similiter *A* 2 etiam] et *N* de hoc sensu *C* 4 in re sentiente] in se sensientem *C*, in re sciente *M* 5 sencio *C*, *ut saepius* prima *om.* *C* impressis *N* adinueniens *A* 7 sentiens *A*, sensiens *C* sensati] insensati *C* 8–9 quando ... sensati in se *om.* *C M* 10 sentientis] [illegible] *A* 12 consideratione *M* tuam *om.* *A M N* 13 etiam] in *C* intellectiua *C* 14 intellectiua *C* 16–18 ergo ... in se ipsa *om.* *C M N* 18 intellectiua *C* rem *om.* *C M* 19 scitae *N* in se ipsis *M*, *om.* *N* 20 intellectiua *C* 22 separationis suae *A* 26 et *om.* *C* intelligentia] intellectus *C* 27 quia] quae *M* separata *A M*

et intelligentia, quamuis non sint separatae in esse, quia omnia quae sunt unita sunt et coniuncta.

M. Bene intellexisti apprehensionem sensus et intelligentiae de certitudine rerum. sed intelliges etiam postea de hoc amplius quam intellexisti modo, cum nos loquemur de forma intelligentiae particularis et uniuersalis, *et* cum inspexerimus qualitatem suae apprehensionis circa formas rerum propter subsi-
5. stentiam formarum rerum in illis, scilicet intelligentiis. Et postquam hoc intellexisti, etiam intellige exemplum diuisionis substantiarum et accidentium intelligibilium et diuersitat*is* in semet ipsis et apud intelligentiam, licet sint unita in esse, sicut exemplum separationis corporum et accidentium sensibilium et diuersitat*is* eorum in semet ipsis et in sensu, etsi sint unita in esse, sicut color, figura et corpus, quia unumquodque horum diuersum est ab altero, etsi sint coniuncta in esse. similiter dicendum est de quantitate et substantia quae sustinet eam.

D. Quomodo est hoc?

M. Quia quantitas a substantia quae sustinet illam diuersa est in se et apud intelligentiam, etsi sint unita simul in esse. exemplum autem adunationis quantitatis cum substantia tale est quale est exemplum unitionis coloris et figurae cum quantitate; quamuis sit separata a substantia in se et in intelligentia, sicut separatio uniuscuiusque coloris et figurae a quantitate in se et in sensu, etsi non sit hoc in esse.

D. Bonam similitudinem induxisti de separatione substan-

---

1 intellectiua *C* separata *M* in *om. A*, in esse *om. C* 3 comprehensionem *M* intellectiuae *C* 4 intelliges] intelligens *N* etiam *om. C* 5—9 cum nos . . . hoc intellexisti *om. C* 5 intelligentiae] intelligens *N* 6 uniuersalis et particularis *A* et] sed *A M N* quantitatem *M* 7 substantiam *N* 8 illas *M N* 9 intellige etiam *C* 10 diuersitatis *scripsi:* diuersitatem *A C M N* 11—13 et apud . . . semet ipsis *om. C* 11 licet etiam sint *A* 12—13 et diuersitatis . . . ipsis et *om. A* 12 diuersitatis *scripsi:* diuersitate *N*, diuersitatem *C M* se ipsis *N* 13 in (*ante* esse)] inde *C* 14 colorum *A*, calor *N* et figura *N* et corpus] corporis *C* horum] eorum *C* 15 ab alio *M N* 16 qualitate *N* de substantia et quantitate *C* 18 quae sustinet illam *om. N* 19 intellectiuam *C* etsi] et *C* simul unita *C* simul] similis *N* 20 cum] et *M* 20—21 tale est] tel est *N* 21 quantitate *om. M* 22 sint *A C M* in (*ante* intelligentia) *om. A N* separatae *C* intellectiua *C* 23 uniuscuiusque *om. N* 24 in esse hoc *N*

tiarum intelligibilium, cum eam assimilasti separationi coloris et figurae et quantitatis a substantia; et scio quod illuminasti intellectum meum per hanc dictionem. uideo enim quantitatem omnino sustentari in substantia; et similiter uideo omnes substantias intelligibiles sustentari alias in aliis, sicut sustentatio coloris et figurae in quantitate et quantitatis in substantia.

M. Verum est, et uidebis postea etiam quod omnes formae sustinentur in prima materia, sicut color et figura et similia accidentia sustinentur in quantitate et quantitas in substantia; et tunc patebit tibi quod manifesta eorum quae sunt exemplum sunt ad occulta eorum; et tunc etiam patebit tibi quod omnia sustentata in prima materia sunt partes ad illam, et uidebis quod materia prima uniuersalis est ad illa et quod harum rerum alia sunt partes ad alia, quousque plene scies quod materia prima quae sustinet omnes formas est quasi liber depictus et uolumen lineatum; et uidebis tuam intelligentiam tunc omnes res circumdantem et excelsam super illas secundum possibilitatem hominis.

D. Magna erit super me benignitas domini, si completum fuerit in me quod promisisti. aggrediamur ergo id in quo eramus, scilicet ad dicendum de materia et de forma.

6. M. Quid intellexisti de fine rerum sensibilium?

D. Materiam uniuersalem, quae sustinet illa et quae est subiecta illis; et haec est per quam subsistunt sensibilia et in qua inueniuntur, et in ea mutantur et ad eam referuntur et ab ea incipiunt et ad eam redeunt.

M. Bene intellexisti. sed intellige etiam quod haec materia

---

p. 34,3—6 = Falaqera II, §. 9. p. 34,7—18 = Falaqera II, §. 10.

---

1 cum] et *N* separationis *C* 2 figurae] fine *A* quod] quia *A N* illuminasti] assimilasti *C* 4 sustentari] sustineri *A M* 5 alias *om.* *A* 6 in (*ante* quantitate)] et *A* quantitatem *M* 7 uidea *M* etiam postea *M N*, etiam *om.* *A* 8 sustinetur *N* 8—9 prima materia . . . sustinentur in *om.* *C* 9 quantitas] quantitate *M* 10 tunc] nunc *N* 11 tunc *om.* *A C* patebit etiam *N* 12 sustenta *N* sint *A M* 13 prima materia *C*, prima *om.* *M* harum] arum *C* 14 plene] bene *M* scias *A* 16 linearum *N* tuam] suam *N* tunc] inter *C* 17 super] inter *A* 18 D.] M. *C* 21 de (*ante* forma) *om.* *N* 22 sensibilium] inuestigabilium *C* 23 illam *C M* 24 hoc *N* sensibilia] intelligibilia sensibilia *C* 25 mutantur] mutuantur *N* 27 sed] et *C*

uniuersalis ipsa est substantia quae sustinet nouem praedicamenta, et quod nouem praedicamenta sunt forma uniuersalis subsistens in illa.

D. Iam intellexi hoc. sed uolo ut manifestes quod dicis de hac substantia ostensione sufficienti, et stabilias in intelligentia mea firmum aliquid a quo non possim separari. uideo enim quod haec substantia quae sustinet nouem praedicamenta est magnae nobilitatis et altae maneriae, et quia illa est quae sustinet omnia quaecunque sensus attingunt de formis mundi; et quia uideo eam remotam a comprehensione sensus, puto quod ipsa est terminus distinguens inter sensibilia et intelligibilia, et puto quod haec substantia est primum a quo debet quis incipere in speculatione intelligibilium.

M. Certum est quod haec substantia quae sustinet nouem praedicamenta est clauis speculandi ea quae sunt remota a sensibus, et quia haec substantia sequitur post sensibilia in ordine, et quia haec substantia formata nouem praedicamentis est exemplum praesens, subiectum significationi rerum non sensibilium.

D. Ostende quomodo sit hoc.

M. Assignabo tibi in hoc aliquid generale sufficiens ad significandum id quod post illud sequitur. dico quod postquam anima priuata est scientia secundorum accidentium et secundarum substantiarum, ex quo ligata est cum corpore, sed postea recuperat eam, quando attingit prima accidentia et primas substantias et meditatur in illis et intelligit: manifestum est

p. 35,14—36,21 = Falaqera II, §. 11.

1 est *om.* *A* 2 sint *C* formae *C* 3 illis *C* 4 hoc *om.* *N* 5 stabilias] stabilitas *N*, stabilias ea *C* 5—6 in intellectiua *C*, in intelligentia mea *post* 6 separari *transp.* *M* aliquid firmum *M*, firmum aliquod *A* possum *A*, possit *M N* 7 haec *om.* *N* quae ... praedicamenta *om.* *C M N* 8 maximae *A* maneriae] materiae *C* 9 sensus] senes *C* forimis *N* 11 terminus] res *A*, tres *N* 12 hoc *N* 13 incipere] suspicere *A* speculationem *A M* 14 quod] quia *N* 15 nouem] decem (X) *C* 16 sequitur *om.* *C* 16—17 sequitur ... substantia *om.* *N* 16 post sensibilia] prius sensibilia *M*, praesensibilia *C* 17—18 sustentata cum praedicamentis *N* 18 praesens] praestans *A* 20 hostende *N* 21 aliquod *A M N* 22 signandum *N* id] hoc *C* post *om.* *N* illud] hoc *C* 23 secundorum] singulorum *A* 25 quando] quanto *C*

quod non ob aliud proponuntur ei accidentia prima et substantiae primae, hoc est saeculum naturae, et adaptantur ei sensus ut per eos attingat accidentia prima et substantias primas, nisi ut, postquam apprehenderit anima substantias primas et accidentia prima, apprehendat etiam per illa accidentia secunda et substantias secundas. et propter hoc est homo ut, quando apprehenderit scientiam sensibilium a principio suae natiuitatis in hoc saeculo, accrescat per illam eius intelligentia et exeat de potentia ad effectum, quia formae sensibilium sigillantur in instrumentis, quia sunt similes illis, et formae quae sigillantur in instrumentis sigillantur etiam subtilius et simplicius in imaginatione quam sigillat*ae* fuerant in instrumentis, et similiter sigillantur in essentia animae subtilius et simplicius quam sigillat*ae* fuerant in imaginatione. et per hoc est comparatio formarum sensibilium ad animam talis qualis comparatio libri ad legentem, quia quando senserit uisus figuras eius, recordabitur anima intentionum ipsarum figurarum et suae certitudinis.
7. Et haec dictio testificabitur tibi certitudinem mei uerbi praedicti, quod substantia quae sustinet nouem praedicamenta ipsa est exemplum praesens subiectum significationi rerum insensibilium.

D. Monstra mihi quomodo hanc substantiam formatam accipiam exemplum in significatione absentium, ideo ut sit mihi hoc radix cui innitar ad scientiam absentium occultorum.

---

p. 36,26—37,26 = Falaqera II, §. 12.

---

1 non *om.* *A* prima] primae *C* 1—3 et substantiae . . . prima *om.* *N* 2 adaptatur *C M* *post* ei *add.* animae *A N* 3 attingit *M* 4 comprehendit *N* 5 apprehendat *om.* *M*, apprehendit *A* 5 secunda *om.* *A* et] quia *C*, *om.* *M* 6 est hoc propter hoc *M* homo *om.* *M* 7 quando] quanto *C* 7—8 natiuitatis suae *M N* 8 accescat *M* 9 intellectiua *C* 10 in] et *N*, *om.* *M* 11—12 sigillantur etiam in imaginatione subtilius et simplicius *A*, sigillantur etiam in imaginatione etiam subtilius et simplicius *N*, etiam subtilius et simplicius sigillantur in imaginatione *M* 12 sigillata *A C M N* fuerat *M* 13 animae *om.* *N*, animae essentia *M* 14 sigillata *A C M N* fuerat *M*, erant *C* 15 *post* qualis *add.* est *N* uisus] usus *C* recordabatur *C* 18 Et] quia *C* hoc *N* testificabitur] certificabitur *N* mei] nostri *A* 19 quod] quia *A* 21 sensibilium *C* 22 Monstra] Manifesta *A M* hanc] habeat *N* 24 haec *A* nitar *M*, imitar *C* ad absentium occultorum scientiam *A* occultarum *C*

7. Postquam nostra intentio fuit eleuari ab infimo extremo eorum quae sunt usque ad extremum summum eorum, et omnis res quae habet esse in extremo inferiori est ueniens ab extremo altiori: tunc quicquid inuenerimus in extremo inferiori, ponemus regulam ad assignationem eorum quae sunt in extremo altiori, quia inferius exemplum est altioris. ea enim quae ex aliis ueniunt exemplum sunt eorum a quibus ueniunt. unde quia inferius descendit a superiori, necesse est ut sit exemplum superioris. et nos assignabimus post hanc inquisitionem quod inferius descendit a superiori; et cum fuerit hoc sicut dicimus, et scierimus terminum conuenientem utrorumque extremorum: tunc certa erit scientia occulti per manifestum. et est opus ut de eo quod dicimus ponamus exemplum uniuersale; et sit ipsum exemplum substantia quae sustinet nouem praedicamenta. dico quod postquam nostra intentio fuit erigendi nos usque ad supremum finem eius quod est, hoc est materiam uniuersalem quae sustinet omnia et formam uniuersalem quae sustinetur in illa, quae sunt finis esse ex parte inferiorum et principium ex parte adinuentoris eorum cuius excelsum nomen est, inspiciamus extremum inferius, scilicet materiam quae sustinet nouem praedicamenta, et inueniemus eam con-
8. feribilem ei et exemplum eius. Similiter etiam inueniemus formam quantitatis sustentatam in hac substantia exemplar formae uniuersalis, id est formae intelligentiae, quae sustinetur in prima materia uniuersali, tamquam si supremus finis sit corpus solis et infimus radius eius diffusus super sphaeram terrae.

---

1 nostra] unum *N* extremo *post* 2 sunt *transp.* *N* 2 eorum summum *N* omnes *N* 3 ueniens] iniens *N* 4 quicquid] quod quid *C* extremo] exemplum *C* 5 assignationem] significationem *N* eorum] corpus *A* 6 interius *A* est exemplum *N* altiori *A* 7 ex] ab *A*, in *N* 8 inferius *om.* *C* 11 sciemus *C* conuenientiae *N* 12 scientia] cognitio *N* 13 et hoc est opus *C* ut *om.* *C* de eo] de hoc *C* dicimus] deus *C* 14 sustinet] continet *N* 15—16 quod . . . finem eius *om.* *N* 15 fuit *om.* *A* erigendi] exigendi *A* 16 usque *om.* *A C* 19 *post* principium *add.* effectum *A* adinuentionis *A* 19—20 nomen excelsum *M* extremum inspiciamus *C* 21 conferibilem] consensibilem *N*, consimilem *M* 24 id est] et *N* intellectiuae *C* 25 materia prima *A*, prima *om.* *M* suppremus *A M* 26 diffisus *M* spaeram *A C M N*, *ut semper*.

D. Ostende mihi locum similitudinis inter haec extrema. mirum enim est quod sic coniunxisti extrema rerum et ligasti remotiora cum propioribus.

M. Inspice proprietates materiae uniuersalis, et inuenies eas in materia inferiori, scilicet quod sit existens per se, una, sustinens diuersitatem, et ceteras proprietates quas habet.

D. Assimilatio duarum materiarum non est longe. sed similitudinem duarum formarum quomodo possum intelligere?

M. Scias quod, sicut prima forma quando coniungitur altiori materiae, constituit speciem intelligentiae et eam ducit ad esse, similiter forma quantitatis cum coniungitur materiae inferiori, constituit speciem corporis et eam ducit ad esse. ergo forma quantitatis erit conferibilis formae intelligentiae. — Manifestatio autem huius haec est, scilicet quod forma intelligentiae est una simplex, forma uero quantitatis est multae unae compositae. et sicut forma intelligentiae est propinquior materiae altiori inter omnes formas, similiter forma quantitatis est propinquior materiae inferiori inter omnes formas. et sicut forma intelligentiae non separatur a materia altiori, similiter forma quantitatis non separatur a materia inferiori. et sicut forma intelligentiae penetrat totam essentiam materiae altioris, similiter forma quantitatis diffusa est per totam essentiam materiae inferioris. et sicut forma intelligentiae uestit et circumdat materiam altiorem, similiter forma quantitatis uestit et circumdat materiam inferiorem. et sicut forma intelligentiae sustinet omnes formas et omnes formae sustinentur in illa, similiter forma quantitatis sustinet omnes formas corporis et eius accidentia et habent esse in illa. et sicut figura est finis formae quantitatis et terminus circumdans eam, similiter scientia est finis formae intelligentiae et terminus circum-

p. 38,1—39,22 = Falaqera II, § 18.

3 propinquioribus *C*   4 respice *A*   7 sed *om.* *N*   8 assimilationem *N*   quomodo] quo *C*   13 conferibilis] consimilis *M*   intellectiuae *C*   14 formae intellectiuae *C*   15 est (*ante* multae) *om.* *N*   16 unae *om.* *A*   formae intellectiuae *C*   est *om.* *C*   17 acciori *C*   18 quantitati *N*   est *om.* *C*   inter omnes formas *om.* *C*   19 intellectiuae *C*   19—21 et sicut . . . materiae inferiori *om.* *N*   21 intelligentiae] intll' *C*   22 *post* similiter *add.* et *C*   23 *et* 25 intelligentiae] intl' *C*   24 *post* similiter *add.* et *N*   29 terminus] tres *N*   30 intellectiuae *C*   terminus] tres *N*

dans eam; et scientia intelligentiae non est figura nisi propter hoc quia est finis circumdans eam et est similis figurae corpus circumdanti; et sicut corpus cum coniungitur corpori, non coniungitur ei nisi per figuram suam, similiter intelligentia cum coniungitur intelligentiae non coniungitur ei nisi per scientiam suam. et sicut forma quantitatis resoluitur in punctum et unitatem, similiter forma intelligentiae resoluitur in materiam et unitatem. et sicut cum intelligentia inspexerit in formam quantitatis, inueniet eam altiorem omnibus formis et propinquiorem substantiae et inueniet cetera accidentia et formas inferiores ea, similiter forma intelligentiae cum inspexerit in se ipsam, inueniet se altiorem omnibus formis et propinquiorem materiae et inueniet ceteras formas infra se. et sicut sunt quaedam formae affixae materiae nec separabiles ab ea, sicut formae intelligentiae et simplices substantiae, et sunt quaedam quae non sunt affixae, sicut formae elementorum et elementatorum, similiter ex formis substantiae aliae non sunt affixae, ut color et figura propria et similia accidentia, et sunt aliae affixae, sicut forma quantitatis quae est affixa substantiae. et sicut formae materiae sunt obuiantes intelligentiae, similiter formae substantiae sunt obuiantes sensui. et similiter se habent quaecumque sunt sibi similia inter duo extrema.

D. Iam intellexi ex te quod patefecisti mihi de aequidistantia extremi inferioris eius quod est ad extremum altius eius quod est, et addidisti mihi per hoc magnum gaudium et delectationem ad speculandum in substantia quae sustinet nouem praedicamenta, quia haec substantia cum omnibus formis quae

---

1 intellectiuae *C* 2 quia] quod *M* finis] terminus finis *C* corpori *M* 2–3 corpus circumdanti et sicut corpus circumdanti et sicut corpus *N* 3 corpori non coniungitur *om.* *N* 4 intellectiua *C* 5 cum coniungitur] coniuncta *C* intelligentiae] figurae uel intelligentiae *A*, figurae *C N* intelligentiae] intl' *C* 8 intellectiua *C* forma *M* 9 inueniet *om.* *C* 10 ea] in ea *A N* 11 intelligentiae] intl' *C* in *om.* *A M*, in se *om.* *C* ipsam] eam *C* 13 *post* formae *add.* substantiales *A* 14 nec] non *M N*, et non *A* intellectiuae *C* 15 simplices substantiae] *ita ipse interpres Latinus scripsisse uidetur, uerborum conexu non bene perspecto; cfr. Falaqera:* כצורת השכל והעצמים הפשוטים. *scribendum erat* simplicium substantiarum. 17 *post* substantiae *add.* compositae *A* 18 formae *C* 19 forma *A* 20 intellectiuae *C* 21 sensum *N* similiter *om.* *N* 23 aequistantia *C* 24 altius] alterius *C*

in ea sunt est exemplum praesens ad significationem eius quod est occultum, et quia haec substantia est prima substantiarum intelligibilium. et si opus est mihi speculari in hac substantia, uidesne utrum mihi opus sit speculari post haec nouem praedicamenta quae sunt forma subsistens in illa?

M. Ad sciendum id in cuius uia sumus et ad eliciendum scientiam materiae et formae non eges scientia praedicamentorum, sed scientia generum et specierum et differentiarum et proprietatum suarum, communionis et diuersitatis, et ut scias quod haec omnia genera formae sunt substantiae quae subiecta est illis. sit tamen tua intentio de speculatione substantiae quae sustinet illa, et studiosissimus esto in moderanda intelligentia tua circa illam, quia est intelligibilis et non sensibilis, et quia scientia illius praecedit scientiam omnium substantiarum intelligibilium. et quamuis sit intelligibilis haec substantia, non est tamen tantae dignitatis quantae sunt ceterae substantiae intelligibiles, ideo quia ordinata est in inferiori extremo substantiarum, et quia ipsa est patiens, ceterae uero substantiae agentes.

D. Quid signum est quod haec substantia est patiens et non agens?

M. Omnis auctor, excepto primo auctore, in suo opere indiget subiecto quod sit susceptibile suae actionis. infra uero hanc substantiam non est substantia quae sit receptibilis suae actionis, quia haec substantia est ultimum esse et eius finis infimus, et est quasi centrum ad ceteras substantias intelligibiles. — Et etiam, quia quantitas quae circumdat hanc substantiam est causa uetans eam ne agat.

D. Quomodo est hoc?

---

p. 40,6—41,21 = Falaqera I, §. 14.

---

1 sunt in ea *M* exemplum est *A* 3 substantia *om.* *N* 4 uides neutrum *N*, uidesne opus sit mihi utrum *C* 5 forma] substantia *M* subsistentes *A N* 6 eliciendam *M N* 8 *ante* generum *add.* prae *N* 9 communionis] coniunctionis *A M*, *om.* *N* 9 quod quae haec *A* sunt *om.* *C M N* 11 *post* substantiae *add.* genericae *A* est *om.* *N* 11 illa] et illas *N* 12 intellectiua *C* 14 substantiarum] scientiarum *M* 16 ideo] illud *M* est ordinata *C* in *om.* *N* 17 substantiae *N* patiens est *N* 18 agentes substantiae *C* 19—20 D. Quid... agens *om.* *N* Quod *M* 22—23 hanc uero *M* 25 centrum] ceterarum *C* 27 eam *om.* *N* ne agat] negat *M*

M. Quia quantitas retinet eam a motu et uetat eam a progressu, quia comprehendit eam et mergitur in ea. ac per hoc est similis flammae ignis quae est obscura propter humiditatem commixtam illi et aufert ei leuitatem motus, et sicut aer nubilus qui prohibetur penetrari lumine. et ideo passio huius substantiae fit manifesta. cum autem complexio fuerit subtilis et parata ad accipiendum, hoc est ut penetrare possint actiones substantiarum intelligibilium in ea, tunc apparebit actio spiritualium substantiarum in corpore, quia penetrant et irrumpunt illud, ad similitudinem solis quando penetrat aliquod obstaculum
10. et pertransit. Non solum autem quantitas prohibet eam ab agendo, sed etiam essentia eius prohibita est a motu eo quod longe remota est ab origine et radice motus; et quia non defluxit ad eam de uirtute agentis et mouentis omnia, unde ipsa fieret mouens et agens, accidit ei per hoc ut esset quieta, non mouens, et cum mouetur in se, id est patitur.

D. Quid signum est quod quantitas substantiam in qua subsistit retinet a motu?

M. Signum huius rei inuenies in re manifesta, quia omne corpus, quanto magis accreuerit eius quantitas, erit grauius ad mouendum et ponderosius. et manifestum est quod quicquid crescit incremento rei alterius a se, necesse est ut illa res sit per illud; et quia ponderositas corporis augetur per incrementum suae quantitatis, constat per hoc quod quantitas est causa efficiens ponderositatis et prohibens a motu.

D. Quid dices si ego dixero quod, quantitas si esset causa prohibens substantiam a motu et ab agendo, nullum corpus inueniretur mobile, nec esset substantia caeli et elementorum mouens et agens?

---

1 M. *om.* *N* 2 quia] et quia *N* mergit *C* apprehendit *M* ac] at *N* 4 commixta *M*. illi commixtam *C* 5 prohibetur] penetrat *C* 6 autem] ante *N* 7 accipiendum] patiendum *C M N* 8 tunc] item *A* 9 irrupunt *N* 10 quando] quanto *C* ostaculum *N* 11 autem] ante *N* 14 agenti *C* unde] unum *N* ipsa *om.* *N* 15 fiet et mouens *N* et *om.* *M N* 16 cum] tamen *C N* 17 singnum *N*, *ut aliquotiens* 20 quanto] quo *A M N* 21 et (*ante* ponderosius)] id est *C* est *om.* *N*, eius *A* 22 creuerit *N* incremento] nutrimento *N* alterius rei *M* 23 quia] quod *C* augetur corporis *N* 24 quod] quod quia *M* 27 nullum *om.* *C* inuenietur *M* 28 et elementorum *om.* *M*

M. Nisi esset uis spiritualis agens, penetrabilis per haec corpora, nec mouerentur nec agerent. signum autem huius est quod aliquid corporum est quietum et immobile.

D. Patet mihi, quod haec substantia non est agens sed patiens, duobus modis quos dixisti. est adhuc tertius modus quo tu hoc idem manifestes?

M. Si dispositio eorum quae sunt ordinata est ex opposito, et primum rerum est factor non factum, mouens non motum: erit ex eius opposito ultimum rerum actum non agens, motum non mouens. — Et omnino hoc etiam modo inuenitur scientia quod haec substantia non est agens, quia haec substantia aut est agens tantum, aut patiens tantum, aut agens et patiens simul, aut non agens nec patiens. sed cum contuleris ei quamlibet trium diuisionum et uideris quid sequitur ad illas, inuenies eas inconuenientes; et remanebit tibi quarta diuisio, scilicet quod haec substantia est patiens et non agens.

11. D. Volo sciscitari quid est haec substantia et eius natura. prius tamen uolo ut mihi distinguas, cur eam aliquando substantiam, aliquando materiam nominas.

M. Distinctio nominum, substantiae scilicet et materiae, haec est quod nomen materiae illi soli congruit quod paratum est recipere formam quam nondum recepit, nomen uero substantiae illi materiae congruit quae iam aliquam formam recepit et per ipsam formam facta est substantia propria.

D. Vtrum horum nominum conuenientius est ad disputandum per illud inter nos de subiecto quod sustinet formam mundi?

---

p. 42,18—24 = Falaqera II, §. 15.

---

1 penetralibus *N* hoc *N* 2 agerent] augent *M* 3 aliquod *A M N* corpus *A M* et *om.* *C* 4 quod] quia *M* 9 eius *om.* *C* 10 omnino] ideo *N* hoc] haec *A M* 11 quod] quia *M* aut (*ante* est)] autem *M* 12 aut (*ante* agens)] autem *M* 13 ei] et *A* 14 uides *N* quod *M N* illas et inuenies *C* 15 inconuenientes] inuenientes *M* 16 et *om.* *C* 17 sciscitari *M*, sollicitari *C N* quid] quae *M* haec substantia est *C* 18 prius] primum *A* distingas *M* aliquando (*ante* substantiam) *om.* *C* 19 nominat *C*, uocant *N* 20 scilicet materiae et substantiae *C* 21 soli *om.* *N* 22 nondum] mundum *M* recipit *M* 23 illi substantiae *C* quae] qui *C* 24 propria] prima *C M N*; propria *etiam Falaqera* 25 Vtrum] Vnum *M* est *om.* *N* 26 per illud *om.* *A* 27 subiecto] subiecto sustinente *A*

M. Nomen quod conuenientius est sustinenti formam mundi est materia uel hyle, quia nos non consideramus illam nisi exspoliatam forma mundi quae sustinetur in illa. et quia sic accipimus illam in nostra intelligentia, ut parata est recipere formam mundi, tunc conueniens est ut uocetur materia; sicut aurum exspoliatum forma sigilli, sed paratum recipere illam, est materia sigilli interim dum non recipit formam sigilli; sed quando receperit, uocabitur substantia. in hac autem disputatione non est curandum de impositione nominis, quia nos uocabimus hanc rem subiectam quae sustinet formam mundi aliquando substantiam, aliquando materiam, aliquando hyle. non enim curamus de proprietate horum nominum, postquam per illa unam rem significamus, quae est res subiecta sustinens quantitatem.

12. D. Dic mihi quid est haec substantia.

M. Haec est res quae sustinet formam quantitatis.

D. Ego quaero quid est, ut sciam scilicet naturam et essentiam huius substantiae, non si sustinet quantitatem. ergo quae est natura huius substantiae?

M. Natura huius substantiae ueniens est ex alia substantia altiori quam sit illa, quae est substantia naturae, hoc est, sua essentia prouenit ex essentia naturae; aut si uis, dic quod est gradus inferior naturae aut ex uiribus suis uis inferior.

D. Declara mihi hanc intentionem, ut sit certior apud me.

M. Hoc palam erit tibi postea, cum ostendero quod inferius uenit a superiori. sed nunc palam faciam tibi hoc quod interrogasti de origine huius substantiae hoc modo. dico quod omne quod fit ab alio, necesse est ut inter illa sit aliqua conue-

p. 43,15—44,2 = Falaqera II, §. 16.

2 materia uel hyle] materiale *C*, materia uel yle *A M N (ut semper)* illam non consideramus *M* nisi] ut *N* expoliatam *A C M N (ut semper)* 3—4 forma ... recipere *om. N* 4 intellectiua *C* 5 conuenientius *A* est *om. C* materia uocetur *N* 6 forma] figura *N*, paratum est recipere *N* est] et *A C*, in *M*, et est *N* 7 sigilli materia *C* 8 autem] aut *C* 11 hyle] ille *C* 12 illam *N* 14 hoc *C* 15 quantitatis formam *C* 16 est *om. N* naturam] materiam *A N* 17 huius] eius *C* si *om. M* 17—18 quae ... substantiae *om. N* 18 natura] essentia *M* 19 M.] Non *N* 21 prouenit ex essentia *om. N* 22 suis uiribus *A M N* 26 *post* interrogasti *add.* quod fecisti *C* 27 ut *om. N* illa] ea *N*

nientia. si ergo fuerit substantia ex ipsa natura, necessario erit inter illa aliqua conuenientia.

D. Opus est ut ita sit.

M. Ponamus quod substantia naturae faciat accidentia rerum sensibilium et fundet ea in substantia, donec hoc postea certificetur, quando tractauerimus de substantiis simplicibus.

D. Ponamus.

M. Ponam ergo argumentationem in hoc secundum hunc modum et dicam: Omne quod sigillat et depingit aliquod signum in aliqua re, ipsum signum habet esse in eo aliquo modo. sed natura sigillat et depingit figuras in substantia. ergo figurae et signa quae accidunt substantiae habent esse in substantia naturae aliquo modo. — Item dicimus quod omnis res quae ex alia recipit signum aliquod quod habet esse in ea, necesse est ut inter illas sit aliqua conuenientia. sed substantia recipit ex natura figuras et depictiones. ergo necesse est ut inter substantiam et naturam sit aliqua conuenientia. et quando fuerit inter substantiam et naturam aliqua conuenientia, necesse erit ut essentia substantiae sit de essentia naturae uel ex ipsa natura.

D. Manifestum est mihi per hanc argumentationem quod origo substantiae est ex ipsa natura, propter conuenientiam quae est inter illas. hoc autem dico sequens te in positione naturae. alioquin, si uellem contradicere, dicerem quod non est res quae habeat esse nisi substantia sustinens nouem praedicamenta et creator eius benedictus et excelsus, et quod creator benedictus fecit et creauit hanc substantiam et accidentia quae sunt in ea sic coniuncta simul sicut sunt.

M. Responsio ad hoc sequetur postea cum inquisierimus

---

1 ipsa] illa *A C* necesse *C* erunt *N* 3 ut *om.* *C* 4 facit *A C M* 5 et *om.* *C* fundat *A C M* ea] eas *C* postea hoc *M* 6 tractauimus *C* 8 augmentationem *N* 9 aliquid *M* 11 sed] si *N* 13 naturae *om.* *N* quod *om.* *M N* res omnis *C* ex] ab *N* 13—14 recipit ex alia *M* 14 est *om.* *N* 15 ut] quod *N* illa *C M* 15—17 sed . . . conuenientia *om.* *N* 16 depinctiones *C* 18 substantiam et naturam] materiam et substantiam *A* 19 natura *om.* *N* 20 manifestum *C* 21 ipsa *om.* *A C N* 22 illam *N* te in positione] de impositione *N*, te in ratione *C* 23 habet *A* 25 et (*ante* excelsus) *om.* *C N* 26 creauit et fecit *N* substantiam] subiectam *N* 27 *post* coniuncta *add.* liniamenta *A* sicut] sic *C* 28 sequitur *C* inquiremus *N*

scientiam de esse substantiarum simplicium. nunc autem interroga de **substantia** quod subit mentem tuam.

13. D. Iam patefecisti mihi quid est **haec substantia**; nunc ostende **qualitatem eius**.

M. Nescis tu quod qualitas huius substantiae sunt nouem praedicamenta, quia sunt depictiones eius?

D. Bene sciebam quod praedicamenta qualitates erant substantiae. sed de hoc non interrogo, immo de qualitate substantiae in se ipsa.

M. Substantia non habet in semet ipsa qualitatem, quia omnes qualitates continentur in praedicamentis subsistentibus in illa. sed si aliquis dixerit quod simplicitas substantiae et sustentatio accidentium sit eius aliqua qualitas, in hoc non longe erit a recto, quia quamuis nos aestimauerimus substantiam exspoliatam ab accidentibus, tamen non potest esse quin habeat aliquam formam praeter accidentia, quae approprietur ei, et per quam discrepet ab eis.

D. Manifesta mihi **quare** est haec substantia.

M. Si tu scisti **quid** est substantia, iam cum hoc scisti **quare** est substantia, quia scire **quare est** inuenitur in scire **quid est**. — Et etiam, quia dictio scientiae **quare** sunt ea quae sunt, non est huius uiae in qua modo sumus. hoc enim continetur in **scientia de uoluntate.**

---

p. 45,19—46,5 = **Falaqera** II, §. 17.

---

1 scientiam] substantiam *C*, *om.* *A* autem *om.* *C* 2 quod] quae *A M N* subit] suberit *C* *post* tuam *add.* qualis est *M* 3 quid] quod *A M* 3 substantia haec *N* 4 *post* ostende *add.* mihi *C* quantitatem *C M* 5 tu *om.* *C* quod] quia *A* quantitas *M* 6 depinctiones *C M N*, dispositiones *A* *post* depictiones *C M N praebent* id est liniamenta, *quod glossema ex margine in ipsa scriptoris uerba illatum esse inde elucet, quod in cod. A uerbis p. 44, 26–27 in ea sic coniuncta simul insertum est* 7 quantitates *M* 8 immo] sed *C* quantitate *M* 9 ipsam *M* 10 semet] se *A C* ipsum *M* quantitatem *M* 11 quantitates *M* 12 diceret *C* et sustentatio] sit subtentatio *(sic!)* *N* 13 quantitas *M* 13—14 a recto erit *C* 14 nos] non *A* existimauerimus *M*, aestimabimus *A* 15 ab *om.* *N* 16 approprientur *A* 18 Manifestum est mihi *N* quare] quia *N* substantia haec *C* 19 quid] quod *C*, *om.* *N* cum] tu *C* hoc *om.* *M* scisti (*post* hoc)] scis *C* 20 quare . . . scire *om.* *M N* 21 est (*post* quid) *om.* *N* Et] Aliter. Et *A* haec *C*

D. Quomodo est hoc?

M. Quisquis enim quaerit scire quare sunt ea quae sunt, quaerit causam per quam exiit unumquodque generum specierum indiuiduorum de potentia ad effectum, et finem in quo subsistit unumquodque illorum. et quia uoluntas est mouens omnem formam subsistentem in materia et est adducens eam usque ad ultimum finem materiae, et uoluntas est penetrans totum et continens totum, et forma est sequens et oboediens illi: necesse fuit ex hoc ut sigillatio diuisionum formae, id est differentiarum constituentium species et diuidentium eas, et descriptio earum in materia esset secundum hoc quod est in uoluntate de hoc.

D. Multum fecisti me intelligere magnum secretum, et fecisti me cognoscere rem altam, hoc est: omnia quaecumque sunt coartata sunt sub uoluntate, et omnia pendent ex ea, quia quaecumque formae eorum quae sunt opus habent formari in materia et aequaliter sigillari in ea; et omnino aequalitas oppositionis formarum in materia et librationis suae in illa ex uoluntate est, quae coartat et stare facit secundum terminos et fines secundum quos sunt in ea. ergo formae penes uoluntatem sunt ordinatae, id est competentes materiae, et sunt etiam coactae ab illa et strictae per eam.

M. Bene intellexisti. sed pone in hoc exemplum, ut sciam per hoc qualis fuerit applicatio tui intellectus ad hanc intentionem.

D. Exemplum huius est diuisio substantiae in simplici et composita, et diuisio simplicis in intelligentia et anima et forma

p. 46,5—12 = Falaqera II, §. 18. p. 46,18—47,3 = Falaqera II, §. 19.

2-3 scire...quaerit *om.* *N* exit *C* 5 illorum] eorum *A* 6 subsistentem] sustinentam *(sic!)* *C* deducens *M* eam] eum *N* 8 illi] ei *M* 9 fuit] est *C* ex] quod *C* 10 et] id est *C* discriptio *C* 11 hoc *om.* *ACM* 12 de *om.* *C* 13 me] mihi *M* 14 altam] alteram *M* 15 choartata *M*, cantata *N* 16 habet *C* 17 in] ex *N*. — *Munk, Mélanges de philosophie juive et arabe, p. 26 n. 2 conicit:* quia quaecumque formae eorum quae sunt, formari earum in materia et aequaliter sigillari est ex ea (sc. uoluntate), *exclusis verbis* opus est 17 aequalitas] qualiter *C* 18 suae *om.* *N* 19 cohartat *M* facit stare *C* 20 et *om.* *C* 21 sunt *om.* *C* 22 ad illa *C* constrictae *M* 26 diuisio est *C* *ante* substantiae *add.* huius *M* 27 in *om.* *C N* intellectius *C*

et hyle, et diuisio compositi in crescibile et non crescibile et in uiuum et non uiuum et in omnes oppositiones differentiarum quae diuidunt materiam et ducunt ad esse.

M. Bene intellexisti de uoluntate. sed non sufficiet tibi ad sciendum secretum uoluntatis et eius certitudinem hoc quod tibi dixi, quia non est tibi possibile ut plene scias de uoluntate nisi prius scieris uniuersalitatem materiae et formae, ideo quia uoluntas creatrix est materiae et formae et mouens illas, et dictio uoluntatis talem habet comparationem ad dictionem materiae et formae qualem comparationem habet dictio animae ad dictionem corporis et qualem habet dictio intelligentiae ad dictionem animae et qualem habet dictio materiae et formae primae ad dictionem intelligentiae. ergo redi ad illud in quo eras, scilicet ad interrogandum de substantia.

4. D. Dic mihi quale est esse huius substantiae et ubi imaginabor eius esse.

M. Non omnis res eget loco corporali ad statum uel esse suum, quia quod non est corpus et est substantia simplex, non stat nisi in sua causa quae eam sustinet, et ipsa causa debet esse simplex et conueniens illi. substantia autem in se non est corpus, ut loco egeat, sed illa est locus quantitati in qua est locus certissime.

D. Si locus non est nisi in quantitate, quomodo potest esse ex hoc quod substantia sit locus quantitati, locus autem non est nisi applicatio superficiei corporis ad superficiem corporis alterius, et substantia non habet in se superficiem qua se applicet quantitati, quia substantia in se non est corpus?

---

p. 47,6—13 = Falaqera II, §. 20. p. 47,15—27 = Falaqera II, §. 21.

---

1 yle *ACMN* et (*ante* in) *om.* *CN* 2 uiuum] unum *C* et non uiuum] et non in unum *C*, *om.* *N* 3 materiam] naturam *N* 4 de] te *N* non *om.* *N* sufficit *M* 5 sciendum *post* uoluntatis *transpon.* *C* 6 possibile] impossibile *C* *post* ut *add.* libere uel *A* plena *M* scierit *C*, scieris *A*, sciens *M* 8 est creatrix *C* 8—10 et mouens . . . et formae *om.* *A* 9 ad dictionem] et addictionem *M* 10 dictio] debet *N* 11—12 et qualem . . . animae *om.* *N* 11 habet *om.* *M* intellectiuae *C* 13 intellectiuae *C* illud] id *CN* 15 quale est] qualem *N* ubi] non *A* 16 imaginabo *CN* 17 omnes *N* 18 quod *om.* *N* 25 alterius corporis *C* 25—26 corporis alterius . . . superficiem *om.* *N*

M. Opus est tibi in imaginatione certitudinis rerum uidelicet ut non conuertas uel confundas uel peruertas formas aliquorum inferiorum in formas suorum superiorum, quia cum inueneris aliquam formam in indiuiduis aut speciebus aut generibus propinquioribus nobis, non aestimes te inuenire talem formam in eis quae sunt supra haec indiuidua aut species aut genera; et tamen formae quae sunt infusae in inferioribus, infunduntur a superioribus, et non inueniuntur in inferioribus in tali forma quali sunt in superioribus. et haec est communis radix de omni illo quod uenit a superiore ad inferius.

D. Quomodo haec forma loci aduenit a superiore ad inferius?

M. Sicut et s u b s i s t e n t i a e o r u m q u a e s u n t est i n n o u e m o r d i n i b u s. primus eorum est subsistentia omnium rerum in scientia creatoris; et infra hoc subsistentia formae uniuersalis in materia uniuersali; et infra hoc subsistentia substantiarum simplicium aliarum in aliis; et infra hoc subsistentia accidentium simplicium in substantiis simplicibus; et infra hoc subsistentia quantitatis in substantia; et infra hoc subsistentia superficierum in corpore, linearum in superficie et punctorum in linea; *et infra hoc subsistentia colorum et figurarum in superficie;* et infra hoc subsistentia aliquarum partium corporum similium sibi in partibus in aliis partibus; et infra hoc subsistentia aliquorum corporum in aliis corporibus, et hoc est locus cognitus. nonne secundum hanc rationem quo amplius quid

p. 48,1—10 = Falaqera II, §. 22. p. 48,12—49,2 = Falaqera II, §. 23.

1 in *om.* *N* imaginationi *M* certitudinis *om.* *C* 3 suorum] aliorum *C* superiorum] inferiorum *N* 4 in] etiam *N* 5 non] et *N* 6 super *N* haec *om.* *N* indiuiduis *C* aut] ut *N* 7 tamen] inde *N* 8 non *om.* *M* 9 quali sunt] qualis in *M* *post* radix *add.* id est regula *A M*, *quae verba in C post* 10 de omni illo *leguntur* quod] quae *C* superiori *C* 11 uenit *N* 12 substantia] sufficientia *N*, *om.* *C* 13 rerum *om.* *A M N* in] et *N* 16 et *om.* *A M N* 16—17 infra . . . simplicibus *om.* *N* 17 hoc *om.* *N* 18 in substantia quantitatis *A C* 20 et infra . . . superficie *om.* *A C M N*; *addidi ex Falaq.* ותחת זה קימת הגוונים והתבניות בשטחים 21 corporis *N* partibus] corporibus *N*; *„partes corporum similes sibi in partibus" sunt quae apud Aristotelem μόρια ὁμοιομερῆ nominantur* 23 alii *A* hic *N* 24 secundum] per *A* quo] quid *A*, in quo *N* quid] quo *A*, quod *C*, quis *M*

descenderit a simplicioribus ad composita, erit spissius et crassius, et quo amplius ascenderit, erit subtilius et tenuius?

D. Hoc satis planum est.

M. Ergo non contendas ut, quia composita corpora sunt in loco, idcirco substantiae simplices sint in loco tali qualis est locus compositorum corporum, nec ut corpora composita sint in loco tali qualis est locus substantiarum simplicium. non sit ergo tibi dictio nostra extranea qua dicimus quod substantia sit locus quantitatis, quia hoc non dicimus nisi quia sustinet eam, et quia subsistentia eius, scilicet quantitatis, est in illa. non est enim illicitum dicere quod substantia quae non est corpus sit locus corpori, ideo quia est sustinens illud; sicut etiam non est illicitum dicere quod corpus sit locus ei quod non est corpus, sicut colori et figurae, lineae, superficiei et ceteris accidentibus corporalibus, quia intentio loci noti est applicatio duorum corporum, et haec accidentia non sunt corpora.

D. Quod consecutus sum ex hac dictione hoc est quod locus duobus modis dicitur: alius corporalis, alius spiritualis.

15. M. Sic est, quia sicut substantia est duobus modis, simplex scilicet et composita, et corpus compositum similiter est susceptibile diuisionis et est subsistens aliud in alio, sicut elementa et caeli et omnes partes eorum, et ratio loci quae est in hac substantia est subsistentia aliorum corporum in aliis et existentia aliarum partium corporum in aliis, et etiam genus substantiarum simplicium diuiditur per species multas, quia aliae

---

p. 49,7—16 = Falaqera II, §. 24. p. 49,17—19; 50,1—12 = Falaqera II, §. 25.

---

1 descenderit] discernit *N* 2 ascenderit] accenderit *C* tenuis *M* 3 est planum *N* 4 composita *om.* *N* 4—5 corpora ita in hoc loco sunt *A* 5 sunt *A* 7 tali loco *C N* 8 tibi] g̃ *C*, *om.* *A* nostra uel extranea *A* substantia] supra *A* 12 corporis *A* 12—13 corpori . . . sit locus *om.* *C* 13 sit] si *M* ei *om.* *N* 14 et (*post* colori) *om.* *C* linei *C* *post* lineae *add.* et *N* 15 intentio] intellectus *M N* noti] non *A C N* applicatio] nisi applicatio *A* 18 dicitur] est *A* 20 Sic] Si *C* sicut *om.* *N* 21 scilicet *om.* *A* 22 est *om.* *N* 23 partes omnes *N* quae] quoniam *A M*, qui *N* 24 est] cum *M* subsistentia] existentia *M N* 25 aliquarum *C M* genus *om.* *N*

existunt in aliis: sic etiam est necesse ut alia species huius substantiae sit locus alii, eo quod sustinet illam. et quando uolueris imaginari quomodo est existentia simplicis substantiae in substantia simplici, et quomodo alia est locus alii: imagi- nare existentiam colorum et figurarum in superficiebus et existentiam superficierum in corporibus, et, quod est subtilius his, existentiam accidentium simplicium in substantiis simplicibus, sicut accidentia quae subsistunt in anima, quia anima est locus illis, et fac hic sicut in radice quae praecessit, de qua fuit nostra dictio, scilicet quod manifestum rerum exemplum est ad occultum earum. et secundum hanc radicem locus manifestus inferior debet esse exemplum loci occulti superioris; similiter cetera quae sunt in medio extremorum ordinum. et adhuc manifestius hoc faciemus, cum loquemur de substantiis simplicibus.

16. D. De existentia substantiae simplicis in simplici substantia nunc interim sufficit mihi scientia huius certitudinis cum exemplis quae proposuisti, donec hoc etiam manifestetur amplius. sed nondum tamen intelligo esse huius substantiae quae sustinet nouem praedicamenta et existentiam eius in simplici substantia quae sequitur secundum intentionem tuam, quomodo est, scilicet an mediante essentia huius substantiae inter quantitatem et ipsam substantiam — et sua essentia per hoc est extra quantitatem, sed sequitur eam sicut caelum sequitur elementa —, an sua essentia est intra essentiam quantitatis et non est extra eam.

M. Pone exemplum huius quaestionis, donec sequatur responsio ad illam.

D. Exemplum huius hoc est quia uideo quantitatem infusam in superficiem primi caeli et extendentem caelum post cae-

---

1 necesse est *M N* 2 eo] uero *N* 4 imagina *A C M N* 6 corporibus] coloribus *N* subtilimus *A* 8 accidentia] *sic A C M N*; *an* accidentium? quia] quae *C* 11 secundum] sicut *N* 14 faciemus hoc *M N* 16 existentia] essentia *N* substantiae] substantiis *C* substantia] subsistentia *N* 17 nunc] tunc *C* huius *om. A* 18 praeposuisti *M N* etiam] et *C* 22 an] a *M* quantitate *M* 23 est *om. M* 25 elementum *C* inter *C M N* 27 sequitur *M*, sequetur *N* 29 hoc *om. C* quia] quod *C* qualitatem *N* infusa *M* 30 superficie *M* caeli primi *C* extendente *N*

lum et elementum post elementum usque ad finem centri, et omnino considero mundum quasi unum corpus continuum ut pomum, cuius finis sit superior superficies primi caeli circumdans. quomodo ergo dices post haec de substantia mundi: si sua essentia est intra totam suam quantitatem diffusa per unamquamque partium eius, aut si est extra quantitatem, et nihil eius est intra corpus mundi, aut si essentia substantiae est intra totum corpus mundi, sed aliquid eius est extra corpus mundi?

M. Quomodo potest esse, ut substantia sit extra corpus mundi, in quo esset existentia quantitatis?

D. Quia aliae partes quantitatis existunt in aliis, donec peruenitur ad ultimum terminum. ergo omnes existunt in essentia substantiae quae est extra.

M. Nunc ostendam tibi quod essentia substantiae est intra essentiam quantitatis et intra omnes partes eius. ponamus hanc radicem in hoc, et haec sit dictio nostra. Quicquid compositorum intelligentia diuidit et resoluit in aliud, est compositum ex illo in quod resoluitur, sicut iam certum est tibi ex eis quae praemissa sunt. intelligentia autem diuidit quantitatem substantiae mundi et resoluit in suas partes. ergo debet esse ex hoc ut quantitas substantiae mundi sit composita ex suis partibus. et postquam partes quantitatis substantiae mundi sunt sibi similes, non habent differentiam inter se in intellectu quantitatis. ponamus ergo unam ex suis partibus de qua lo-

---

2 continuum] concauum *M* 3 superior *om.* *A C* 4 hoc *C N* 5 si] in *C* inter *C M* suam totam *C*, suam *om.* *M* 6 si est] sicut *M* 6—7 quantitatem eius, et nihil est *A* 7 intra] inter *C* 8 est (*ante* intra)] et *N* intra] una *C* sed] scilicet *C*, sed si *M* aliquid] ad *M* 8—9 sed . . . mundi *om.* *N* 10 *post* extra *add.* hoc, hoc est, non est, corpus *(sic!)* *C* 11 existentia] haec existentia *C* 12 qualitatis *N* 15 substantia essentiae *C* 16 intra (*ante* essentiam)] inter *C* intra (*ante* omnes)] circa *A*, inter *C* 17 haec] hoc *N* sit *om.* *C* 18 intellectiua *C* 19 quod] quo *C* 20 ex eis quae praemissa sunt] *cf. pag.* 32,25 *sq.* eis] his *M* *post* quae *add.* iam *C* sunt *om.* *M* intll'ia *C* 22 ex] in *N* 23 *post* partibus *add.* id est in hoc quod quantitas scilicet (*l.* sit) *M* quantitatis partes *A*, quantitatis *post* mundi *transp.* *C* substantiae *om.* *N* 24 in *om.* *C M N* 25 *post* quantitatis *add.* id est in hoc quod quantitas sit *A N* ergo] igitur *A*

quamur. ergo poteris dicere de hac parte, quae est una partium quantitatis substantiae, quod possit diuidi in potentia, quoniam in effectu indiuisibilis est, aut potentia est indiuisibilis?

D. Quam partem designas ad loquendum de ea, est terminus simplex in quem resoluitur corpus, id est punctum. si tu hanc partem punctum intelligis, indiuisibilis est; quia si punctum diuideretur, non esset minima pars quantitatis.

M. Partem quantitatis non intellexi punctum quod indiuisibile est, quia si punctum partem posuerimus quantitatis, et partem quantitatis necesse est esse quantitatem: tunc punctum erit quantitas; et si punctum fuerit quantitas, sequitur ut sit diuisibile. Similiter etiam, si posuerimus punctum esse partem corporis, et corpus est compositum ex suis partibus, hoc est punctis, quod tibi uidetur: necesse est ut totalitas corporis non sit diuisibilis, quoniam partes eius indiuisibiles sunt.

D. Non dico quod corpus sit compositum ex partibus quae non diuiduntur in effectu, scilicet punctis, ut ex hoc sequatur corpus non esse diuisibile; nec dico etiam quod corpus resoluatur in effectu in has partes, sed dico hoc, quia illa in potentia.

M. Video quia ambiguitas nominis deuiauit te ab intellectu partis propositae inter nos ad aliam partem, scilicet quia putasti nomen puncti et indiuisibilis ex eodem sensu debere accipi, ideo quia proposuimus minimam partem quantitatis. partes enim licet conueniant in nomine, diuersae sunt in intentione; hoc est, quia non dicunt punctum esse partem corporis et corpus resolui in illud nisi accidentaliter, nec naturaliter, nec essentialiter, quia punctum accidens est subsistens in corpore, et non est de natura eius; sicut nec color, quem dicunt esse partem

---

1 quae est] quod est *A*, quaeque *N*, est *om.* *M* 3 potentiam *C* 5 terminus] tres *N* 6—7 tu in hanc *A* 7 intelligas *A* 8 diuiditur *M* minimam *N* 9 M. *om.* *M* 9—10 quod . . . punctum *om.* *M* 9 indiuisibilis *A* 10 posuerimus partem *N* 11 quantitatem] quantitate *M* 12 et si . . . quantitas *om.* *A* 14 compositum] compositum est *C* 14—15 hoc est punctis *om* *A* 15 quid *M* 19 nec] non *A* 20 sed] hoc *N* illa *(scil. puncta)* *om.* *M N* 22 quia] quod *N* nominis *om.* *C* 23 propositae partis *C M N* 26 *post* quantitatis *add.* ex eodem sensu debere accipi *A* 26 diuersi *M* 27 dicuntur *N* 29 punctus *N*

corporis eo quod corpus diuiditur in superficiem, colorem et figuram et cetera accidentia quae sustinentur in eo, et haec non sunt de natura corporis; sed pars ex partibus quantitatis substantiae mundi quam proposuimus, non est similiter, quia est pars naturae quantitatis similis illi, sicut quaelibet partium
17. aquae non est praeter naturam aquae. Conuerte ergo intellectum tuum a parte accidentali ad partem naturalem, quam proposuimus ex partibus quantitatis substantiae mundi. quid ergo dices de hac parte: est diuisibilis, aut non?

D. Si dixero esse indiuisibilem, necesse est ceteras partes esse indiuisibiles; et si omnes fuerint indiuisibiles, non erit quantitas; et si non fuerit quantitas, non continuabuntur aliae cum aliis. et ideo dico quod proposita pars ex partibus quantitatis substantiae mundi non potest esse indiuisibilis.

M. Dic ergo de hac parte diuisibili, an sit substantia simplex, an accidens simplex, an accidens compositum cum substantia.

D. Dico quod haec pars substantia simplex est.

M. Nonne proposuisti hanc partem esse unam ex partibus quantitatis substantiae corporis mundi? quomodo ergo erit substantia tantum? maxime cum, si esset substantia tantum, non esset sensibilis neque diuisibilis, nec ceterae partes essent diuisibiles, et necesse esset ex hoc corpus, quod est compositum ex partibus, non esse sensibile neque diuisibile.

D. Cur negasti quod quantitas fiat ex coniunctione partium, et quod unaquaeque sit substantia in se, et quod partes cum conuenerint fient sensibiles, per se autem unaquaeque sit insensibilis?

---

1 eo] ea *C* 2 in *om.* *C* 5 similiter *C* 6 naturam] materiam *A* 7 a parte *om.* *N* accidentali] acceptabili *N* 9 diuisibilis] indiuisibilis *N* aut] an *A N* 10 esse *om.* *N* *post* indiuisibilem *add.* esse *C* 11 si . . . indiuisibiles *om.* *N* fuerint] erunt *C* non] ideo *N* 12 *post* aliae *add.* etiam *A* 13 quod *om.* *C* quantitatis *om.* *M* 15 Dico *M* sit] ut *N* 15—16 substantia simplex] simplex alia *A* 18 haec *om.* *M* 19 posuisti *C* 20 substantiae *om.* *A C M* erit] dicis *N* 21 cum si] sicut *M*, enim si *C* 22 esset] est *A* neque] nec *A M* 24 esse] est *A* nec *A C M* 26 in se *om.* *C* et quod (*ante* partes) *om.* *N* 27 cum *om.* *C* conueniunt *A C* fient] fierent *N*, et fient *C* autem] aut *A M*

M. Si quantitas fuerit tantum ex coniunctione partium, quae in se sint substantiae, necesse erit ut substantia cum conuenerit cum substantia, proueniat inde quantitas; et tunc necesse erit ut cum quantitas cum quantitate conuenerit, proueniat inde substantia. — Et etiam, si partes quantitatis ipsae fuerint substantiae, non esset substantia sustinens illas, et necesse esset ut totum corpus mundi esset substantia non habens quantitatem, eo quod quantitas erat substantiae coniunctae.

D. Dicam ergo quod haec pars una ex partibus quantitatis substantiae mundi quam proposuimus est **accidens simplex**, non habens sustinens se.

M. Si dixeris quod haec pars sit accidens simplex non habens sustinens se, tunc poneres quod accidens subsisteret in non-substantia quae sustinet.

D. Necessario induxisti me ad concedendum quod haec pars est **substantia et accidens**.

M. Postquam haec pars est substantia et accidens, est hoc uno modo, an duobus modis diuersis?

D. Non; sed duobus modis diuersis.

M. Ergo iam concessisti quod haec pars composita est ex substantia et accidenti, et substantialitas eius est praeter accidentalitatem eius.

D. Secundum quod proposuisti, in hac parte **accidentalitas** manifesta est quia est pars quantitatis. sed quam rationem reddemus de **substantialitate** quam posuimus in hac parte?

M. Vis simplex est sustinens quantitatem partis praesignatae, id est substantia et, si uis, materia simplex sustinens formam partis.

---

2 sunt *A C* uenerit *C* 3 cum substantia *om. N* inde] tum *M* tunc] item *C* 4 conuenerint *C* prouenerit *A* inde] tum *M* 7 habent *C* 8 erit *C* coniuncta *A* 9 quod *om. C* 10 substantiae *om. A M*, substantiae mundi *om. C* 11 non . . . se *om. M N* habent *C* 12 quod] quia *A* sit] est *A C M* 12—13 habent sustinent *C*, sustinens *om. N* 13 se] in se *N* 15 hoc *N* 17 M. Postquam . . . accidens *om. A* 18 uno] duo *C* an] aut *C* 19 D. Non . . . diuersis *om. A* modis *om. M N* 20 est composita *N* 21 accidente *N* eius *om. M* 23 proposuisti] opposuisti *A M N* in *om. C* 24 quia] quod *C* quam *om. M* 25 proposuimus *C M* 26 si uis] finis *A M N*; *cf. ad hunc locum p. 48, 21:* aut si uis, dic quod est . . . uis inferior

D. Quae est haec uis quam appellasti materiam?

M. Essentia simplex est de essentia substantiae uniuersalis, sustinens quantitatem simplicem simpliciter.

D. Quid dices, si institero ut dicam quia non uideo nisi formam partis, et nihil uideo aliud praeter illam?

M. Si manifestum partis est forma, opus habet materia sustinente, etsi non subiaceat sensui. et si illud est materia, illa pars non habet formam; et si non habet formam, non subiacet sensui. sed si illud fuerit materia simul et forma, opus est ut materia sit materia et forma simul, si pars est materia eo modo quo est forma. et si pars non fuerit materia eo modo quo forma, et fuerit materia in parte praeter formam, necesse erit ut pars sit composita ex substantia et accidenti.

D. Quod sit composita ex substantia et accidenti, iam mihi manifestum est ex prima dictione et secunda. de hoc autem aliquid dubii adhuc remansit in corde meo, propterea quoniam uideo quantitatem infusam in totalitate essentiae partis, et non uideo in parte locum alicui rei nisi ipsi.

M. Tua quaestio, quod non uideas in parte locum alicui rei nisi quantitati, talis est tamquam si quaereres an ipsa esset quantitas. sed hoc quod tu uides quantitatem infusam totalitati huius partis, non aufert ei substantiam quae sustinet eam. et dabo tibi huius rei exemplum, coloris scilicet et quantitatis. quia, cum tu uides colorem infusum in totalitate essentiae quantitatis et diffusum per omnes partes eius, concedis ideo quod non uides quantitatem corporis ullo modo, sed colorem eius: an prohibebit ideo color esse quantitatem, quoniam infusus est super eam et non apparet sensui; et non potius obicies hoc, quod

---

3 sustinentis *AMN* simplicem *om. N* simpliciter *om. C* 4 ut dicam *post* uideo *transp. C* quia] quod *CN* 6 habent *C* 7 sensum *N* 8 et si non habet formam *om. N* non (*post* si) *om. C* 9 sed] et *N* et forma simul *M* 10 sit materia *om. N* 11—12 et si pars . . . quo forma *om. A* 11 fuerit] est *C* 12 quo] quoque *N* 15 de] ad *M* 16 adhuc aliquid dubii *MN*, aliquid adhuc dubii *C* 19 alicui] alii *AN*, *om. M* 20 si quaereres] si quaeras *A*, se quaereres *M* 21 quod] quia *M*, *om. A* tu] *om. N* 22 quae] qui *C* 24 cum] enim *CM* 25 concederes *A* quod] quia *A* 26 corporis] coloris *N* ullo] aliquo *A* sed] scilicet *C* 27 prohibent *C* ideo] in deo *N* color esse] colorem est *N* infusum *C* 28 sensum *N*

possibile est tamen quantitatem deprehendi alio sensu praeter uisum, quia tu concessisti quod quantitatem non attingas nisi comprehensione coloris per sensum uisus et quod ad hoc non egeas alio sensu praeter uisum? unde sicut coloris infusio per partes quantitatis non prohibuit quantitatem deprehendi mediante colore, similiter infusio quantitatis per totam essentiam substantiae non prohibet eam attingi mediante quantitate. et ideo dico quod talis est proportio quantitatis ad substantiam, qualis est coloris ad quantitatem, et una harum est exemplum alterius quod propalat aliam et manifestat.

18. D. Iam innotuit mihi quod pars quam proposuimus ex partibus quantitatis mundi est diuisibilis, et patuit quia diuiditur in substantiam et accidens. sed quid dices si ego conuersus dixero quod haec iterum pars diuiditur in alias partes minores se in quantitate?

M. Pars quam proposuimus nonne fuit minima pars corporis? unde si esset aliud corpus minus hac parte, aut si haec pars posset diuidi in alias partes: hoc idem diceretur de ipsa una parte, aut de singulis pluribus partibus, quod superius de parte posuimus; hoc est, quia non potest esse quin sit diuisibilis aut non diuisibilis, et aut substantia materialis tantum aut accidens formale tantum aut compositum ex substantia materiali et accidente formali simul.

D. Postquam posuimus quod haec pars esset minima partium, quomodo erit diuisibilis?

M. Diuisionem huius partis non accepimus in sua quantitate, sed diuisionem in substantia et quantitate; et secundum hoc posuimus diuisionem, quae necessario fecit ut haec pars sit composita ex substantia et quantitate, eo quod non est impossibile hanc partem esse minimam partium quantum

1 tamen] tantum *N* 2 quia] quod *M* quod *om.* *N* attingis *A M N* 3 per sensum uisus] perfusum uisum *M* et *om.* *M* 4 eges *C M N* praeter uisum *om* *C* 10 aliud *A* 12 qualitatis *N* quia] quod *M* 13 sed] si *C* quid dicis *A*, dices quid *C* 14 hoc pars *N* 16 nonne] anne *A* pars minima *M* 17 haec] hoc *N* 20 quia] quod *M* 21 et *om.* *A M N* aut (*ante* non)] autem *N* 23 formali et accidente *M*, formalia accidente *N* 24 proposuimus *A N* pars haec *C* esset] esse *N*, erit *M* 26 accipimus *M N* sua *om.* *C* 27 sed . . . quantitate *om.* *A* diuisione *M* 28 quae] quod *N* 30 possibile *C N* quantum *om.* *N*

ad sensum, non in se. diuisibilis enim est eo quod impossibile est eam esse aliquam partem quantitatis, et non esse diuisibilem.

D. Quomodo potest hoc dici quod pars quae est minima partium sit diuisibilis?

M. Necessario hoc dicitur, quia impossibile est inuenire partem quae non diuiditur, eo quod omnes longitudines corporis sunt diuisibiles usque in infinitum. et necesse fuit omnes longitudines corporis esse diuisibiles usque in infinitum, ideo quod impossibile est aliquid resolui in non genus suum. si enim proposita pars quantitatis resolueretur in partem quae non diuiditur, necesse esset quod pars illa aut non esset, aut esset substantia simplex. utrum horum quis dixerit, inconueniens est.

D. Miror quomodo pars quae diuiditur potest dici minima partium, cum minor ea inueniatur.

M. Proponamus ergo partem quae non diuiditur et omnino sit minima partium. haec pars proposita minima partium non potest esse quin sit aut pars, aut non pars.

D. Sic est.

M. Si est pars, est pars alterius partis. quae cum adiuncta fuerit ei, erit maior quam prius erat sola. de secunda autem parte quae adiungitur primae quid dicis: est diuisibilis, aut non diuisibilis? si dixeris quod non est diuisibilis, et prima iam erat non diuisibilis, pars quae composita est ex illis non potest esse diuisibilis; et si duae partes coniunctae non fuerint pars diuisibilis, ipsae duae tunc et pars una erunt aequales. erunt ergo duo aequalia uni, quod est inconueniens. similiter etiam dicendum est de tertia et quarta parte, usque in infini-

---

1 in se] ad se *C*   enim *om. N*   2 eam *om. N*   diuisibilem] diuisionem *C*   4 est *post* partium *transp. C*   5 partium *om. N*   6 Hoc necessario *M*   8—9 et necesse . . . infinitum *om. N*   8 fuit] sunt *C*   9 ideo quod] ideoque *N*   10 aliquid *om. N*   11 resoluitur *M*   12 esset (*post* necesse)] est *A N*   12—13 substantia simplex esset *C*   15 cum minor ea] haec pars proposita in ea *C*   16 Ponamus *A*   18 aut (*ante* pars) *om. A*   19 Sic] Si *C*   20 Si] Sic *N*   cum] tamen *C*   21 prior *C*   secunda] illa *A*   22 quid] qui *M*   23 aut] an *M*   diuisibilis (*post* non) *om. C*   est diuisibilis *om. C*   24 non erat *M N*   est composita *M*, consumpta est *C*   25 fuerit *N*, sint *C*   26 erit *A*   aequalis *A N*   27 uni aequalia *M*   28 etiam *om. A M N*

tum. sed si compositum ex omnibus fuerit pars una non diuisibilis, hoc est, si plures partès sint aequales uni parti: ergo corpus totius mundi erit aequale uni suarum partium quae est indiuisibilis. ergo pars secunda adiuncta primae non potest esse nisi diuisibilis. et si pars secunda adiuncta primae fuerit diuisibilis, necesse est ut sit etiam pars prima diuisibilis, eo quod necesse fuit ut secunda pars esset diuisibilis, et impossibile erat ut esset non diuisibilis. et similiter fuit etiam necesse ut sint omnes partes corporis diuisibiles, eo quod impossibile est inuenire unam partem quae sit indiuisibilis, et in hoc nullam habent differentiam omnes partes corporis. — Si autem tu dixeris quod proposita pars minima *non est pars*, non posset inueniri alia pars maior ea; quia si inueniretur alia pars maior ea, necesse esset ut pars minima partium quae est proposita esset pars illi, et unaquaeque pars corporis cum adiungitur alii, pars coniuncta ex utraque erit maior partibus simplicibus componentibus. ergo pars maior parte proposita; minima partium scilicet, [est] non est, quod est inconueniens. ergo pars minima partium proposita non est non pars. ergo est pars. et cum fuerit pars, necesse est ut sit diuisibilis, ut supra probatum est.

19. D. Iam manifestum est mihi *quod proposita pars minima partium non est non diuisibilis*, eo quod non potest inueniri pars indiuisibilis; et manifestum est etiam *quod proposita pars ex partibus quantitatis substantiae mundi composita est ex substantia et accidente.*

---

1 sed si] sicut *C*, sed *om. A M* una *om. A M N*, pars una fuerit *C* non diuisibilis] indiuisibilis *N* 2 sunt *M* 5 nisi] non *M N* 6 necesse ... prima diuisibilis *om. C* etiam sit *M* prima pars *N* 7 secunda] illa *A* 7—8 et impossibile ... diuisibilis *om. A* 8 ut] ubi *C* etiam fuit *C* 9 corporis *om. A* 10 est] esset *C* partem] partem partium *C* quae *om. C* diuisibilis *C* 11 habet *C* Si autem] Item si *M*, Si enim *C* 12 diceres *M* proposita] composita *M*, opposita *N* minima non est pars *om. N* 13—14 quia ... maior ea *om. N* 15 adiungatur *C* 16 iuncta *N* maior erit *C* 17 parte *om. M* 18 est (*ante* non) *delendum est* quod *om. M N*, quod est *om. C* 19 non pars] pars *N* 20 pars (*post* fuerit) *om. N* 23 non (*ante* diuisibilis) *om. M* 24 indiuisibilis] diuisibilis *C* manifestum] necessarium *A* etiam est *C* *ante* est *add.* et *M* quod *om. M* 26 est *om. N* et ex accidente *M*

M. Hoc etiam fiet tibi manifestum alio modo; et est haec dictio nostra. Omnis forma ad subsistentiam suam opus habet materia quae sustinet eam. et quia quantitas forma est substantiae, et pars quantitatis quantitas est: necesse fuit ut etiam pars eius sit forma substantiae. Et ponamus argumentationem hoc modo in hoc. Minor pars quantitatis est forma. et omnis forma ad existentiam suam eget materia quae sustinet eam. ergo minor pars quantitatis eget materia quae sustinet eam. — Item hoc modo. Forma in non-materia non est sensibilis. sed minor pars quantitatis est forma sensibilis. ergo minor pars quantitatis non est existens in non-materia. — Item hoc modo. Si non fuerit forma subsistens in materia, non sentietur. sed forma minoris partis quantitatis sentitur. ergo est subsistens in materia.

D. Iam manifestum est mihi manifestatione aperta quia pars quam proposuimus ex partibus quantitatis substantiae mundi non potest esse ut sit existens in non-materia.

M. Non est differentia inter partem quam proposuimus ex partibus quantitatis substantiae mundi et ceteras in egendo materia quae eas sustineat.

D. Sic est.

M. Ergo necesse est ut u n a q u a e q u e p a r t i u m q u a n t i t a t i s substantiae mundi s u b s i s t a t i n m a t e r i a.

D. Necesse est hoc.

M. Et postquam omnes partes quantitatis substantiae mundi sunt similes in natura et essentia, necesse est ex hoc ut e s s e n t i a s u b s t a n t i a e s i t i n f u s a i n t o t a l i t a t e e s s e n t i a e q u a n t i t a t i s.

D. Ita est necesse. sed difficile est intelligere quod essentia s u b s t a n t i a e s i t u n a c o n t i n u a, existentibus pluribus

---

1 est hoc *N*, haec est *M* 2 substantiam suam *A C*, suam subsistentiam *M* 3 materiam *N* quia] quae *C* est forma *M* 5 eius] aut *A* 6 in hoc *om.* *N* 8 sustineat *A* 10 sensibilis forma *A* 11 non-materia] materia *C* 12 hoc] in hoc *C* fuerit] fuit *A* 13 partis *om.* *C* 15 manifestatione aperta *om.* *C* quia] quod *C* 18 qua *N* 20 sustineat eas *N*, eas sustinet *C M* 21 Si *N* 22 ut] ubi *C* 23 mundi *om.* *C* 26 ex *om.* *C* 27 interfusa *N* 29 est necesse est *M* 30 substantiae *om.* *A* 30—p. 60,1 partibus pluribus *A*

partibus corporis mundi: et nos posuimus unicuique istarum partium substantiam quae eas sustineat.

M. Pars minima partium corporis quam posuimus et ceterae partes non sunt separatae aliae ab aliis in effectu, ut ex hoc quis dubitare possit quin substantia quae eas sustinet sit una, ideo quod partes corporis totalis iunctae continuae non habent separationem inter se, nec uacuitas siue inanitas est inter illas. et quod probat hoc, est motus corporum in partem contrariam suo motui naturali, eo quod impossibile est esse inanitatem. ergo cum unaquaeque partium totalis corporis fuerit existens in substantia, et omnes partes fuerint continuae continuatione una: necesse erit ex hoc ut substantia quae sustinet eas sit continua una continuatione.

D. Iam manifesta est mihi certitudo continuationis totalitatis substantiae cum totalitate quantitatis. ergo propala mihi quid est haec quantitas, et quae est certitudo esse ipsius et unde est orta in hac substantia.

20. M. Non erat de hoc loquendum in hac inquisitione, quia ad intelligendum hoc opus habes certitudinis de scientia primae formae uniuersalis, quae est origo omnis formae et fons totius specialitatis, et ex eius scientia inquiritur scientia omnis formae, et ab ea deducitur et in eam resoluitur. et cum loquendum fuerit de hac forma, singulariter loquemur de eius natura et essentia, et ex tunc scies certitudinem quantitatis et omnium formarum quae sustinentur in materia.

Nunc autem de scientia quantitatis dabo tibi unam breuem summam, quae cohaeret ei quod sequitur postea. dico quod forma existens in materia quae perficit essen-

---

1 nos] non *A* 2 eas] cum *N* 3 quam] quas *C* 5 hoc] haec *N* 6 una] uera *C* ideo] eo *A* totalis] totaliter *C*, corporalis *N* iunctae] cunctae *M* 7 est *om.* *C* 8 quid probatur *C* hoc est *om.* *A* 8—9 parte contrariam *(sic!)* *N* 9 motu *CN* 10 ergo] igitur *A* totaliter *C* 11 partes *om.* *N* fuerit *C* 12 necesse *om.* *N* ut] ubi *C* 13 eam *C* 14 manifestum *ACM* 15 cum *om.* *N* 16 ipsius esse *M* 17 in *om.* *N* 18 de] te *N* loquendum in hac inquisitione de hoc *M* 19 habes *om.* *N* 19—20 scientia certitudinis de prima forma uniuersali *A* 21 specialitatis] spiritualitatis *A* 22 eam] ea *M* 22—23 fuerit loquendum *M* 23 singulariter] similiter *A* 24 ex *om.* *C* et (*ante* omnium) *om.* *C* 25 sustinetur *M* 27 summam *M* quod sequitur postea] *cf. tract. V, c. 31 sq.*

tiam omnis rei et per quam factum est unumquodque quicquid est, est unitas, ueniens a prima unitate quae creauit eam; hoc est, quia prima unitas, quae est unitas sibi ipsi, fuit creatrix alterius unitatis quae est infra eam. et quia haec unitas fuit creata a prima unitate uera, quae unitas non habet principium neque finem neque mutationem nec diuersitatem: necesse fuit ut unitas creata ab ea habeat principium et finem, et adueniat ei mutatio et diuersitas; ac per hoc facta est dissimilis ab unitate perfecta prima quae fecit eam. et quia haec unitas secundum hoc quod dixi est opposita unitati perfectae uerae, et aduenit ei multiplicitas et diuersitas et mutabilitas: necesse fuit ut esset diuisibilis, habens uarios ordines. et quaecumque unitas fuerit propinquior unitati uerae primae, materia formata per illam erit unitior et simplicior; et e contra, quanto remotior fuerit a prima unitate, erit multiplicior et compositior. et ideo unitas quae duxit ad esse materiam intelligentiae est una simplex, non diuisibilis nec multiplicabilis essentialiter; sed si est diuisibilis, accidentaliter est. ergo haec unitas est simplicior et unitior ceteris unitatibus quae ducunt ad esse ceteras substantias, ideo quia cohaeret primae unitati quae fecit eam. et ideo substantia intelligentiae facta est comprehensibilis omnium rerum per unitatem essentiae suae quae eam duxit ad esse, quoniam unitas eius est comprehendens omnes unitates quae constituunt essentiam omnium rerum. hoc est, quia essentiae unitatum quae subsistunt in partibus materiae — unitates dico: scilicet formae omnium generum et omnium specierum et indiuiduorum — habent esse et existere in

p. 61,8—62,5 = Falaqera II, §. 26.

1 et per quam] per quam *A*, et postquam *M* 2 *alterum* est *om.* *C N* 3 unitas prima *M N* quae est] est quaeque *N* 4 quae est] quaeque 5 uera] una *A* unitas (*post* quae) *om.* *C* 6 neque (*bis*)] nec *A M N* 7 ut] et ut *N*, ubi *C* 9 *post* quia *add.* summe elongata a prima unitate *A* 10 haec *om.* *A* hoc *om.* *A* apposita *C* perfectae *om.* *C* 12 ut] ubi *C* habent *C* 13 primae] et optimae *C* 14 erit unitior] ere (*sic!*) uicinior *N* e *om.* *N* 16 materiam ad esse *C* intelligentiae] maxime *C* 18 est accidentaliter *A*, est *om.* *C* haec *om.* *N* 21 intelligentia *N*, intellectiuae *C* 23 ducit *M* est *om.* *M N* 26 unitatis *M* formas *corr.* ex forma *N* 27 habet *C*

essentia unitatis primae, quoniam omnes unitates multiplicantur ex prima unitate creata, et prima unitas creata facit subsistere essentias earum, quia essentiae unitatum multiplicium non coeperunt nisi ex essentia unitatis unius; et ideo formae omnium rerum habent esse in forma intelligentiae, subsistentes in illa et coniunctae illi, et forma intelligentiae est sustinens illas et coniunctrix illarum, quia unitas simplex eius per se est coniungens omnes unitates, et formae omnium rerum non sunt nisi unita-
21. tes augmentatae. – Probatio autem huius haec est. Quicquid est intelligibile aut sensibile, aut est unum aut multiplex. et quia unitas subsistens in materia intelligentiae est unitas [et] simplicitatis, secundum quod dictum est, necesse fuit ut augmentaretur unitas subsistens in materia animae et multiplicaretur, quia ordo huius unitatis est infra ordinem unitatis subsistentis in materia intelligentiae. et ideo fuit necesse ut augmentaretur haec unitas et multiplicaretur, et adueniret ei mutatio et diuersitas inter ceteros ordines materiae sustinentis eam secundum descensum gradus materiae ad inferius et elongationis suae a superiori, donec peruenit ad materiam quae sustinet quantitatem, id est substantiam huius mundi. et est augmentata in ea et diuisa et multiplicata et angustata et densata in materia quae sustinet eam, et hoc totum per oboedientiam et subiectionem huius sub unitate creatrice; et per hoc densata est haec substantia et corpulentata et coadunata in se. unde haec substantia inferior in sua spissitudine et grossitudine fuit opposita

---

1 quoniam] quia *C* 2 facit] facta *C* 3 unitatis *C* 4 ex *om. N* ideo] omni *C* 5 intellectiuae *C* 6 coniunctae] conuincit *C* illi] illis *M* *post* forma *add.* et *M* intellectiuae *C* 7 est iungens *A*, coniungens est *M N* 8 rerum *om. N* 9 haec] hoc *N* 10 aut (*ante* sensibile *et ante* est)] autem *N* 11 intellectiuae *C* est *om. N* 11–12 unitatis et simplicitatis *A C*, simplicitatis et unitatis *M N*; *correxi ex Gundissalini libro de unitate, p. 6, 19 · 20 ed. Correns:* sed quia unitas subsistens in materia intelligentiae est unitas simplicitatis 12 argumentaretur *M* 14 quia] et *C* ordinem intelligentiae unitatis *N* 15 intellectiuae *C* argumentaretur *M* 16 et (*post* unitas) *om. C* 17 inter] in *A M* materiae *om. N* 18 elongationis] elegantioris *C* 19 superiore *N* 21 et (*post* diuisa) *om. C* in *om. N* 22 subiectionem] obiectionem *N* 23 huius] eius *A* sub unitate *om. N* haec] ex *C* 24 corpulenta *N* coadunata] quo aduniata *N* 25 in] est *A* inspissitudine *N* grossitudinem *N* opposita] composita *C*

substantiae altiori in sua subtilitate et simplicitate, quia haec substantia est subiectum principii et initii unitatis, et haec alia substantia est subiectum finis et extremitatis unitatis; et ideo finis non potest conuenire principio, quia finis non est dictus nisi defectio uirtutis principii et terminatio. et hoc manifestabimus cum speculabimur diuersitates formarum in substantiis et oppositiones suorum ordinum. — Exemplum autem huius quod dixi de simplicitate substantiae ex quo incipit usque ad naturam, et corporeitatis substantiae a natura usque ad ultimum centrum, est aqua decurrens et praeceps, alia superueniens alii, quae, in principio tenuis et limpida, paulatim densatur in stagnum et fit tenebrosa; et sicut plumbum, cum de fornace extrahitur, partim est lucidum et uisui peruium, partim e contrario est: similiter palam possumus uidere diuersitates unitatum in materia quae sustinet eas, quia uidemus partes ignis nimis unitas et simplices et aequales, adeo quod forma eius uidetur una, non habens in se multiplicitatem, partes autem aëris et aquae inuenimus magis diuersas et separatas, adeo quod partes eorum et unitates palam manifestae fiunt. — Et in hoc est abbreuiatio scientiae eius quod dixi, scilicet quod **quantitas subsistens in substantia effecta est ex coniunctione unitatum multiplicatarum**; ac per hoc dictum est illud, quod compositio mundi non euenit nisi ex lineamento numeri et litterarum in aëre.

---

p. 63,7—24 = Falaqera II, §. 27.

---

1 altiorum *C* simplicitate et subtilitate *C* 2 unitatis *om.* *C* 4 est *om.* *C* 5 defectio] desitio *C* uirtus *N* haec *N* 7 oppositiones] operationes *N* huius] eius *N*, *om.* *C* 8 substantiae *om.* *N* ex] in *N* incipis *C* 8—9 ad naturam *om.* *N* 10 centrum] ceterorum *C* praeceps] princeps *N* superueniens] insuper ueniens *N* ali *C* 11 densatur] excusatur *N* 12 extrahitur] abstrahitur *M* 13 partim (*ante* est)] purum *M*, et purum *N* et uisui] in sui *C* e contraxio *C*, e contra *A M N* 14 est *om.* *C* 15 quia] et *C* unitas nimis *M* 16 et (*ante* aequales) *om.* *C* 18 diuersas] diuisas *A*; *cf. Gundissalin. de unitate p. 7, 21:* partes uero aëris et aquae inuenimus magis diuersas et separatas quod] quia *C* 19 palam *om.* *N* fiunt] sunt *N* abbreuiatio] obuiatio *M* 20 quod (*ante* dixi)] quae *C* 21 effecta *om.* *N* 22 illud] *cf. lib. Jesira, ed. Mantuan. cap. I, §. 10. II, §. 2. 3. (cf. Munk, Mélanges, p. 54 n. 2)*

22. D. Palam fac mihi modos assignationis quod quantitas subsistens in substantia non est nisi unitates coniunctae.

M. Significatio huius fit multis modis, quia forma inferior quae subsistit in materia inferiori est suscepta ex forma altiori subsistente in materia altiori. et postquam forma superior non est nisi unitas, similiter et forma inferior non est nisi unitas. Et etiam quamcumque partem quantitatis signaueris, necesse est ut sit aut unum aut plura. et pluralitas non est nisi ex multiplicatione unius. Et etiam, numerus compositus ex unitatibus est diuisiuus cum continua quantitate in materia, quia sunt sub eodem genere, et non sunt diuersa nisi per continuationem et disgregationem. unde inter unitates numeri discreti et unitates quantitatis continuae subsistentis in materia non est differentia nisi quod illae sunt disgregatae, istae continuae. ergo continuum non est nisi ex disgregato, quia intellectus continuationis in continuo non est nisi continuatio disgregatorum in disgregatis. ac per hoc necesse est ut continua quantitas sit adueniens substantiae ex unitatibus. Et etiam, sicut numerus disgregatus non inuenitur nisi in numerato per ipsum, similiter continua quantitas non inuenitur nisi in substantiae quae sustinet illam. Et etiam, quia quantitas discernit substantias et mensurat eas, sicut numerus discernit numerata et mensurat illa. Et etiam, quia numerus resoluitur in unitates, et quantitas quae subsistit in substantia resoluitur in puncta; et puncta sunt unitates, quae scilicet sustinentur in materia quae est substantia; unitates uero non subsistunt in materia eo quod sunt intelligibiles. Et etiam, quia corpus in sui compositione conferibile est numero in sua com-

1 *Cod. Amplon. a uerbis p. 63,17* partes autem *nonum caput incipit*
2 subsistes *M* 3 multis modis fit *M* 5 altiore *A* forma *om. N*
6 similiter ... unitas *om. N* 7 quantitatis *om. N*, *post* [as]signaueris *transp. C*
signaueris] significationis *A*, assignaueris *C* 8 aut *(ante* unum) *om. N*
9 multiplicatione] multitudine *C* 10 diuisus *C*, diuisius *N* cum *om. C*
continuo *A M N* quantitatum *A*, quantitatem *M*, per quantitatem *N* 11 sub eodem genere sunt *A* diuersa *scripsi:* diuisa *A C*, diuisiua *M N* 12—13 numeri ... unitates *om. C* 13 discreti *om. N* 14 *post* differentia *add.* in materia *C*. 15 non *om. C* 16 incontinuationis *A C* continuo] continuato *M* 19 disgregatus] aggregatus *A* 21 illam] ipsam *M* 22 commensurat *M* 23 sui] sua *M*. conferibile] consensibile *C*.

positione, eo quod ad componendum numerum ab uno incipis, et multiplicando ex eius multiplicatione binarius fit, et duplicatis duobus quaternarius fit, et duplicatis quatuor octonarius fit. similiter in corpore incipies a puncto, quod est conferibile unitati; et cum protraxeris ad aliud punctum, ex duplicatione puncti quod erat conferibile unitati fiet linea quae est ex duobus punctis, quae est conferibilis duobus numeri; et postea duplicabis lineam ex duobus punctis, et fiet ex eius duplicatione superficies, quae est ex quatuor punctis, quae est conferibilis quatuor numeri; et postea duplicabis superficiem quae est ex quatuor punctis, et fiet ex eius duplicatione corpus, quod est ex octo punctis, quod est conferibile octo numeri. ergo assimilabis numerum discretum et quantitatem continuam in compositione et resolutione, eo quod compositio uniuscuiusque non surgit nisi ex perfectis duplicationibus. ac per hoc significatur quod radix eorum una est, quia composita sunt ex una re et resoluuntur ad unum. — Et etiam, quia partes corporis quo magis fuerint sibi coniunctae et astrictae, ipsum corpus erit spissius et magis quantitas, *ut lapis*; et e contrario, quo magis fuerint partes corporis dispersae et dissolutae, ipsum erit subtilius et minus quantitas, sicut aër. et ex hoc significatur quod quantitas non uenit in substantiam nisi ex coniunctione et constrictione unitatum in illa.

23. D. Iam manifestum est mihi quod quantitas subsistens in substantia constat ex unitatibus. sed quid dicis de

---

1 ad *om.* *C M N* componendo *M* 2 ex] in *N* binarius *om.* *A* 2 *et* 3 duplicatis] duplicitatis *C* 3—4 octonarius fit] superius *A* 4 est] est et *C* 5 portaxeris *C* aliud] illud *C* duplicationem *N* 6 fit *A* 7 est] erat *C* conferibile *N* 8 duplicabis] duplicabimus *M*, duplicitatis *A* fit *A* ex *om.* *M* 10 et (*ante* postea) *om.* *A M N* 11 ex (*ante* eius) *om.* *N* 12 ex octo] totum ex *C* conferibile *om.* *M* 14 *ante* continuam *add.* et *M* 15 non] numeri *C* 16 quod] quia *A C M* earum *C* 17 una re] unitate *A C*; una re *etiam Gundissalin. de unitate, p. 11, 5 ed. Correns* 18 quo] quae *A* sibi *om.* *C* iunctae *M* constrictae *A* 19 *post* spissius *add.* id est ponderosius *A*, *add.* et magis ponderosius *M*, *add.* et ponderosius *C* et magis *om.* *C*, *hic om.* *M* quantitate *C* ut lapis *om.* *A C M N*; *addidi ex Gundissalini libro de unitate, p. 11, 8 ed. Correns* 21 subilius *N* minus] unus *N* et (*ante* ex) *om.* *N* 22 signatur *N* quod] quia *C M* in] ad *A* 23 constructione *N* in illa] cum illa *A* 24 mihi *om.* *A* 25 substantia] forma *M*

his unitatibus, habuerunt esse per se, et postea composuerunt se in materia et coniunxerunt se?

M. Dictio de his unitatibus subsistentibus in substantia composita et perficientibus esse substantiae sic est, ut dictio de ceteris unitatibus subsistentibus in materiis substantiarum simplicium et perficientibus esse earum, et omnino sicut dictio quaecumque dicitur de forma subsistente in materia; hoc scilicet, quia non est possibile ut forma separetur in actu a materia quae sustinet eam — forma dico substantialis, non accidentalis, quia forma accidentalis potest separari a materia quae sustinet eam in actu, et formae substantiales non possunt separari a materia quae sustinet eas, nisi intellectu resoluendo et componendo —; ac per hoc constat quod forma est aliud a materia, sicut praedicta est eius manifestatio.

D. Iam clarescit ex tua dictione quod una composita multiplicata prouenerunt et orta sunt ex duplicationibus unius primae simplicis. dic ergo mihi quae est causa mutationis unius simplicis ex simplicitate et spiritualitate in compositionem et corporeitatem?

M. Causa in hoc est elongatio ab origine unitatis et impossibilitas substantiae recipiendi unam in alia forma praeter hanc formam. et exemplum huius est quod praediximus de aqua et plumbo, quia ex eis partim inuenies subtile lucidum, partim spissum obscurum. similiter dicendum est de materia quae sustinet formam, quia eius aliquid est spirituale subtile, aliquid corporale spissum.

D. Cum dixerimus quod forma substantiae, id est quantitas, composita est ex multis unis, poterimus etiam similiter

---

1 *post* unitatibus *add.* quae *N* postea *om. M* posuerunt *M* 2 iunxerunt *M* 3 M. *om. M* de] ex *A* 5 subsistentibus *om. M* 7 dicuntur *N* *post* materia *add.* id est uniuersali *C M* hoc *om. C* 8 separaretur *N* in] et in *N* 10 forma *om. N* 11 in actu *om. M*, in *om. C* possent *C* 13 quod] quia *C M* 14 praedicta *post* manifestatio *transp. C* 15 tua] tu *M* 16 *post* prouenerunt *add.* id est sumpserunt originem *M* 18 et spiritualitate *om. N* 20 est *om. N* 21 aliam formam *N* 22 *post* est *add.* de hoc *C*, est *om. N* quod praediximus] *add.* supra 23 (*p. 63,7 sq.*) *A in marg.* 23 quia] quod *A M* partim (*post* eis)] partem *N* 24 obscurum spissum *M* 24—26 similiter ... spissum *om. C* 26 est *om. N* 27 dixerim *N* 28 poteramus *M* etiam] et *N* 28—67, 1 dicere etiam similiter *M*, etiam dicere similiter *C*

dicere quod formae substantiarum simplicium compositae sunt ex multis unis?

M. Omnis forma ex formis substantiarum simplicium una est, non recipiens partitionem; et omnino omnis una non recipit partitionem. quomodo enim recipiet partitionem, cum sit una res et non fuerit diuisa una in quantitate nisi propter substantiam quae subiecta est ei? non enim uides quia omnia una in quibus diuiditur quantitas sunt conuenientia in forma unius, et non diuersificantur nisi in subiecto illarum? et significatio huius est quod una materiam ducit ad esse, et per eam uniunt se, et est retinens eam; quia quando fuerit materia subtilis, simplex, longe a discordia et separatione, parificabitur ei una et unietur cum ea, et haec et illa fient res una non diuisibilis in actu; sed quando materia fuerit spissa, debilis, non adaequabitur ei una, sed debilitabitur ad uniendum eam et ad coniungendum eius essentiam; unde separatur tunc materia et non retinetur ab una, sed discordant; et sic multiplicata est una et diuisa. — Forma autem argumentationis huius est hoc modo. Omnis res quae facit aliquam rem contraria agentis, facit contrariam factae rei. et materia est contraria unae quae est forma eius. ergo materia facit contrarium eius quod facit una. sed una facit unitatem. ergo materia facit separationem quae est contraria unitati. unde si quis dixerit quod materia facit unitatem, et una facit unitatem: tunc contraria facient unum quid; quod

---

p. 67,3—17 = Falaqera II, §. 23.

---

1 forma *M* simplicium *om. N* 1—3 compositae . . simplicium *om. C* 4 omnino] ideo *M* reciperet *A*, recipit *C* 6 fuerit] fiunt *C* 7 non enim] nonne *A* quia] quod *C* 9 signatio *N* 10 huius est] est haec *C* unam materiam *A C* inducit *N* uniunt] innuit *N* 10—11 uniunt eam *om. M* 11 eam] ea *C* fuerit *om. C* 12 unietur] inuenietur *C* 13 hoc *N* non diuisibilis] indiuisibilis *N* 14 una ei *C* debilitatur *A*, debelitatur *C* 15 uniendum] inueniendum *C* 16 coniungendam *A M N* 17 est multiplicata *C* 18 augmentationis *C* 19 contraria] contrarium *M* contrariam] eam contrariam *C* 20 contraria est *M* unae] *cf. Joannis de Janua Catholicon s. v. unus:* Item nota quod unus facit genitiuum unius et datiuum uni secundum modernos. tamen apud antiquos mobiliter declinatur uni unae uni, datiuus uno unae uno 21—22 contrarium . . . facit *om. A*, una . . . facit *om. N* 23—24 et una facit unitatem *om. N* unum quid] unum unum *C*

est inconueniens. — Item hoc modo. Vna tenet per se materiam quae est unita per eam. et res quae tenet per se, non potest facere separationem. et testificatio quod una tenet materiam unitam per eam est quod, quando una separata fuerit ab unita per eam, destruetur unitio eius et fiet non-unum; et fortasse destruetur materia per destructionem formae quae est una. — Item etiam alio modo. Materia necesse habet una ad suam unitionem. et quicquid habet necesse una ad suam unitionem, non est unitum per se. ergo materia non est unita per se. et quia materia non est unita per se, erit separata per se.

24. D. Iam manifestum est ex praemissis quod substantia mundi infusa est in omni quantitate quae subsistit in illa et quod est extensa a superiori termino caeli continentioris usque ad finem centri; et manifestata est mihi certitudo quantitatis quid est. dic ergo: de hac substantia, remansit aliquid eius simplex extra mundum quod non receperit quantitatem?

M. Quomodo posset aliquid de hac substantia simplex inueniri, non sustinens quantitatem, postquam quantitas est forma eius quae comprehendit eam et ducit eam ad esse et facit eam differre ab alia? et si supra caelum est substantia simplex, recipiet aliam formam praeter quantitatem; et quando ipsa substantia receperit aliam formam praeter quantitatem, tunc illa et substantia quae recipit formam quantitatis non sunt una substantia. non est autem possibile ut substantia sit supra caelum recipiens quantitatem, quia hic terminus, scilicet

---

1 per se tenet *M* materiam] naturam *C* 5 unita] unitate *C* destruetur] destituetur *C* 6 formae *om.* *C* 8 unitationem suam *N* 8—9 et . . . unitionem *om.* *A C* 8—9 unitationem suam *N* 9—11 ergo . . . separata per se *om.* *M* 10 et quia . . . per se *om.* *C* erit] ergo erit *C* 10—11 erit separata per se *om.* *N* 12 praemissis] praedictis *N*; *Ampl. add. in marg.:* supra 16, 17, 18, 19 13 omnem quantitatem *A* 14 superiore *M* 15 manifesta *M* est] erit *C* 16 dic] dic mihi *M* 17 extra] et *A* 19 possit *C* simplex] similiter *A* 20 inueniri] reperiri *M* sustinens] subsistens *C*; *post* subsistens *add.* simplex recipiet aliquam aliam formam recipiens (*cf. v.* 23) *C* 22 alia] illa *C* 22—23 alia . . . recipiet *om.* *N* 24 ipsam *C* substantia *om.* *C* aliam . . . quantitatem *om.* *C*, 24—25 substantia . . . tunc illa *om.* *N* 24 formam aliam *M* 26 autem] aut *C N* 27 hic terminus] hic tres *N*; haec res *A* scilicet *om.* *M*

superficies altior caeli continentis, est initium generationis siue naturae et constitutio sui esse. et qui opinatus fuerit contrarium huius, idem est tamquam si opinetur terram loco aëris uel aërem loco caeli, quod est absurdum.

D. Ex omnibus praemissis nostrae inquisitionis usque modo iam deprehendi scientiam de substantia quae sustinet nouem praedicamenta, et cum hoc etiam deprehendi scientiam eius quod nos inquisiuimus a principio, hoc est, quod **in substantiis sensibilibus in sua uniuersalitate siue particularitate non est nisi materia et forma**; et hoc est quod uoluimus patefacere.

M. Similiter etiam inspice in **intelligibilibus** uniuersalibus et particularibus et non inuenies in eis praeter materiam et formam.

D. Quae sunt haec intelligibilia uniuersalia et particularia?

M. Haec sunt **substantiae spirituales**, continentes substantiam sustinentem nouem praedicamenta, quae sunt **natura** et **tres animae et intelligentia**.

D. Postquam nos aggredimur considerare quid sequitur post substantiam quae sustinet nouem praedicamenta, opus est ut sciamus quomodo est existentia huius substantiae in substantia spirituali quae post eam sequitur, et quomodo differt substantia spiritualis a substantia corporali, cum ipsa non habeat finem corporalem, et si hoc est ex cohaerentia aut non.

M. Debes comparare **existentiam substantiae corporalis uniuersalis in substantia spirituali uniuersali**

p. 69,16—70,6 = Falaqera II, §. 20.

1 superficiens *M* altioris *A* generationis suae naturae *N*, naturae siue generationis *M*, suae generationis suae naturae *C* 3 tamquam] ac *M* opinatur *M* 4 obsurdum *C* 5 Ex] De *A M* 6 substantia] ea *M* 7 etiam] est *A* 9 uniuersalitate] utilitate *C N* 11 uolumus *C N* 12 M. *om.* *C M* intelligibilibus uniuersalibus] intellectibus utilibus *C* 13 inueniet *C* praeter] nisi *C* materiam] naturam *C* 15 Quae] Quid *A M N* intelligibilia] intellectibilia *C*, intelligentia *N* 16 Haec] Hae *A* substantiae] specie *A* spirituales] particulares *M* 18 animae] aliae *N* et (*post* animae) *om.* *C* intellectiua *C* 19 quid] quod *C* 21 est] *om.* *C*, est differt *N* existentiam *C* 23 spiritualis a substantia *om.* *N* habet *M* 24 si] scilicet *N* ex *om.* *M* 25 comparare] considerare *A* 26 uniuersali] utili *C*

cum existentia corporis in anima; quia sicut anima continet corpus et sustinet illud, sic substantia spiritualis uniuersalis continet et sustinet corpus uniuersale mundi; et sicut anima discreta est per se a corpore et est ei iuncta, non tamen cohaerens, similiter substantia spiritualis est discreta in se a corpore mundi et est ei iuncta, non tamen illi cohaerens.

D. Patefac mihi certitudinem applicationis substantiae spiritualis cum substantia corporali.

M. Ratio intellecta de applicatione substantiae spiritualis cum substantia corporali, et omnino de applicatione substantiarum spiritualium aliarum cum aliis et de existentia aliarum in aliis, talis est qualis applicatio luminis uel ignis cum aëre et applicatio coloris et figurae cum quantitate et quantitatis cum substantia et applicatio accidentium spiritualium cum substantiis spiritualibus; hoc est quod, cum necesse fuerit ut manifesta rerum sint exemplum occultorum earum, necesse erit ut applicatio substantiarum spiritualium et subsistentia earum aliarum in aliis sit sicut applicatio partium substantiarum corporalium, scilicet coloris et figurae et quantitatis et substantiae, et subsistentia earum aliarum in aliis.

D. Ex tua dictione iam propositum est quod in intelligibilibus uniuersalibus et particularibus non est nisi materia et forma. ergo ostende mihi de hoc scientiam ueram, et proba prius esse substantias intelligibiles, quas te iactasti te ostensurum, quia uidetur mihi quod dictio de hoc difficilis est, et

p. 70,9—20 = Falaqera II, § 30. p. 70,21—23 = Falaqera I, § 31.

1 quia sicut anima *om.* *N* 2 spiritualis *om.* *C* 4 coniuncta *C M* 4—6 non tamen . . . ei iuncta *om.* *C* cohaeres *M* 6 iuncta] uita *M* cohaerens illi *C* 7—10 applicationis . . . et omnino de *om.* *N* 11 substantiarum *om.* *C M N* aliarum spiritualium *C N*, aliarum spiritualium alium *M* existentia] essentia *A* 12 aliorum *C* applicatio qualis *C* uel] et *N* 13 aëris cum igne *C*, ignis in aëre *N* et (*post* aëre) *om.* *N* applicationi *C* cum (*ante* quantitate)] tamen *N* 15 quod] ut *C*, *om.* *N* 16 manifestum *N* sit *N* exempla *C* earum *om.* *C* 17 erit] erunt *C* 17—18 substantiarum. . . sicut applicatio *om.* *N* 17 substantiarum] subsistentia earum *M* spiritualium substautiarum *C* subsistentia earum] substantia equarum *C* 21 in *om.* *C M* 22 est *om.* *N* 22—23 forma et materia *C* 23 mihi *om.* *N* de hac scientia *M* 24 te iactasti] reiactasti *C* te (*post* iactasti) *om.* *A M N* ostensurus *A* 25 et *om.* *C*

teneo quod in omni quod est non est nisi substantia quae sustinet nouem praedicamenta et factor eius sublimis et excelsus; sed quod sint aliae substantiae mediae inter factorem primum altum et sanctum et inter substantiam quae sustinet nouem praedicamenta, eget probatione multa et manifestatione longa. ergo aggrediamur hoc in tertio tractatu, qui sequitur post hunc, cum auxilio dei et eius consummatione.

---

3 substantiae aliae *M*   3—4 primum et altum *C*   6 tertio] uel *C*
7 deo *M*   eius consumatione *C M*, consummatione eius *A*

Baeumker
Bind in after
p. 71

Corrigenda.

pag. 11, v. 38 'la *leg.* cop'la.

pag. 39, v. 36 השבל *leg.* השכל.

pag. 48, v. 34 וח *leg.* וה.

pag. 64, v. 20—21 substantiae *leg.* substantia.

BEITRÄGE ZUR GESCHICHTE DER PHILOSOPHIE DES MITTELALTERS.

TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. CLEMENS BAEUMKER,
O. Ö. PROFESSOR AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

BAND I. HEFT 3.

AVENCEBROLIS (IBN GEBIROL) FONS VITAE, EX ARABICO IN LATINVM TRANSLATVS AB IOHANNE HISPANO ET DOMINICO GVNDISSALINO. EX CODICIBVS PARISINIS, AMPLONIANO, COLVMBINO PRIMVM EDIDIT CLEMENS BAEUMKER. FASCICVLVS II.

MÜNSTER 1892.
DRUCK UND VERLAG DER ASCHENDORFF'SCHEN BUCHHANDLUNG.

Ibn Gabirol, Solomon ben Judah

AVENCEBROLIS
(IBN GEBIROL)

FONS VITAE

EX ARABICO IN LATINVM TRANSLATVS

AB

IOHANNE HISPANO ET DOMINICO GVNDISSALINO.

EX CODICIBVS PARISINIS, AMPLONIANO, COLVMBINO

PRIMVM EDIDIT

CLEMENS BAEUMKER.

FASCICVLVS II.

MONASTERII 1892.

FORMIS ASCHENDORFFIANIS.

TRACTATVS TERTIVS.

DE ASSERTIONE SVBSTANTIARVM SIMPLICIVM.

1. D. Quae est intentio de qua debemus agere in hoc tractatu?

M. Postquam nostra intentio est inuenire materiam et formam in substantiis simplicibus, et tu dubitas esse substantias simplices: primum — quod nos debemus considerare in hoc tractatu — est assertio substantiarum simplicium; uidelicet ut inquiramus de illis certitudinem firmam, quousque affirmetur esse earum probationibus necessariis. deinde procedemus ad considerandam scientiam inueniendi materiam et formam in substantiis simplicibus, sicut fecimus in substantiis compositis; et hoc inquiremus in tractatu quarto, qui sequitur post hunc.

Aggrediamur ergo inducere probationes quibus probetur quod inter primum factorem altum et sanctum et inter substantiam quae sustinet nouem praedicamenta est substantia media. — Et ponemus in hoc hanc radicem primam hoc modo: Si principium eorum quae sunt est factor primus qui non habet factorem, et ultimum eorum est factum ulti-

---

p. 78,14—74,10 = Falaqera III, §. 1.

---

1 Tractatus tertius de assertione substantiarum simplicium *N*; sequitur hic tertius liber et incipit: „Quae est" *A*; *om.* *CM*. 3 D. *om.* *AC* 5 intentio nostra *C* 7 considerare *om.* *A* 8 est] et est *C* 10 procedamus *C* 12 compositis] compositis çompositionis *M* 14 ergo *om.* *N* 16 substantiam] superam *C* 17 hanc *om.* *N* radicem] substantiam *C*

mum a quo non est aliquid factum: tunc principium rerum distat ab ultimo earum in essentia et effectu;. quia si principium rerum non distat ab ultimo earum, tunc primum est ultimum, et ultimum primum.

D. Quae est ratio distantiae inter factorem primum sanctum et excelsum et ultimam facturam?

M. Ratio distantiae illorum est remotio similitudinis et talitatis; et cum remotione similitudinis et talitatis remouetur applicatio siue conuenientia, quia conuenientia non fit nisi ex similitudine.

D. Quomodo certa fiet dictio quod inter factorem primum et substantiam quae sustinet nouem praedicamenta sunt substantiae mediae, quae sint propinquiores primo factori quam ipsa, cum omnia sint distantia ab eo, et nihil omnium sit dignius quod sit propinquius ei quam aliud?

M. Cur non ponis substantias medias continue post factorem primum sanctum et excelsum, sicut posuisti substantiam quae sustinet nouem praedicamenta continue post ipsum; maxime cum illae substantiae sint simplices et spirituales?

D. Assertio substantiarum simplicium multum difficilis est. ergo propone probationes demonstrantes quod inter factorem primum et ultimam facturam est substantia media.

---

p. 74,20—23; p. 75,10—20 = **Falaqera** III, §. 2.

---

1 aliquod *AC* 2 ultima *A* eorum *CM* 2—3 in essentia ... earum *om.* *A* 2 essentiam *C* effectum *C* 3 distet *N* eorum *CM* primum] principium *C* 5 Quae] Quaeque *N* 5—6 sanctum et excelsum] altum et sanctum *C* 6 facturam] creaturam et facturam *C* 7 Ratio] Non *N* 8 talitatis] causalitatis *A* 8 et ... talitatis *om.* *M* talitatis] causalitatis *A* 9 applicatio siue conuenientia] conuenientia siue appropinquatio *A*, applicatio uel conuenientia siue appropinquatio *C*, siue conuenientia *om.* *M*, siue *om.* *N*; *Falaqera*: ובסלוק הדמות יסתלק הדבקות מפני שהדבקות יהיה בדמות. *cum posterius* conuenientia *v.* 9 (quia conuenientia non fit nisi ex similitudine) *in dubium uocari non possit, hac uero uoce illud* applicatio, *quae est accurata interpretatio uocis Arabicae, excipi, nulla explicatione addita haud facile dinosci possit: uerba* siue conuenientia *non glossatori cuipiam, sed ipsi interpreti tribuenda uidentur* 9 quia conuenientia *om.* *N* 13 sint (*post* quae)] sunt *CMN* 14 sint (*post* omnia)] sunt *C* eo] ipso *C* sit] est *CMN* 15 quod] quam *C* 17 sicut posuisti] *cf.* *p.* 44,25—27 19 et *om.* *N* 20 multum] ualde *N* 21 propone *A*, pone *C*

M. Ego proponam tibi probationes diuersas ad assignandum esse mediarum substantiarum, quarum unaquaeque demonstrabit esse substantiarum simplicium. sed non promitto me propositurum probationes ordine, quia hoc parum proderit; et etiam ut tu exerciteris in ordinando eas et colligendo unamquamque earum cum ea quae sibi competit. ergo retine unumquemque terminum suarum propositionum et obserua complexiones terminorum secundum regulas logicas; et tunc apprehendes certitudines conclusionum quae sequuntur ex illis.

2. (1.) Factor primus est initium omnium rerum. et initium rerum distat ab ultimo earum. et substantia quae sustinet nouem praedicamenta est ultimum rerum. ergo factor primus distat a substantia quae sustinet nouem praedicamenta. Hanc autem conclusionem praeponam et dicam: Factor primus distat a substantia quae sustinet nouem praedicamenta. et omnia distantia medium habent. ergo inter factorem primum et substantiam quae sustinet nouem praedicamenta medium est.

D. Quid est signum quod inter omnia distantia medium est?

M. Si inter distantia non esset aliquid medium praeter ipsa, tunc essent unum, et non essent distantia.

D. Quamuis factor primus sit distans a substantia quae sustinet nouem praedicamenta, non tamen necesse est ut sit inter illa medium, quia anima distat a corpore, nec tamen habent medium.

M. Si non esset spiritus, qui est medius inter animam et

p. 75,23—26 = Falaqera III, §. 3. p. 75,26—76,4 = Falaqera III, §. 4ᵃ.

1 ponam *M* signandum *C* 2 esse . . . demonstrabit *om. A* 3 me] te *C* 4 positurum *ACM* 5 ut tu] cum *A* exerciteris] exerciteris *C*, excercitus *N* in *om. N*, ad *C* ordinandum *C* 6 cum ea *om. M* quae] qui *A* competit] conuenit *M* 7 *ante* terminum *add.* ordinem *C* terminorum] terminum *C* 8 logicas] loycas *C*, *ut saepius tum in hoc, tum in illo codice* apprehendentes *C* certitudinem *C* 9 secuntur *ACMN* 10 *numerum capitis addidi*: *om. A* *ante* Factor *add.* Probatio prima *CMN*; *om. A*, *in cuius tamen margine exhibetur* Ratio prima initium (*post* et)] initio *C* 11 ultima *AC*, ultam *N* 12 ultima *CMN* ergo *om. N* 14 praeponam *scripsi cum Falaqera*: proponam *ACMN* Factor] Fortior *N* 16 medium *om. M* 18 Quod *AMN* est *om. N man. 1.*; *add. m. 2. ante* medium 19 esset] est *M* aliquod *M* ipsam *N* 21 sit distans] distet *N* 22 tamen non *N* 23 nec] non *A* habet *C* 24 qui est *om. C* est] esset *N* medium *CN* p. 75,24—76,3 animam . . . inter illa medium *om. N*

corpus, alterum non coniungeretur alteri. ergo si factor primus distans est a substantia quae sustinet nouem praedicamenta sine aliquo quod sit inter illa medium, non esset possibile ut coniungerentur; et si non coniungerentur, substantia non existeret uno ictu oculi.

(2.) Omnis substantia aut est simplex, aut composita. sed omne **simplex** prius est composito, quia simplex est causa compositi. et substantia quae sustinet nouem praedicamenta est composita. ergo substantia simplex prior est ea. — Omne **compositum** compositum est ex suis simplicibus. sed omne compositum ex suis simplicibus posterius est simplicibus ex quibus est compositum. et substantia quae sustinet nouem praedicamenta composita est ex suis simplicibus. ergo debet esse haec substantia posterior simplicibus ex quibus est composita.

(3.) Factor primus est ipse unus uerus, qui non habet in se multiplicitatem; et substantia quae sustinet nouem praedicamenta est in maxima multiplicitate, et post eam non est maior multiplicitas quam ipsa. et omnis multitudo composita resoluitur ad unum. ergo necesse est ut sint media inter unum uerum et multitudinem compositam.

(4.) Necesse est ut multitudo quae est in substantia sustinente nouem praedicamenta sit ordinata sub uno quod sit eiusdem generis cum ea. et unus uerus non est eiusdem generis cum ea. ergo haec multitudo non est ordinata sub uno uero.

(5.) Omnis factor non facit nisi quod simile est ei. et substantia simplex est similis primo factori. ergo factor primus non facit nisi substantiam simplicem.

(6.) Substantia quae sustinet nouem praedicamenta est multi-

p. 76,15—20; 25—28 = Falaqera III, §. 4[b].

2 est distans *M*, est *om.* *C* 3 a] ab *C* 4 substantia] subiecta *N* 6 *Probationum numeros addidi, codicem A secutus, in quo tamen inde ab argumento 26 numerari desitae sunt* simplex est *N* 7 est prius est *C*, est prius *AM* 9 simplex *om.* *C* est prior *MN* 10 *alterum* compositum *om.* *AM* sed] et *C* 10—11 sed . . . simplicibus *om.* *N* 10—11 compositum omne *C* 13 suis *om.* *M* 14 substantia haec posterior *C*, posterior haec substantia *M* 17 post eam] postea *N* 18 multiplicitas] duplicitas *M* 19 sit *A* 21 sustinente] quae sustinet *M* 22 sub] ab *C* 23—24 et unus . . . cum ea *om.* *M* 23 uerus] numerus *A* est] sit *A* 24 hoc *N* uero] numero *A* 25 *post* nisi *add.* sit *C* est simile *A*, substantiae est *N*

plex. et omne multiplex est aggregatum ex multis unis. ergo substantia quae sustinet nouem praedicamenta est aggregata ex multis unis. omni aggregato ex multis unis semper est prius quod est minus multitudo quam illud. ergo substantia sustinente nouem praedicamenta prior est alia substantia quae est minoris multitudinis quam illa.

(7.) Omni quod est aggregatum aggregatione numeralis duplicitatis, necessario debent esse priores eo proportiones numerales, donec perueniatur ad unum numerale. et substantia quae sustinet nouem praedicamenta aggregata est aggregatione numeralis duplicitatis. ergo debent esse priores ea substantiae aggregatae ex proportione duplicitatis, donec perueniatur ad unam substantiam.

(8.) Substantia quo magis descenderit, fit multiplicior; et e contrario, quo magis ascenderit, fit unitior. et quicquid receperit multiplicitatem descendendo et unitionem ascendendo, necesse est ut perueniat ad unitionem ueram. ergo necesse est ut substantia multiplicata perueniat ad substantiam unitam uere.

(9.) Substantia quae sustinet praedicamenta est species cum differentiis, propriis et accidentibus. et omnis species differt ab aliis speciebus quae continentur sub eodem genere communi utrisque. ergo substantia quae sustinet praedicamenta differt ab alia specie contenta sub eodem genere communi utrisque.

(10.) Mundus minor exemplum est maioris mundi ordine. et substantia intelligentiae, quae est simplicior et dignior omnibus substantiis minoris mundi, non est coniuncta corpori, quia anima

p. 77,14—18 = Falaqera III, §. 5. p. 77,24—78,4 = Falaqera III, §. 6.

3 Omne agregatum *(sic!, ut complurie)* N 4 minus] unus *A* substantia *om.* *N* 5 sustinenta *C*, sustinens *M* 6 quae est] quaeque *N* 7 Omne *N*, *fortasse recte; cf. p. 80,25 et saepius* aggregationis *C* duplicatis *C* 8—11 necessario ... numeralis duplicitatis *om.* *N* 8 esse debet *(sic!)* *M* proportio numerabiles *C* 9 numerale] materiale *C* 10 aggregata] augmentata *C* aggregatione] augmentatione *C* 11 duplicatis *C* ergo] duo *N* ea] eo *N* *post* aggregatae *add.* substantia aggregata *A* 12 ex *om.* *N* duplicatis *C* 14 quo] qua *A* descendit *M* 14—15 descenderit ... quo magis *om.* *N* 15 ascendit *M* recipit *M*, ceperit *N* 16 *ante* ascendendo *add.* in *N* 17 ueram] unam *A*, naturam *N* 19—22 est species ... sustinet praedicamenta *om.* *N* 21—22 ab aliis ... differt *om.* *M* 21 alia specie *C* 23 utrinsque *M* 24 est exemplum *A* 25 intellectiuae *C* 26 est] oportet *N*

et spiritus sunt media inter illa. et quia secundum hoc considerutur ordo maioris mundi: ergo substantia simplicior et dignior non est coniuncta corpori, quod est substantia quae sustinet praedicamenta.

(11) Si inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta non est medium, opus est ut factor primus sit factor substantiae per se. et si factor primus fuerit factor substantiae per se, tunc haec substantia fuit semper apud deum. sed haec substantia non fuit semper. ergo non est facta ab essentia factoris primi. ergo factor primus non est factor substantiae per se. et cum factor primus non fuerit factor eius per se, necesse erit ut sit medium inter illa. — Sed si quis dixerit quod non est medium inter illa, necesse erit ut conuersa huius propositionis sit uera, quae est quod si inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta non fuerit medium, factor non erit factor substantiae per se. sed iam praedixeramus quod, si inter factorem primum et substantiam non fuerit medium, necesse est ut sit factor eius per se. ergo erit non factor per se et factor per se simul; quod est impossibile.

8. (12.) Necessarium est ut substantia corporea moueatur in rem ipsius capacem et coniunctam ei. factor autem primus non est capax alicuius nec coniunctus ei. ergo substantia quae sustinet praedicamenta non mouetur in factore primo.

(13.) Motus substantiae quae sustinet praedicamenta est in tempore. sed tempus cadit infra sempiternitatem. ergo substantia quae sustinet praedicamenta cadit infra sempiternitatem.

---

p. 78,24—79,6 = Falaqera III, §. 7.

---

3 quod] quae *A* substantia] subiecta *N* 6 sit] fuerit *A* 7—8 et si . . . per se *om.* *M* fuerit] sit *C* 8 semper fuit *C* 9 sed] si *M* facta] accidentia *C* 11-12 et cum . . . per se *om.* *C* 11 eius] substantiae *M* 12 *ante* necesse *add.* ergo *C* illa] ea *C* 12—13 Sed si . . . inter illa *om.* *N* 13 erit] est *A* 14 sit] erit *C* uera] una *A* 15 non *om.* *N* 16—18 factor non erit . . . fuerit medium *om.* *N* 16—18 sed iam . . . eius per se *om.* *C* 17 quod *om.* *M* 18—19 ergo erit non factor per se *om.* *M* 20 *in Amploniano numerus capitis est 2.* Necesse *N* *post* moueatur *add.* per se *C* 21 coniuncta rei *N* 22 est *om.* *C* 24 est *om.* *C* 25 infra] in *C*, ita *M* 25—26 ergo . . . sempiternitatem *om.* *N* 26 *ante* praedicamenta *add.* nouem *A*

et factor primus est supra sempiternitatem. ergo sempiternitas est medium inter ipsum et substantiam. sed sempiternitas est sempiternitas sempiterno, et est mora morato. ergo aliquid est hic quod est medium inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta, cuius sempiternitas est mora. ergo substantia quae sustinet praedicamenta non est coniuncta factori primo.

(14.) Necessarium est ut uirtus aut substantia per quam mouetur substantia quae sustinet praedicamenta sit coniuncta ei et immixta cum ea. et factor primus non est coniunctus alicui rei nec immixtus ei. ergo uirtus uel substantia quae mouet substantiam quae sustinet praedicamenta non est de essentia factoris primi. et quando non fuerit haec uirtus uel substantia de eius essentia, necesse est ut sit hic alia substantia media, quae attribuit motum substantiae quae sustinet praedicamenta.

(15.) Motus localis est ex anima. sed substantia quae sustinet praedicamenta mouetur motu locali. ergo motus huius substantiae est ex anima.

(16.) Facere factoris primi est creare aliquid ex nihilo. et substantia quae sustinet praedicamenta composita est ex suis simplicibus. ergo non est creata ex nihilo.

(17.) Omnia duo opposita medium habent, quod est simile utrique. sed factor primus est oppositus substantiae quae sustinet praedicamenta, quia factor primus est factor tantum, et substantia quae sustinet praedicamenta est facta tantum. ergo necessarium est ut sit inter ea medium, quod sit factor et factum.

(18.) Omne quod est habet diuersum quod sibi aduersatur. et substantia quae sustinet praedicamenta est tardior motu, quia motus eius in tempore est. ergo debet hic esse alia substan-

---

1 factor] factus *N* supra] super *CN* sempiternitatem] fraternitatem *C* 7 aut] et *A* 9 ei *om.* *N* 10 uel] et *N*, uel substantia *om.* *C* 11 quae sustinet] sustinentem *A* 12 factoris] formis *N* non *om.* *N* uel] et *N* 13 hic *om.* *N* media] de eius essentia *C* 14 attribuit] dat *A* *ante* praedicamenta *add.* nouem *N* 15 Localis motus *M* 19 substantia] subiecta *N* 20 est (*ante* creata) *om.* *C* 21 opposita] composita *N* simile] substantiae *N* 22 primus factor *C* 22—23 primus . . . est factor *om.* *N* 26 *post* est *add.* forte motum (*i. e.* forte *addendum esse* „motum") *A* 27 tardiori *A* 28 motus *om.* *C* eius *om.* *M* est in tempore *AM* *post* debet *add.* et *N* substantia alia *C*

tia uelocior motu, cuius motus est in non-tempore; et haec est substantia media inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta.

(19.) Substantia quae sustinet praedicamenta est finitae uirtutis; et haec uirtus aut est ex essentia substantiae, aut ex alio. sed non potest esse quod haec uirtus sit ex essentia substantiae, cum ipsa moueatur ex alio. et si haec uirtus non est de essentia substantiae, aut est ei ex essentia factoris primi, aut ex medio inter illa. sed haec uirtus non est ei ex essentia factoris primi, quia tunc necesse esset ut essentia factoris primi diuideretur, ideo quod esset ex ea uirtus finita; et quia res infinita non est diuisibilis, haec uirtus quae est in substantia praedicamentorum non potest esse de essentia factoris primi. et ideo fuit necesse ut sit ex alio quod est medium inter illa. — Et nemo opponat quod uirtus substantiae mediae est *in*finita; ideo quia *licet* uirtus huius substantiae sit infinita secundum suam simplicitatem, *tamen* est finita secundum quod est substantia creata. ergo necesse est ut substantia media sit finita, quia est creata. et creator eius est infinitus. quare sicut diuersi sunt in agendo et patiendo, ita etiam diuersi sunt in finito et infinito.

(20.) Substantia quae sustinet praedicamenta formata est. et omne formatum ad exemplar est formatum. ergo substantia quae sustinet praedicamenta ad exemplar est formata. Pra*e*ponam autem hanc propositionem et dicam: Substantia quae sustinet praedicamenta exemplata est ad exemplar. omne autem quod exem-

1 uelociori *A* non in tempore *CMN* 4 uirtutis finitae *A* 5 haec] hic *C*, hoc *N* ex (*ante* essentia) *om.* *CM* *ante* ex alio *add.* est *C* alia *M* 6 quod] quia *C*, ut *M*; quod haec *om.* *N* 7 haec] hoc *N* de] ex *N* essentiam *C* 8 aut (*ante* est)] autem *N* est *om.* *N*; est ei ex *om.* *C* 9 ei *om.* *C* 9—10 quia ... factoris primi *om.* *A* 10 diuidetur *N* ideo] uel *M* quod] quia *N* 11 ex eo (*sic!*) esset *C* *post* infinita *add.* et *A* *post* diuisibilis *add.* sed *A* 13 primi factoris *C* ideo *om.* *N* ut] quod *C*, non *N* sit *om.* *C*, ex alio sit *M* 15 infinita *scripsi*: finita *ACMN* quia] quod *AN* *sententiam ita intellego ut inde a uerbis* ideo quia *causa enarretur, propter quam nemini illud opponere liceat* huius *om.* *A*, *post* substantiae *transp.* *C* licet *addidi*: *om.* *ACMN* 16 simplicitate *N* tamen *scripsi*: et *ACMN* 17 ut] nec *A* 18 creata est *C* infinitus] non finitus *M*, non est finitus *N* 19 quare] quia *AMN* etiam *om.* *M* 20 in infinito et finito *C* 22 ad exemplar est formatum *om.* *N* 23 Praeponam *scripsi*: Proponam *ACMN* 24 hanc autem *N* *ante* praedicamenta *add.* nouem *N*

platum est ad exemplar, exemplar est prius eo. ergo substantiā prius est exemplar ad quod ipsa exemplata est. — Item. Exemplar substantiae prius est substantiā exemplatā per eam. exemplar autem substantiae substantia est. ergo substantia exemplaris prius est substantiā exemplatā per eam. ergo substantia est habens esse quae est ante substantiam quae sustinet praedicamenta.

(21.) Omnis substantia media duarum substantiarum contingit eas. et substantia animae contingit substantiam intelligentiae, et substantia quae sustinet praedicamenta contingitur ab ea. ergo substantia animae media est inter substantiam intelligentiae et substantiam quae sustinet praedicamenta.

(22.) Substantiae simplices formae sunt substantiarum compositarum, sicut anima et intelligentia. sed omnis forma contentrix est formati. ergo substantiae simplices contentrices sunt substantiarum compositarum. et substantia quae sustinet praedicamenta est composita. ergo substantia simplex contentrix est eius. — Omne quod est, quanto superius est, tanto formae similius est. ergo quod est superius, debet esse forma inferiori. et substantia simplex superior est quam composita. ergo substantia simplex forma est compositae. et substantia quae sustinet praedicamenta est composita. ergo substantia simplex forma est substantiae quae sustinet praedicamenta. — Anima et intelligentia substantiae sunt simplices. et omnis substantia simplex contentrix est compositae. ergo anima et intelligentia contentrices sunt substantiae quae sustinet praedicamenta. et omne quod continet aliud, superius est eo quod continetur.

---

1 eo] ea *M* 1—2 exemplar prius est substantia *AMN* 2 est ipsa exemplata *C* 2—3 Item ... exemplata *om.* *N* 3 eam] ipsam *N* 4 exemplaris] exemplans *C* 5 est (*post* prius) *om.* *A* eam] ipsam *N* 6 quae] quod *C* 7 duarum media *C* 9 contingitur] contingit *CM* 10 substantiae *C* est mediam (*sic!*) *C* intellectiuae *C* 11 substantiam] illam *C* 12 forma *MN* 13 et *om.* *C* intellectiua *C* sed] quia *C* 13—14 est contentrix *C* 13 contentrices] continentes *C* substantiarum] forma *N* 15—16 est contentrix *N* 17 est (*post* superius) *om.* *N* *man. 1*, *add.* *man. 2* 17—18 tanto ... superius *om.* *N* 18 est (*post* similius) *om.* *C* inferiorum *C* 19 est superior *M* 20 est forma *M* 21 *post* praedicamenta *add.* forma *C* 21—22 est composita ... praedicamenta *om.* *N* 21 substantia (*post* ergo) *om.* *C* 22 est forma *C* 23 intellectiua *C* 24 intellectiua *C* 25 aliud continet *M* continetur] continet *CM*

ergo anima et intelligentia superiores sunt substantia quae sustinet praedicamenta.

(23.) Substantia quae sustinet praedicamenta composita est. et inter omne compositum et simplex non est medium. ergo inter substantiam quae sustinet praedicamenta et substantiam simplicem non est medium. et quaecumque res non habet inter se et aliam medium, sequitur eam ordine. ergo substantia quae sustinet praedicamenta sequitur substantiam simplicem ordine.

4. (24.) Necessarium est ut factor primus faciat factum suum perfectum sine mora. et qui facit factum suum perfectum sine mora, necessarium est ut patiens ab eo sine medio sit perfectum in patiendo sine mora. ergo necessarium est ut patiens a primo factore sine medio sit perfectum in patiendo sine mora. — Et huic conclusioni adiungitur haec assumptio: sed substantia quae sustinet praedicamenta non est perfecte patiens sine mora, quia motus huius substantiae est in tempore. ergo necessarium est ut substantia quae sustinet praedicamenta non sit patiens a primo factore sine medio.

(25.) Necessarium est ut omne patiens sit patiens in effectu. et omne quod est patiens in effectu, necessarium est ut sit recipiens uirtutem agendi. ergo necessarium est ut omne patiens sit recipiens uirtutem agendi. post hanc conclusionem assumo: Necessarium est ut patiens a primo factore sine medio sit recipiens uirtutem agendi. et quod est recipiens uirtutem agendi, agens est. ergo necessarium est ut patiens a primo factore sine medio sit agens. et huic conclusioni adiungitur haec:

---

1 intellectiua *C* sustinet] continet *N* 3 sustinet] continet *N* 4 omne] esse *A* 5 substantia *M* sustinet] continet *N* 6 media *AM* 7 *ante* eam *add.* ad *N* substantia] subiecta *N* *numerum capitis addidi*: *om. A* 9 est *om. N man. 1, add. man. 2* perfectum *om. A* 10—11 sine mora] sine mora uel spatio *A*, sine spatio et sine mora *C*, sine spatio mora *M* 14 huic] hue *N* coniungitur *MN* 15 *post* patiens *add.* a primo factore *N* mora] medio *N* 15—18 quia . . . sine medio *om. N* 16 huius] eius *C* substantiae *om. C* 17 substantia . . . praedicamenta *om. C* 19 patiens sit patiens] scilicet hoc patiens est *A*, scilicet semper sit patiens *C* 20 et omne . . . in effectu *om. AN* necesse *C* 21—22 ergo . . . agendi *om. C* 21 ut] ubi *C* 23—24 uirtutem recipiens *C* 24 et quod . . . agendi *om. N* est] eum *M* uirtutem recipiens *C* 25 est (*post* necessarium) *om. CN* ut] ubi *C*, *om. N* 26 haec adiungitur *C*, adiungit haec *M*

substantia quae sustinet praedicamenta non est agens. ergo substantia quae sustinet praedicamenta non est patiens a primo factore sine medio.

(26.) Substantia quae sustinet praedicamenta est mobilis. omne autem mobile est patiens. ergo substantia quae sustinet praedicamenta est patiens. et omnis passio exit de potentia in effectum. ergo passio substantiae quae sustinet praedicamenta exit de potentia in effectum. hanc conclusionem *prae*pono et dico: Passio substantiae quae sustinet praedicamenta exit de potentia in effectum. et omne quod exit de potentia in effectum, non trahit illud in effectum nisi quod habet esse in effectu. ergo passionem substantiae quae sustinet praedicamenta non trahit de potentia in effectum nisi quod habet esse in effectu, inter quod et illam non est medium. item *prae*pono hanc et dico: Progressio passionis substantiae quae sustinet praedicamenta de potentia in effectum est a re quae habet esse in effectu, inter quam et illam non est medium. et factor primus non est in potentia nec in effectu. ergo progressio passionis substantiae quae sustinet praedicamenta de potentia in effectum non est ex primo factore sine medio, quod sit inter illa.

(27.) Anima mobilis est per se non in loco. et omne quod mobile est per se non in loco, motus eius uniformis est. ergo anima mobilis est motione uniformi. hanc autem conclusionem *prae*ponens dico: Anima mobilis est motione uniformi. et omnem rem uniformem sequitur res secundaria. ergo motionem animae uniformem sequitur motio secundaria. — Et secundum alium ordinem. Si anima fuerit [quod] primum mobile

---

4—6 mobilis . . . praedicamenta *om.* *A* 5 substantia] subiecta *N* 6 in] ad *C* 7 passio] passus *C* 8 conclusionem] propositionem *N* praepono *scripsi*: propono *ACMN* 9—10 exit de potentia *om.* *C* 11 trahit non *C* *post* habet *add.* illud *C* effectu] effectum *A* 12—13 ergo . . . esse in effectu *om.* *N* 14 praepono *scripsi*: propono *AMN*, proponam *C* 15 quae *om.* *N* 17 *ante* inter *add.* et *ACM* 18 *post* nec *add.* est *N*. *ad sententiam cf. p. 90, 16—26* substantiae *om.* *N* 19 effectu *M* 20 factore *om.* *N* 21 mobilis] nobilis *N* 21—22 et omne . . . in loco *om.* *C* 22 est mobile *M*, est *om.* *N* eius uniformis est] est uniformis *A*, est uniformis est *M* 24 praeponens *scripsi*: proponens *ACM*, propositiones *N* 25 motione *M* 26 secundaria motio *A* 27 quod] quid *C*; *uox ex p. 84,7 et 9 huc illata delenda uidetur*

per se, et prima motio fuerit uniformis: necesse est ut motus animae sit motus uniformis. et quod motus uniformis est primus motus, ex hoc probatur, quia si non fuerit motus uniformis, non erit motus secundarius nec ceteri motus. et quia anima est primum mobile per se: ergo est mobilis motus unius modi. et p*ra*eponam hanc conclusionem et dicam: Si anima, quod est primum mobile per se, mouetur motu unius modi, necesse est ut mobile quod sequitur moueatur motu secundario. sed anima, quod est primum mobile per se, mouetur motu unius modi. ergo quod sequitur mobile mouetur motu non uniformi. pr*ae*ponam hanc conclusionem et dicam: Motum animae unius modi sequitur motus uarius. et substantia quae sustinet praedicamenta mouetur motu uario, quia unaquaeque pars huius substantiae non mouetur nisi in duobus locis, quia mutatur de loco primo ad secundum, de secundo ad tertium; et sic erit secundus locus et tertius sicut primus et secundus, et sic usque ad ultimum locorum. postquam motum animae uniformem sequitur motus secundarius, et substantia praedicamentorum mouetur motu uario: ergo motum animae unius modi sequitur motus substantiae praedicamentorum. — Item alio ordine. Substantia quae sustinet praedicamenta mouetur motu secundario. et omne quod mouetur motu secundario, sequitur ordine id quod mouetur motu uniformi. ergo substantia quae sustinet praedicamenta sequitur ordine substantiam quae mouetur motu uniformi. item pr*ae*pono hanc et dicam: Substantia quae sustinet praedicamenta sequitur ordine substantiam quae mouetur motu uniformi. et anima est mobilis motu uniformi. ergo substantia quae sustinet praedicamenta sequitur ordine substantiam animae. — Item alio modo:

1—2 necesse . . . motus uniformis *om.* *N* 1 ut] ubi *C* motus] uirtus *C* 2—4 est primus . . . uniformis *om.* *N* 3 quia] quod *CM* 5 ergo *om.* *N* mobile motum *N* 6 modi *om.* *C* 6—8 et praeponam . . . unius modi *om.* *N* praeponam *scripsi*: proponam *ACM*, propono *M* 7 quod] quid *C* 8 modi *om.* *C* *ante* necesse *add.* ergo *C* *post* secundario *add.* glossa: id est uario *A* 9 quod est] quae est *AC*, quaeque *N* moueatur *C* 11 praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* 13—27 uario . . . mouetur motu *om.* *C* 16 primo *om.* *MN* secundus (*post* et)] sensus *N* 19 praedicamenta *M* 25 praepono *scripsi*: propono *ACM*, proponam *N* 26 ordinem *M* 29 animae] naturae *N*

Si motus secundarius quo mouetur substantia sustinens praedicamenta recurrit ad motum uniformem, necesse est ut motus huius substantiae sequatur motum animae uniformem. sed motus secundarius quo mouetur substantia sustinens praedicamenta recurrit ad motum uniformem; hoc est quia unaquaeque partium huius substantiae mobilis recurrit ad locum unde mota est, et tunc unitur motus eius. ergo motus substantiae quae sustinet praedicamenta sequitur motum animae uniformem. item praeponam hanc conclusionem et dicam: si motus substantiae quae sustinet praedicamenta sequitur motum animae, necesse est ut substantia sustinens praedicamenta sequatur motum animae. — Et tunc fuit etiam necesse ut substantia sustinens praedicamenta sequatur substantiam animae; hoc est, quia non est medium inter motum et substantiam; sed motus substantiae quae sustinet praedicamenta sequitur motum animae: ergo necesse est ut substantia sustinens praedicamenta sequatur substantiam animae.

5. (28.) [Sed] Quicquid est quod totum recipit aliquid aliud ex alio sine medio alio ab ipso, ipsum est receptibilius illius quam si illud reciperet cum aliquo medio. ergo totum cuius aliquid non fuerit receptibilius alicuius rei plus quam aliud aliquid eius, illam magis recipit quam sine medio recipit, quam quod cum medio. — Et probatio huius conclusionis erit cum conuersione propositionis negatiuae: quicquid totum recipit aliquid ex alio sine aliquo medio, nihil eius est receptibilius quam aliud aliquid eius; et conuersio huius est secundum hunc modum: cuiuscumque rei aliqua pars non fuerit receptibilior alicuius quam alia, illud totum recipit illud sine aliquo medio; et cum adiunxerimus huic

---

1 sustines *M* 4 secundarius] uniformis *A* quo] quae *A* sustinet *A* quia] quod *C* 6 unde *om. N, lacuna hiante; add. man. recentissima* a quo 7 motus *om. C* substantia *C* praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* 10 substantia] supra *A* 11 sequitur *N* Et tunc] Item *A*, Et item *C* 12 etiam fuit *N* necesse etiam *C*, necesse *om. N* substantia] supra *A*, substantia sustinens praedicamenta *om. C* 14 substantiam et motum *M* 15 sequitur *om. N* 16 substantia] supra *A*, substantia sustinens praedicamenta *om. C* animae substantiam *C* 17 Sed *deleui* est quod *om. A* totam *C* ex alio] ab alio *M*, ex quo *N* 18 *ante* sine *add.* et *M* quam] qua *C* 19 illud *om. C* 19—20 non fuerit aliquid *N* 20 aliquid aliud *C* 21 illam] illud *A* recipiet *N* quam (*ante* sine)] quod *A* 22 conuersione] conclusione *M* 24 nihil] nunc *M* est *om. C* aliquid aliud *C* 26 non *om. C* aliud *N* 27 adiuxerimus *AN*

uniuersalem affirmatiuam hoc est: quicquid totum receperit aliquid ex alio sine aliquo medio, est receptibilius illius quam esset si cum aliquo medio reciperet: ergo cuiuscumque rei aliquid non est receptibilius alicuius rei plus quam aliud aliquid eius, illud est receptibilius rei sine medio quam si cum medio reciperet. — Deinde ponemus affirmatiuam hanc: substantia sic est constituta quod aliquid eius receptibilius est motus quam aliud eius; et adiungam huic negatiuam; et erit syllogismus hoc modo: Substantia sic constituta est, quod aliquid eius receptibilius est formae plus quam aliud eius. et totum cuius aliquid non fuerit receptibilius alicuius rei plus quam aliud eius, ipsum est receptibilius rei magis quam si cum medio reciperet. ergo substantia non magis recipit formam quam si cum medio reciperet. — Deinde proponamus uniuersalem: quicquid recipit aliquid sine medio, magis illud recipit quam si cum medio reciperet; huic adiungam negatiuam: substantia non magis recipit formam quam si cum medio reciperet; et erit syllogismus sic: Quicquid recipit aliquid sine medio, magis illud recipit quam si cum medio reciperet. sed substantia non magis recipit formam quam si cum medio reciperet. ergo substantia non est receptibilis formae sine medio. — Et probatio huius conclusionis est cum conuersione affirmatiuae propositionis, quae est: quicquid recipit aliquid sine medio, magis illud recipit quam si cum medio reciperet; et conuersio huius haec est: quicquid recipit aliquid sine medio magis [recipit] quam

---

1 recipit *AM* 2 aliquo *ante* medio *om.* *C* medio] modo *N* illius *om.* *C* quam] qua *M* 3—6 *cf. supra* 85,19—22 4—5 aliquid aliud *A* 5 est] esset *MN*, *om.* *C* 6 substantia] supra *A* 7 sic] sicut *M* est receptibilius *A* 7—10 motus ... receptibilius est *om.* *C* 8 aliud] aliquid *M* huic] huc *N* sillogismus *MN* (*ut saepius in omnibus codicibus*) 9 substantia] supra *A*, subiecta *N* est constituta *M* 10 et *om.* *M* 10—12 et totum ... eius *om.* *N* 11 aliud] aliquid *C* 12 si cum] sicut *M* 13 quam *om.* *C* si cum] sicut *M* 14 praeponamus *scripsi*: proponamus *ACM*, proponimus *N* *ante* quicquid *add.* quod *N* 15 aliquid recipit *C* 16 huic] huc *N* 17—19 et erit . . . reciperet *om.* *N* 17 cum si *C* syllogismus] similis *ACN* 19—20 sed . . . reciperet *om.* *ACN* 20 21 ergo non substantia non *C* 21 receptibilis formae est *C*, recipit formas *M* 22 propositionis affirmatiuae *C* 23 quae est] *cf. supra* 14—16 23—25 magis . . . sine medio *om.* *N* 24 et *om.* *M* haec *om.* *C* 25 recipit *ante* quam *deleui*

cum medio, *recipit illud sine medio.* Fiet syllogismus huiusmodi: Substantia non est magis receptibilis formae quam si cum medio reciperet. et quicquid fuerit receptibilius rei sine medio quam cum medio, ipsum est receptibile rei sine medio. ergo substantia non est receptibilis formae sine medio. — Item alio modo. Substantia quae sustinet praedicamenta constituta est sic ut aliquid eius magis recipiat formam quam aliud aliquid eius. et totum cuius aliquid receptibilius est rei quam aliud, ipsum non recipit rem sine aliquo medio alio ab ipso. ergo substantia quae sustinet praedicamenta non sustinet formam sine medio aliquo alio ab ipsa.

(29.) Si omnia quae sunt disposita sunt secundum oppositionem, et substantia quae sustinet praedicamenta est uirtus receptibilis formae [notae] suae ipsius: necesse est ut sit hic uirtus opposita illi, recipiens omnes formas; et haec est proprietas substantiarum simplicium.

(30.) Si radix quae est communis eorum quae sunt disposita est secundum oppositionem, necesse est ut quaecumque continentur sub hac radice, disposita sint secundum oppositionem. et radix eorum quae sunt disposita est secundum oppositionem, quia est sustinens et sustentata. ergo necesse est ut quaecumque continentur sub hac radice, disposita sint secundum oppositionem. *Et* si fuerit substantia composita, necesse est ut sit substantia simplex illi opposita. et substantia composita est. ergo et substantia simplex est. Et si substantia simplex fuerit, aut erit supra compositam, aut infra. si substantia simplex fuerit infra compositam, tunc simplex erit

1 recipit illud sine medio *addidi*: *om. ACM* (et *N*) syllogismus] similis *C* huiusmodi] hoc modo *N* 5—6 Item alio modo *om. N* 7 recipiat *om. N* aliquid aliud *CM* 8 et *om. A* est *om. MN* 9 rem *om. N* 10 substantia] subiecta *N* 11 ipsa] ipso *ACM* 12 sunt (*post* disposita) *om. C* 14 notae] nocte *N*; *deleui, quia uidetur altera esse interpretatio eiusdem uocis Arabicae* صورة, *quae significat et* notam *et* formam suae] sui *N* hic] haec *AMN* 15 illi *om. A* haec] hoc *N* 17 si] sed *N* *ante* eorum *add.* omnium *C* 18 est (*ante* secundum) *om. N* 20 et] aut *A* tinentur … oppositionem *om. N* 23 Et *scripsi* (*cf. ad p.* 95,13): quia *ACMN* 22 et *om. M* est (*post* necesse) *om. M* 22 quaecumque] quae *N* 22—23 con- 24 opposita] composita *C* 25 et (*ante* substantia) *om. CMN*, est simplex *C* 26 substantia *om. N* *post* fuerit *add.* composita *C* aut (*ante* erit) *om. C* *post* supra *add.* substantiam *M* 27 fuerit simplex *A* compositam *om. C*

creata a composita. sed substantia composita est creata a simplici. ergo simplex non est infra compositam substantiam. et cum non fuerit infra eam, necesse est ut sit supra eam. Et fiet syllogismus hoc modo: Substantia simplex est supra compositam. et substantia quae sustinet praedicamenta est composita. ergo substantia simplex est supra substantiam quae sustinet praedicamenta.

(31.) Substantia simplex et substantia composita uniuntur sine destructione formae cuiuslibet earum. et omnia quae uniuntur sine destructione formae cuiuslibet eorum, conuenientia sunt. ergo substantia simplex et substantia composita conuenientes sunt. et quaecumque conueniunt, unius generis sunt. ergo substantia simplex et substantia composita sub eodem genere sunt. et omnia quae sunt unius generis, cadunt sub eo quod est genus eorum. ergo substantia simplex et substantia composita cadunt sub eodem genere. ergo est substantia supra illas simplicior illis et communis illis.

(32.) Si factor primus est factor sine tempore, necesse est ut primum patiens ab eo sit patiens sine tempore. sed factor primus est factor sine tempore. ergo primum patiens ab eo debet esse patiens sine tempore. p*rae*ponam hanc conclusionem et dicam: Necessarium est ut primum patiens ab eo sit patiens sine tempore. et substantia quae sustinet praedicamenta non est patiens sine tempore. ergo substantia quae sustinet praedicamenta non est primum patiens a primo factore.

(33.) Omnis patientis passio necesse est ut sit in tempore aut non in tempore. Ponamus prius radicem secundum dictionem hanc: omne quod patitur in non tempore,[1] prius est eo quod patitur in tempore; et sumamus conuersionem huius, quae est: omne quod est prius eo quod patitur in tempore, ipsum est patiens in non tempore; et adiungemus ei as-

1 a] an *C* sed] si *M* est] fuerit *M* 1—2 a creata simplici *N* 2 substantiam *om.* *C* 3 supra] super *N* 4 fiat *N* modo] homo *N* 9 *et* 10 destructione] distractione *M* 10 earum *N* 15 et *om.* *N* 16 sub eodem genere cadunt *M* supra] super *C* 17 illas] eas *N* 18—20 necesse est ... factor sine tempore *om.* *N* 19 primum] primus *C* 20—21 ab eo ... patiens *om.* *N* 21 praeponam *scripsi*: proponam *ACM* 22 eo *om.* *N* 24 substantia ... praedicamenta *om.* *C* 27 secundum] scilicet *AMN* 29—31 et sumamus ... non tempore *om.* *C* 30 post eo *add.* per *C* 31 ei *om.* *M*

sumptionem hanc: omne quod patitur in non tempore, non inuenitur aliud patiens prius eo; ergo quicquid fuerit ante id quod patitur in tempore, non inuenietur aliud patiens prius eo. Et ponamus hanc radicem secundam: omne quod est patiens in tempore, posterius est eo quod patitur in non tempore; et sumamus conuersionem huius, hanc scilicet: omne quod fuerit posterius eo quod patitur in non tempore, ipsum est patiens in tempore; et adiungamus ei hanc secundam: omne quod est patiens in tempore, aliud patiens non inuenitur posterius eo; ergo eo quod est posterius eo quod patitur in non tempore, non inuenitur aliud patiens posterius eo. Et huic conclusioni adiungemus aliam: Substantia quae sustinet praedicamenta, patiens est in tempore. et omne quod est patiens in tempore, posterius est eo quod patitur in non tempore. ergo substantia quae sustinet praedicamenta est posterius eo quod patitur in non tempore. Et huic conclusioni adiungam primam conclusionem: omne quod est posterius eo quod patitur in non tempore, non inuenitur aliud patiens posterius eo; ergo substantia quae sustinet praedicamenta non inuenitur aliud patiens posterius ea. — Item secundum alium ordinem breuem: Substantia simplex est patiens in non tempore, et substantia composita est patiens in tempore. sed omni patienti in non tempore non inuenitur aliud patiens prius, et omni patienti in tempore non inuenitur aliud patiens posterius. ergo non inuenitur aliud patiens prius substantia simplici, nec aliud patiens posterius substantia composita quae sustinet praedicamenta.

6. (34.) Omne quod mouetur motu locali perenniter, est separatum a motu praeterito et est paratum ad motum futurum. et

---

2 aliud] aliquid *C* 2—4 ergo . . . prius eo *om.* *N* 3 inuenitur *C* 4 ponemus *AM*, pone huius *N* 5 est posterius *N* 6 huius] post *N* scilicet *om.* *C* 8 adiungemus *AN*, adiugemus *M* ei] huic *M*, huc *N* 9 est] inuenitur *C* aliud] aliquid *C*, ipsum est *N* 11 eo] ipso *C* 12 Et *om.* *C* huic] huc *N* 13 quod est *om.* *AMN* 14 *ante* tempore posterius *add.* non *C* 15 posterius est *M* 16 huic] huc *N* 17 primam conclusionem] *cf.* 10—11 20 posterius ea] ab eo *(sic!)* posterius *C* 22 et] sed *A* 24 patienti] potenti *M* in tempore] in non tempore *C* 28 perhenniter *ACMN*, *ut constanter* separatum est *N* 29 paratum est *N*, est *om.* *AM*

omne quod separatur ab uno et accedit ad aliud, est egrediens de potentia ad effectum. item post dicam: Substantia quae sustinet praedicamenta mouetur motu locali perenniter. et omne quod mouetur motu locali perenniter est procedens de potentia ad effectum. ergo substantia quae sustinet praedicamenta est procedens de potentia ad effectum. et omne quod est procedens de potentia ad effectum, non est perfectum. ergo substantia quae sustinet praedicamenta non est perfecta. postea dicam: Si aliquis auctor perfectus est, patiens ab eo nullo mediante perfectum est. sed factor primus perfectus est. ergo patiens ab eo nullo mediante perfectum est. praeponam hanc conclusionem et dicam: Patiens a primo factore nullo mediante perfectum est. sed substantia quae sustinet praedicamenta non est perfecta. ergo substantia quae sustinet praedicamenta non est patiens a primo factore nullo mediante.

(35.) Formae subsistentes in substantia quae sustinet praedicamenta sunt procedentes de potentia ad effectum. et quicquid fuerit in aliquo exiens de potentia in effectum, non trahit illud nisi aliud quod habet esse in actu, et prima res est illa res in potentia. ergo formas subsistentes in substantia quae sustinet praedicamenta non trahit de potentia in effectum nisi aliae formae quae habent esse in actu, et formae primae sunt ipsae formae in potentia. praeponamus hanc conclusionem et addemus ei hanc, scilicet: essentia primi factoris non habet formam. ergo formas subsistentes in substantia quae sustinet praedicamenta non trahit de potentia in effectum essentia factoris primi.

(36.) Omne quod recipit aliquid ex alio nullo mediante, non inuenitur aliquid aliud dignius eo ad receptionem eius. si substantia quae sustinet praedicamenta recipit substantialitatem a

---

1 separatur] separatum est *N* 3 locali motu *A* 4 est *om. C* 6 est procedens *om. N* 6—7 et omne . . . ad effectum *om. MN* 9 dicam *om. C* 10 *ante* perfectum *add.* sine medio *A* perfectum ... primus *om. N* factor] auctor *A* est (*post* perfectus) *om. CN* ergo] igitur *C* 11 nullo mediante] ullo medianteın *M* praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* 12 factore] formae *N* nullo mediante *om. C* 13 perfectus *C* 18 in] ad *ACM* 21 potentia in effectum *om. N* 23 praeponamus *scripsi*: proponemus *ACMN* 24 scilicet *om. C* 26 in] ad *C* primi factoris *M*, ormis primi *N* 27 receperit *AC* aliquid] aliud *C* alio] aliquo *N* 29 aliud aliquid *C* si *om. N*

primo factore nullo mediante, tunc non inuenitur alia substantia dignior ea ad intentionem substantialitatis. sed substantia simplex, ut anima et intelligentia, dignior est ad intentionem substantialitatis quam substantia quae sustinet praedicamenta. ergo substantia quae sustinet praedicamenta a primo factore non recipit substantialitatem nullo mediante.

(37.) Quod mouet substantiam quae sustinet praedicamenta nullo mediante, non potest esse infinitum, quia non potest esse quin moueat aut per se, aut per accidens. et si mouet illam per suam essentiam, et essentia eius est infinita, non est possibile ut motus qui exit ab ea sit finitus. sed motus substantiae est finitus. ergo essentia quae mouet eam non est infinita. et si per accidens mouet, essentia eius etiam non est infinita, quia omne quod est infinitum, non accedit ei accidens. et probatio huius hoc modo fit: Res quae est infinita non mutatur. et omne cui accedit accidens mutatur. ergo rei infinitae non accedit accidens. Ergo non est possibile ut quod mouet substantiam nullo mediante sit infinitum. ergo est finitum. et praeponimus hanc et dicimus: Quod mouet substantiam quae sustinet praedicamenta nullo mediante est finitum. et factor primus est infinitus. ergo factor primus non est mouens substantiam nullo mediante. — Item alio ordine. Si motor substantiae nullo mediante est infinitus, motus substantiae est infinitus. sed non est possibile ut motus substantiae sit infinitus, eo quod substantia eius finita est. ergo non est possibile ut motor huius substantiae sine mediante sit infinitus. deinde adiungemus huic conclusioni hanc dictionem, scilicet: factor primus est infinitus. ergo non est possibile ut factor primus sit motor substantiae nullo mediante.

7. (38.) Motus substantiae quae sustinet praedicamenta non po-

1 inuenietur *AM* 3 intellectiua *C* 5 ergo ... praedicamenta *om. N*, praedicamenta *om. A* 9 moueatur *C* illa *C* 9—10 per suam *om. N* 11 ut] quod *C* ab] ex *AM* 12 eam *om. A* est *om. M* 13 si per] super *M* essentia . . . non est *om. N* etiam eius *C* 16 accidit *AM* 19 finitum] infinitum *C* praeponimus *scripsi:* proponimus *ACM*, ponimus *M* 20 quae sustinet praedicamenta *om. MN* 22 est mouens] mouet *A* 23 ordine] modo *C* 25 eius *om. A* est finita *A* 27 huic] huc *N* 27—28 dictionem scilicet *om. C* 29 substantiae et primus *transp. M* ante substantiae *add.* huius *N* 30 *Amplon. cap. 7 iam a v. 22 incipit* sustinet *N*

test esse quin sit aut naturalis aut uoluntarius. si fuerit naturalis, factor primus non erit motor eius nullo mediante, quia factor primus non facit factum naturale sine mediante. et si est uoluntarius, et substantia in se non habet uoluntatem, necesse est ut substantia pendeat ex alia substantia, quae det ei mobilem uoluntatem. et impossibile est ut haec substantia sit factor primus, quia factor primus non est mobilis. ergo est haec substantia praeter factorem primum, quae det substantiae quae sustinet praedicamenta motum. ergo factor primus non est primus motor substantiae sine mediante.

(39.) Substantia quae mouet substantiam quae sustinet praedicamenta non potest esse quin sit aut mobilis aut immobilis. si fuerit immobilis, non potest per eam moueri substantia quae sustinet praedicamenta, hoc est, quia haec substantia aut potest moueri, aut non. si potest moueri haec substantia, esset mobilis. si non potest moueri in se, non esset possibile ut moueret aliud. Probatio autem quod impossibile est ut motor substantiae sit potens eam mouere, cum non sit potens se mouere, erit hoc modo: Ponamus quod id quod mouet substantiam non potest se mouere. et omne quod non potest se mouere, non potest mouere aliud. ergo quod posuimus motorem substantiae non potest eam mouere. ergo non est possibile ut motor substantiae sit mouens eam et in se non sit mobilis. ergo motor substantiae mobilis est. Et probatio etiam quod motor substantiae qui dat substantiae uirtutem mouendi sit mobilis erit hoc modo: Motor substantiae dat substantiae uirtutem mouendi. et quicquid attribuit aliquid alicui alii, dignius est ad

---

1 aut (*ante* naturalis) *om.* *A* 2—3 primus factor *M* 3 et *om.* *C* 4—5 in se . . . ut substantia *om.* *A* 4 non habet in se *om.* *M* 5 det *AM* 7 factor *om.* *AMN* 9 haec] hoc *N* primum *om.* *M* detur *M* 9—10 quae sustinet . . . motor substantiae *om.* *N* 10 motor primus *C* 11 quae mouet substantiam *om.* *MN* quae sustinet] sustinentem *A* 12 aut (*ante* mobilis)] *om.* *CM* 13 immobilis (*post* fuerit)] mobilis *N* 14 hoc] haec *N* substantia haec *N*, haec *om.* *C* 15 haec substantia *om.* *C* 16 esset] est *A* moueretur *M* 18 eam mouere . . . potens *om.* *N* sit potens] possit *C* se] eam *C* 19 id] hic *M* 20 non potest mouere *om.* *M* 24 est] sit *A* quod] quia *A* 25—26 sit mobilis . . . uirtutem mouendi *om.* *N* 26 uirtutem substantiae *C*

habendam rem tributam eo quod accipit. ergo motor substantiae qui tribuit substantiae uirtutem mouendi dignior est ad habendam uirtutem mouendi quam ipsa substantia quae accepit. ergo motor substantiae sine mediante mobilis est. Et praeponam hanc conclusionem et dicam: Substantia quae mouet substantiam nullo mediante, mobilis est. et factor primus non est mobilis. ergo factor primus non est motor substantiae sine medio.

(40.) Substantia quae sustinet praedicamenta est corpus. et omne corpus quietum est in se. ergo substantia quae sustinet praedicamenta quieta est in se. et omne quietum est ex fine mobili. ergo substantia quae sustinet praedicamenta, est ex fine mobili. et omne quod est ex fine mobili, mobile est prius eo. ergo substantia quae sustinet praedicamenta, mobile est prius ea. sed omne mobile substántia est. ergo substantia quae sustinet praedicamenta, alia substantia mobilis est prior ea.

(41.) Substantia patiens a primo factore non potest esse quin sit aut mobilis aut immobilis. et impossibile est ut sit non mobilis, quia factor primus est mouens; et si patiens ab eo non esset mobile, ipse non esset mouens: ergo necessarium est ut patiens a primo factore sit mobile. Unde aut est mobile in tempore, aut non in tempore. et impossibile est ut sit mobile in tempore, quia motor eius motor est in non-tempore. et argumentatio huius erit hoc modo: Motor primus est mouens in non-tempore. et quicquid mouetur a mouente in non-tempore, mouetur in non-tempore. ergo quod est mobile per primum motorem, est mobile in non-tempore. et substantia

---

1 tributa *N* quod] quid *N* accipit] accipienti *A* 2 uirtute *N* 3 accipit *C* 5 proponam *ACN* 6 substantiam *om. M* nulla *M* 7 factor primus *om. C* 13 mobili] mobil' *M*, mo^r *N* 13—14 ergo ... quod est ex fine mobili *om. C* 14 mobile (*ante* et)] mobil' *M*, mo^r *N* mobili (*ante* mobile)] mobile *N*, mo^r *N* 15 est substantia *M*, est *om. N* 16 alia substantia *om. N* prior est ea *A* 18 ut *om. M* sit non] non sit non *A* 19 *post* factor primus *add.* est non (non est *C*) mobilis et quia factor primus *ACM*, *quae uerba ex eis quae antecedunt repetita sunt* si *om. N* non] ut *N* 20 ipse] quod est *N* 21 patiens] patientia *C* aut] autem *N* 22—25 et impossibile ... mouens in non tempore *om. C* 22 sit *om. N* 23 *post* non-tempore *iterum add.* aut non in tempore et impossibile est ut sit mobile in tempore *AM* 24 huius] de hoc *MN* primus] prius *A* 26—27 per primum ... mobile *om. N*

quae sustinet praedicamenta non est mobilis in non-tempore. ergo substantia quae sustinet praedicamenta non est mobilis per primum motorem.

(42.) Necessarium est ut si est aliquid mobile in tempore, sit aliquid mobile in non-tempore; quia si nihil esset mobile in non-tempore, motor primus non esset mouens in non-tempore, sed esset mouens in tempore; ergo primus motor esset mouens in tempore et mouens in non-tempore simul, quod est impossibile.

(43.) Si factor primus fuerit non mobilis, necesse est ut mobile per eum sit mobile in non-tempore; quia si esset mobile in tempore, necesse esset esse prius eo mobile in non-tempore; sed non est prius eo nisi motor primus; ergo motor primus esset mo-*bilis* in non tempore; sed motor primus non est mobilis ullo modo; ergo mobile per eum non est mobile in tempore. deinde praeponimus hanc et dicimus: Mobile per primum motorem non est mobile in tempore. et substantia quae sustinet praedicamenta mobilis est in tempore. ergo mobile per primum motorem non est substantia quae sustinet praedicamenta.

8. (44.) Motus qui est in substantia quae sustinet praedicamenta est mutabilis. et omne mutabile receptibile est passionis. ergo motus qui est in substantia quae sustinet praedicamenta receptibilis est passionis. sed essentia primi factoris non est receptibilis passionis. ergo motus qui est in substantia quae sustinet praedicamenta non est ex essentia factoris primi. ergo est ex essentia alterius substantiae.

(45.) Omne a quo aliquid motum fuerit patiens, essentia eius erit patiens. et motus qui est in substantia sustinente prae-

---

1 non *ante* est *om.* *A* non (*ante* tempore) *om.* *A* 2 est *om.* *N* motorem] factorem *AM* 4—5 sit etiam aliquid mobile in non tempore *om.* *A* 5 quia] quod *M* esse *N* 7 primus motor ergo *C* 7—8 ergo primus motor esset mouens in tempore *om.* *MN* 8 mouens *om.* *CM* non in *C* impossibile est *M*, esset impossibile *N* 9 non mobilis] inmobilis *N* 10—11 quia si esset mobile in tempore *om.* *C* 11 sed] et si *C* 12 esset mobilis *scripsi*: est motor *ACMN* 13 primus (*ante* non) *om.* *N* est] esset *A* ullo] aliquo *A* 15 praeponimus *scripsi*: proponimus *ACMN* dicimus] omnis *N* 16—17 et substantia . . . in tempore *om.* *N* 17 est *om.* *M* *post* mobile *add.* in tempore *C* motorem] motor est *A* 19 *numerum capitis addidi*: *om.* *A* 20 omne] esse *A* est receptibile *A* 24 ex *om.* *C* 24—25 ergo est] sustinente *M* 25 ex] de *N* 26 a quo] ex quo *A* 26—27 essentia eius erit patiens *CN* 27 sustinente] quae sustinet *M*

dicamenta est patiens. ergo substantia quae facit motum eius est patiens. item dicam: Substantia faciens motum substantiae quae sustinet praedicamenta est patiens. et factor primus non est patiens. ergo factor primus non est faciens motum substantiae quae sustinet praedicamenta.

(46.) Motus diffusus in substantia quae sustinet praedicamenta non potest esse quin sit aut substantia, aut accidens. Si fuerit accidens, factor eius erit substantia; et haec substantia aut erit finita, aut infinita. et impossibile est ut sit infinita, quia coniuncta est substantiae finitae. sed si est finita, non est factor primus. Et si motus fuerit substantia, conueniet ei quod substantiae conuenit factori, id est finitas uel infinitas. *et* si fuerit finita, non est possibile ut sit factor primus. et si fuerit infinita, non poterit iungi substantiae finitae, nec poterit facere facturam finitam. *et* substantia mouens iuncta est cum substantia finita et faciens facturam finitam; hoc est, quia omnes motus qui in substantia inueniuntur finiti sunt. ergo substantia quae mouet substantiam sustinentem praedicamenta non est infinita. et factor primus est infinitus. ergo substantia quae mouet substantiam sustinentem praedicamenta non est factor primus.

(47.) Omne quod mouetur loco infinito, impossibile est ut pertranseat locum tempore finito. substantia quae sustinet praedicamenta transit locum in quo mouetur tempore finito. ergo substantia quae sustinet praedicamenta impossibile est ut moueatur loco infinito. dehinc anteponam hanc et dicam: Substantia quae sustinet praedicamenta non mouetur loco infinito. et factor primus est locus infinitus. ergo substantia quae su-

1 eius *om.* *N* 2–3 Item . . . praedicamenta est patiens *om.* *C* 2 faciens] quae facit *N* 3 et] ergo *C* 4 patiens ergo factor primus non est *om.* *N* 5 substantiae *om.* *N* 7 aut (*ante* substantia) *om.* *N* aut accidens] aĩcñs *N* 8 aut] siue *N* 9 aut infinita *om.* *N* ut] quod *M* infinita *om.* *N* *ante* quia *add.* et *M* 11 ei *om.* *C* 12 substantia *C* uel infinitas] multiplicitas *A* 13 et *scripsi, non sed uel similia, cum sigla uocabulorum* et *et* quia *in codicibus (non tantum in Columbino) passim inter se commutentur*: quia *ACMN* fuerit] fuit *N* possibilis *N* 14 coniungi *A* 15 et *scripsi*: quia *ACMN* 16 est *om.* *N* omnis *M* 17 qui] quae *N* 20 sustinentem] quae sustinet *MN* 22 ut] quod *N* 24 ergo *om.* *C* 25 substantia quae sustinet praedicamenta *om.* *C* ut] quod ut *N* 26 apponam *N* 27 non mouetur] impossibile est quod moueatur *N*

stinet praedicamenta non mouetur in factore primo. — Item alio ordine. Substantia quae sustinet praedicamenta locum in quo mouetur pertransit tempore finito. et omne quod locum in quo mouetur pertransit tempore finito, locus in quo mouetur finitus est. ergo locus in quo mouetur substantia quae sustinet praedicamenta finitus est. et cum huic conclusioni adiunxerimus hanc dictionem, scilicet quod factor primus non est finitus, erit conclusio, quod locus in quo mouetur substantia praedicamentorum non est factor primus.

(48.) Substantia quae sustinet praedicamenta finita est. et substantia finita non potest moueri in substantia infinita. ergo substantia quae sustinet praedicamenta impossibile est ut moueatur in substantia infinita. huic conclusioni adiungam hanc: factor primus infinitus est. ergo substantia quae sustinet praedicamenta impossibile est ut moueatur in factore primo.

9. (49.) Quaecumque substantiarum simplicium coniungitur alii substantiae per se ipsam, finita est; scilicet ubi coniungitur apud illam. et omne quod finitur apud aliam rem, essentia eius finita est. ergo quaecumque substantiarum simplicium coniungitur alii substantiae, eius essentia finita est. praeponam autem hanc et dicam hoc modo: Quaecumque substantiarum simplicium coniungitur alii per se ipsam, eius essentia finita est. et essentia factoris primi infinita est. ergo essentia factoris primi non est iuncta alicui substantiae de substantiis simplicibus finitis. item praeponam hanc conclusionem, et addam hanc: essentia substantiae quae sustinet praedicamenta finita est.

---

2 ordine] modo *M* 3 tempore] in tempore *C* 3—4 et omne ... tempore finito *om.* *A* 3—4 quod cum mouetur pertransit locum *C* 6—7 hanc dictionem adiunxerimus *C* 8 praedicamentorum] quae sustinet praedicamenta *AM* 10 finita] infinita *N* 12 impossibile *om.* *N* 13—15 in substantia infinita ... moueatur *om.* *C* 13 Huic] ergo huic *N* adiungo *A* 14 *post* hanc *add.* scilicet *M* 15 impossibile *om.* *N* 17 scilicet] si *AC* ubi *om.* *AC* coniunguntur *CN*, iungitur *M* 18 aliam] illam *CN* 19 coniungunt *A* 20 aliae *A* substantiae] per se ipsam (*ex v.* 22) *N* eius essentia] est essentia *N*, *om.* *C* est *om.* *C* Proponam *CMN* 21 autem *om.* *M* *post* et *add.* essentia factoris primi *C* simplicium substantiarum *AN* 23 *post* infinita est *add.* proponam autem hanc *C* ergo] et *C* 24 coniuncta *C* 25 proponam *CMN* et addam hanc *om.* *C* 26 quae sustinet *om.* *N*

ergo essentia factoris primi non est iuncta substantiae quae sustinet praedicamenta. Si inter essentiam factoris primi et substantiam quae sustinet praedicamenta non esset medium, essentia primi factoris esset iuncta substantiae quae sustinet praedicamenta. sed essentia factoris primi non est iuncta substantiae quae sustinet praedicamenta. ergo inter essentiam factoris primi et substantiam quae sustinet praedicamenta est medium.

(50.) Quicquid est simplex uel compositum, et est finitum essentiâ, non coniungitur alii nisi extremitate sui. et quicquid coniungitur alii extremitate sui ipsum, similiter uersa uice aliud coniungitur sibi extremitate sui. ergo omne finitum essentiâ, quicquid coniungitur sibi, finitum est; et omne quod coniungitur ei finitum, quicquid sequitur ad illud, finitum est essentiâ. et substantia quae sustinet praedicamenta finita est essentiâ. ergo substantia quae sequitur finita essentiâ est.

(51.) Si substantia quae sustinet praedicamenta creata est non ueniens ex alio, non inuenietur aliquid aliud perfectius ea et fortius. sed inuenitur aliqua substantia perfectior hac et fortior. ergo haec substantia non est creata non ueniens ex alio. — Item alio ordine. Si aliqua substantia inuenitur perfectior quam substantia quae sustinet praedicamenta, tunc substantia quae sustinet praedicamenta procedit ex illa. omne quod procedit ex alio, posterius est uirtute a qua procedit; et omne quod posterius est aliqua uirtute, non est sic perfectum ut principium

---

1 coniuncta *C* 4 factoris primi *M* inncta esset *N*, esset coniuncta *C* 5 sed] et *A* 5—6 sed essentia ... sustinet praedicamenta *om.* *CN* 7 substantiae *N* 9 uel *om.* *N* 11 similiter ipsum *C* uersa uice similiter *M*, uersa uice *om.* *N* 11—12 sibi coniungitur *M*, coniungitur alii *N* 12 omne] esse *N* 13—14 *i. e.: et quicquid sequitur ad illud finitum, quod coniungitur ei (scil. primo finito), ipsum quoque finitum est essentia.* 14 *post* ei finitum *add.* est *A* sequitur *om.* *C* 15 essentia est *MN* 16 est essentia *C* 17 *ante* Si *add.* Substantia quae sustinet praedicamenta creata est non inuenies *(sic!)* ex aliquo *A* est *hic om.* *A* 18 ueniens] inueniens *A*, conueniens *N* *post* ueniens *add.* procedit *AC* inuenitur *N* aliquid] ad *M* aliud *om.* *A* 19 sed] si *N* et fortior hac *M* 20 haec] huiusmodi *C* creata *om.* *N* *post* ueniens *add.* procedit *AC* ex] et *N* alio] aliquo *C* 22—23 tunc substantia ... ex illa omne quod *om.* *N* 24 posterior *N* 25 uirtute non est *om.* *N*

uirtutis a qua processit. ergo omne quod procedit ex alio non est sic perfectum ut principium illius a quo processit. dehinc praeponam hanc et dicam: Omne quod procedit ex alio, non est sic perfectum ut principium illius a quo processit. et omne quod non est sic perfectum ut principium illius a quo processit, diminutum est. ergo omne quod procedit ex alio imperfectum est. item praeponam hanc, dicens: Omne quod procedit ex alio, imperfectum est. et omni imperfecto inuenitur aliquid perfectius. ergo omni quod procedit ex alio, inuenitur aliquid aliud perfectius eo. dehinc conuersam huius assumam hoc modo: Omne quo inuenitur aliud perfectius procedit ex alio. et huic adiungemus hanc: alia substantia inuenitur perfectior quam substantia quae sustinet praedicamenta. ergo substantia quae sustinet praedicamenta procedit ex alio. item ex hac: Substantia quae sustinet praedicamenta procedit ex alio. et omne quod procedit ex alio, eiusdem generis est cum illo a quo procedit. ergo substantia quae sustinet praedicamenta eiusdem generis est cum illo, a quo procedit. item ex hac: Substantia quae sustinet praedicamenta eiusdem generis est cum illo a quo procedit. et substantia quae sustinet praedicamenta substantia est. ergo et illud a quo procedit substantia est. ergo haec est substantia super substantiam quae sustinet praedicamenta, unde ipsa processit.

(52.) Substantia intelligentiae sustinet omnem formam. et omne quod sustinet omnem formam, necessarium est ut sit prius et subtilius quam id quod sustinet aliquas formarum. ergo substantia intelligentiae prior est et subtilior eo quod sustinet aliquas formarum. dehinc huic conclusioni addam hanc: sub-

---

2 dehinc] deinch (*sic!*) *M*, deinde *N* 3 praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* 4—5 et omne . . . a quo processit *post* 6 imperfectum est *transp.* *N* 7 proponam *CMN* aliquo *N* 9 aliquo *N* 9—10 eo perfectius aliquid aliud inuenitur *C* 10 dehinc] deinde *N* huius conuersam *A* 11 quo] quod *C* inuenit *M* aliud] aliquid *MN* alio] aliquo *AC* 12 quam *om.* *C* 16 illo] eo *N* 16—17 a quo procedit *om.* *C* 17—18 ergo substantia . . . a quo procedit *om.* *N* 19 quae sustinet] sustinens *N* 20 illa *A* 21 et ergo et *M*, et *om.* *C* est *om.* *M* 24 intellectiuae *C* 25 formam omnem *C* necesse *C* ut] quod *N* sit] si *N* 26 aliquam *M* formas *A* 27 intellectiuae *C* 28 aliquam *M* formas *A*, forma *N* addam] adiugam (*sic!*) *M*

stantia quae sustinet praedicamenta sustinet aliquas ex formis. ergo substantia intelligentiae prior est et subtilior substantia quae sustinet praedicamenta.

(53.) Substantia intelligentiae patiens est in non-tempore. et omne quod est patiens in non-tempore, prius est et subtilius eo quod est patiens in tempore. ergo substantia intelligentiae prior est et subtilior eo quod patitur in tempore. et huic conclusioni addam hanc: substantia quae sustinet praedicamenta patiens est in tempore. ergo substantia intelligentiae prior est et subtilior quam substantia quae sustinet praedicamenta. Si inueniretur substantia prior et subtilior quam substantia quae sustinet praedicamenta, non esset substantia quae sustinet praedicamenta patiens a primo factore sine medio. sed substantia intelligentiae est prior et subtilior quam substantia quae sustinet praedicamenta. ergo haec substantia quae sustinet praedicamenta non est patiens a primo factore sine medio. Et conuersam huius: Si substantia quae sustinet praedicamenta est patiens a primo factore sine medio, non erit aliqua substantia subtilior et prior ea. sed substantia intelligentiae est prior ea et subtilior ea. ergo ipsa non est patiens a primo factore sine medio.

10. (54.) Forma quae subsistit in substantia quae sustinet praedicamenta est in ea accidentaliter. et quicquid est in aliquo accidentaliter, est in suo agente essentialiter. ergo forma quae subsistit in substantia quae sustinet praedicamenta accidentaliter, est in suo agente essentialiter. dehinc praeponam hanc et dicam: Forma sustentata in substantia quae sustinet praedicamenta accidentaliter est in suo agente essentialiter. et quicquid est in suo agente essentialiter est proprium accidens suo

1 aliquam *N* ex *om.* *C* formas *C*, factoris *N* 2 intellectiuae *C* est *om.* *C* 4 intellectiuae *C* est *om.* *N* 5 prius *om.* *C* est *om.* *N* et *om.* *C* 6 intellectiuae *C* 7 huic] hui *M* 9 est (*post* patiens)] sed *N* intellectiuae *C* 9—10 intelligentiae ... quam substantia *om.* *N* 11 inuenietur *CM* 13 factore primo *C* 14 intellectiuae *C* prior et subtilior est *C* 15 haec *om.* *C* 16 conuertam *C*, conuersa *N* 17 quae sustinet *om.* *C* praedicamentorum *C* *ante* est *add.* non *CM* 18 factore primo *C* prior et subtilior *M* 19 intellectiuae *C* est] et *N* ea (*ante* et) *om.* *C* subtilior] superior *N* 20 non *om.* *C* a primo factore patiens *C* 25 agente *om.* *N*. essentialiter] substantialiter uel essentialiter *A* praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* 28—100,2 ergo forma ... suo agenti *om.* *C*

agenti. ergo forma sustentata in substantia quae sustinet praedicamenta, est proprium accidens suo agenti. dehinc praeponam hanc et addam aliam: accidens non est in essentia factoris primi. ergo forma sustentata in substantia quae sustinet praedicamenta non est in essentia factoris primi. dehinc praeponam hanc et dicam: forma sustentata in substantia quae sustinet praedicamenta in suo agente est essentialiter. ergo factor primus non est agens formae actione essentiali. igitur hic est alia substantia quae est agens huic formae actione essentiali, et haec forma habet esse in ea a factore primo per creationem.

(55.) Factor primus est principium rerum. et quicquid est principium rerum, oppositum habet ei extremum earum. ergo factor primus habet extremum quod est ei oppositum. dehinc praeponam hanc et addam: substantia quae sustinet praedicamenta est extrema rerum. ergo substantia quae sustinet praedicamenta est extrema, quae est primo factori opposita. dehinc praeponam hanc et addam: quicquid est postremum primo, medium est inter illa. ergo inter substantiam quae sustinet praedicamenta .et factorem primum medium est.

(56.) Quicquid coepit esse: antequam esset, possibile erat illud esse. et quicquid est possibile antequam sit, necessarium est postea quam erat possibile. ergo quicquid coepit esse, necessarium est postea quam erat possibile. postea praeponam hanc et dicam: Quicquid est possibile esse antequam esset, necessarium est postea quam erat possibile. et quicquid est necessarium postea quam erat possibile, iam mutatum est de possibilitate in necessitatem. ergo quicquid est possibile ut sit postea

---

2 praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* 3 aliam et hanc addam *AN* 5 praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* 6 hanc *om. C* 7 essentialiter est *M* 8 essentiali] substantiali *AC* igitur] ergo *A* hic] haec *N* 9 quae est] quaeque *N* 10 habet esse] est *A* 12 ei *om. MN* 13 appositum *C* 14 praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* addam] dicam *A* 15 substantia quae sustinet praedicamenta *om. AC* 17 praeponam *scripsi*: ponam *C*, proponam *AMN* 19 et factorem *om. N* 20 *ante* esset *add.* illud *N* illud *om. A* 22 possibile *om. C* 23 necessarium *scripsi*: necessario *ACMN* proponam *CMN* hanc *om. C* 24 necessario *M* 25 erat] esset erat *N* 25—26 et quicquid . . . erat possibile *om. C* 26 postea quam] postquam *M* 27 *post* necessitatem *add. A*: Vel aliter. Quicquid est postea quam fuerit possibile, *possibile* (*om. A*) erat antequam sit.

quam non fuerit, iam mutatum est de possibilitate ad necessitatem. Et quod habet haec conclusio in potentia extrahemus, et dicemus sic: Possibilitas essendi id quod non erat commutata est in necessitatem. et quicquid est mutatum in aliquid, eiusdem generis est cum re in quam mutatum est. ergo possibilitas eiusdem generis est cum necessitate. Dehinc ponemus hanc considerationem et dicemus: Substantia quae sustinet praedicamenta, inueniuntur partes eius in loco postquam non erant in eo; et inuenitur uestita aliquâ formâ postea quam non fuerat uestita ex illa. et quicquid est postea quam non erat, erat possibile. ergo substantia quae sustinet praedicamenta dicta est possibilis. item: Substantia quae sustinet praedicamenta dicta est possibilis. et omne quod descriptum est possibile, necessario est aliquid prius eo quod descriptum est necessitate, hoc est, quia necesse est ante quam possibile. ergo substantia quae sustinet praedicamenta descripta possibilis, necessario aliquid est prius ea, quod est descriptum necessitate. item assumam hanc: Substantia quae sustinet praedicamenta descripta possibilis, est necessario aliquid prius ea, quod est descriptum necessitate. possibile autem et necessarium eiusdem generis sunt, ut dictum est. ergo substantia quae sustinet praedicamenta eiusdem generis est cum substantia quae est prior ea. — Item alio ordine. Substantia necessaria prior est

---

et quicquid erat possibile antequam sit, est necessarium postquam erat [autem] possibile. ergo quicquid est *possibile ut sit* (*om. A*) postea quam non erat, est necessarium postea quam erat possibile. postea praeponam hanc et dicam: Quicquid est possibile ut sit postea quam non erat, necessarium fit postea quam erat possibile. *et quicquid necessarium fit postea quam erat possibile* (*om. A*), iam commutatum est de possibilitate ad necessarium. ut] non *C* 1 fuerit] *an* fuerat? ad] in *C* 2-3 et dicemus *om. N* 3 mutata *M*, translata *A* 4 mutatum est *N* aliquid] aliud *C* 5 cum re] certe *M* quam] qua *MN* possibilitas] pl'atas *N* 6 cum] in *C* 8 erant] erat *N* 9 eo] loco *A* uestita] nostra *C* *ante* postea quam *add.* et *C* 10—11 erat possibile] possibile erat possibile *M*, erat possibilis *N*, erat *om. A* 12 et 13 est possibilis] passibilis *C*, prius *M* 13 descriptum] dictum *AC*, descriptum tamen *N* 14 aliquid] aliud *N* prius] proprius *M* descriptum] dictum *A* 16 possibile *N* 17 est ea aliquid prius *C*, aliquid est ea prius *M* scriptum est *N* 18—20 item assumam . . . descriptum necessitate *om. CM* 19 descriptae *N* necessario aliquid est ea prius *N* 21 ut dictum est] *cf. v.* 5—6. 22 substantia] ea *C* 23 prior ea] priora *C*, prius ea *N*

possibili. et substantia quae sustinet praedicamenta est possibilis. ergo substantia necessaria prior est substantia quae sustinet praedicamenta. item: Substantia necessaria prior est substantia praedicamentorum. substantia necessaria eiusdem generis est cum substantia possibili. ergo substantia prior substantia praedicamentorum eiusdem generis est cum substantia possibili. et substantia quae sustinet praedicamenta est possibilis. ergo substantia quae est prior substantia praedicamentorum eiusdem generis est cum illa.

11. Iam proposuimus omne quod possibile fuit ut proponeremus de probationibus significantibus quod substantia quae sustinet praedicamenta non est mobilis a primo factore sine medio; et manifestum est hic esse aliam substantiam mediam inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta.

D. Certe bene ostensum est mihi ex probationibus quas proposuisti. sed uellem ut colligeres praedicta de hoc et poneres regulam generalem de inquisitione scientiae inueniendi substantiam mediam inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta.

M. Debes scire quod substantia media inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta non est una substantia sed multae. et inquirere scientiam de istis substantiis quae sunt mediae inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta possumus duobus modis. unus eorum est considerare proprietates factoris primi et proprietates substantiae quae sustinet praedicamenta; et secundum hunc modum fuit inquisitio probationum omnium quas adhuc praemisimus. secundus modus est inquirere inuentionem substantiarum mediarum inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta secundum

2 est prior *A* 5 est *om.* *N* 7 quae sustinet *om.* *C* praedicamentorum *C* 8 prior est *C* 10 *ante* Iam *add.* M. *ACM* Iam] Item *C* praeponeremus *AMN* 11 quod] quae *N* 15 bene] dum *C* ostensum] manifestum *C* 16 praeposuisti *AMN* colligeres] intelligeres *N* 17 scientiae *om.* *AM* 20 substantia *om.* *MN* media *om.* *M*, medium *N* 22 istis] his *C* 24 quae sustinet *om.* *MN* praedicamentorum *MN* modum *N* 25 est *om.* *N* 27—28 omnium probationum *N* 28 adhuc] ad hoc *N* promisimus *C* 29 inquirere] inquirere uel considerare *M*, considerare *N* 29-30 stantiarum ... primum et *om.* *N* 30 substantia *M* secundum] sed *N*

quam non fuerit, iam mutatum est de possibilitate ad necessitatem. Et quod habet haec conclusio in potentia extrahemus, et dicemus sic: Possibilitas essendi id quod non erat commutata est in necessitatem. et quicquid est mutatum in aliquid, eiusdem generis est cum re in quam mutatum est. ergo possibilitas eiusdem generis est cum necessitate. Dehinc ponemus hanc considerationem et dicemus: Substantia quae sustinet praedicamenta, inueniuntur partes eius in loco postquam non erant in eo; et inuenitur uestita aliquâ formâ postea quam non fuerat uestita ex illa. et quicquid est postea quam non erat, erat possibile. ergo substantia quae sustinet praedicamenta dicta est possibilis. item: Substantia quae sustinet praedicamenta dicta est possibilis. et omne quod descriptum est possibile, necessario est aliquid prius eo quod descriptum est necessitate, hoc est, quia necesse est ante quam possibile. ergo substantia quae sustinet praedicamenta descripta possibilis, necessario aliquid est prius ea, quod est descriptum necessitate. item assumam hanc: Substantia quae sustinet praedicamenta descripta possibilis, est necessario aliquid prius ea, quod est descriptum necessitate. possibile autem et necessarium eiusdem generis sunt, ut dictum est. ergo substantia quae sustinet praedicamenta eiusdem generis est cum substantia quae est prior ea. — Item alio ordine. Substantia necessaria prior est

---

et quicquid erat possibile antequam sit, est necessarium postquam erat [autem] possibile. ergo quicquid est *possibile ut sit* (*om. A*) postea quam non erat, est necessarium postea quam erat possibile. postea praeponam hanc et dicam: Quicquid est possibile ut sit postea quam non erat, necessarium fit postea quam erat possibile. *et quicquid necessarium fit postea quam erat possibile (om. A)*, iam commutatum est de possibilitate ad necessarium. ut] non *C* 1 fuerit] *an* fuerat? ad] in *C* 2-3 et dicemus *om. N* 3 mutata *M*, translata *A* 4 mutatum est *N* aliquid] aliud *C* 5 cum re] certe *M* quam] qua *MN* possibilitas] pl'atas *N* 6 cum] in *C* 8 erant] erat *N* 9 eo] loco *A* uestita] nostra *C* *ante* postea quam *add.* et *C* 10—11 erat possibile] possibile erat possibile *M*, erat possibilis *N*, erat *om. A* 12 et 13 est possibilis] passibilis *C*, prius *M* 13 descriptum] dictum *AC*, descriptum tamen *N* 14 aliquid] aliud *N* prius] proprius *M* descriptum] dictum *A* 16 possibile *N* 17 est ea aliquid prius *C*, aliquid est ea prius *M* scriptum est *N* 18—20 item assumam . . . descriptum necessitate *om. CM* 19 descriptae *N* necessario aliquid est ea prius *N* 21 ut dictum est] *cf. v.* 5—6. 22 substantia] ea *C* 23 prior ea] priora *C*, prius ea *N*

possibili. et substantia quae sustinet praedicamenta est possibilis. ergo substantia necessaria prior est substantia quae sustinet praedicamenta. item: Substantia necessaria prior est substantia praedicamentorum. substantia necessaria eiusdem generis est cum substantia possibili. ergo substantia prior substantia praedicamentorum eiusdem generis est cum substantia possibili. et substantia quae sustinet praedicamenta est possibilis. ergo substantia quae est prior substantia praedicamentorum eiusdem generis est cum illa.

11. Iam proposuimus omne quod possibile fuit ut proponeremus de probationibus significantibus quod substantia quae sustinet praedicamenta non est mobilis a primo factore sine medio; et manifestum est hic esse aliam substantiam mediam inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta.

D. Certe bene ostensum est mihi ex probationibus quas proposuisti. sed uellem ut colligeres praedicta de hoc et poneres regulam generalem de inquisitione scientiae inueniendi substantiam mediam inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta.

M. Debes scire quod substantia media inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta non est una substantia sed multae. et inquirere scientiam de istis substantiis quae sunt mediae inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta possumus duobus modis. unus eorum est considerare proprietates factoris primi et proprietates substantiae quae sustinet praedicamenta; et secundum hunc modum fuit inquisitio probationum omnium quas adhuc praemisimus. secundus modus est inquirere inuentionem substantiarum mediarum inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta secundum

---

2 est prior *A* 5 est *om.* *N* 7 quae sustinet *om.* *C* praedicamentorum *C* 8 prior est *C* 10 *ante* Iam *add.* M. *ACM* Iam] Item *C* praeponeremus *AMN* 11 quod] quae *N* 15 bene] dum *C* ostensum] manifestum *C* 16 praeposuisti *AMN* colligeres] intelligeres *N* 17 scientiae *om.* *AM* 20 substantia *om.* *MN* media *om.* *M*, medium *N* 22 istis] his *C* 24 quae sustinet *om.* *MN* praedicamentorum *MN* modum *N* 25 est *om.* *N* 27—28 omnium probationum *N* 28 adhuc] ad hoc *N* promisimus *C* 29 inquirere] inquirere uel considerare *M*, considerare *N* 29–30 substantiarum ... primum et *om.* *N* 30 substantia *M* secundum] sed *N*

opera istarum substantiarum et actiones earum et secundum processum uirtutum carum aliarum ex aliis. actiones autem earum dico et opera figurationes apparentes in substantia quae sustinet praedicamenta, quas patitur a substantiis simplicibus, et passiones quae sunt inuentae in singulis substantiis simplicibus, quas patiuntur aliae ab aliis. et differentia horum modorum haec est, quia prima earum duxit nos ad scientiam inueniendi substantiam mediam absolute inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta; secunda duxit nos ad sciendum quid est et qualis est et quare est substantia media.

D. Vellem esse firmus in certitudine probationum quas confecimus priore modo, antequam incipiamus elicere probationes secundi modi. et interrogo ut soluas dubitationem quam habeo in hoc modo, scilicet quia scio quod omnes termini propositionum quae positae sunt in probationibus sunt definiti, quia necesse est ut aut sint genera aut species aut differentiae aut indiuidua aut propria aut accidentia, et scio etiam quod nihil horum cadit in factorem primum. quomodo ergo potest esse certitudo probationum quas induxisti?

M. Postquam nostra intentio de definitione terminorum propositionum quae propositae sunt in probationibus non fuit nisi ut sciremus illos, et scientiam de factore primo secundum suas proprietates iam habuimus secundum aliquem modorum, quamuis non est definitus: ergo non fuit nobis opus, postquam sciuimus aliquid de ipso, ad tractandum de definitione terminorum propositionum quae positae sunt in probationibus de ipso. sed definitiones quae sunt praedictae de terminis positis in ipsis

2 uirtutis *C*, *om.* *N* 3 autem *om.* *M* dico eorum (*sic!*) *C* figurationes] *sic etiam M*, *non* significationes, *quod ex Masurineo refert Guttmann, Die Philosophie des Salomon ibn Gabirol (Avicebron), p. 115 not. 1* 6 differentias *M* 10 secunda] ita *A* quid] quod *M* est (*post* qualis) *om.* *M* quare] qualiter *AM* 13 confecimus] cum fecimus *M* elicere] dicere *A* 14 interroga *MN* 15 scilicet *om.* *C* termini *om.* *A* 17 ut aut] aut aut *N* 18 et *om.* *N* quod] quia *CM* 20 esse *om.* *M* 21 propositionum] probationum *C* 22 quae] qua *N* praepositae sunt *AN*, sunt positae *C* nisi *om.* *C* 23 suas] duas *N* 25 nobis *om.* *C* *ante* sciuimus *add.* nos *C* 26 aliquid *om.* *M* 27 in] etiam *A* 28 diffinitione *N* praedictae sunt *A*, sunt praedicatae *C*

probationibus aut sunt de proprietatibus essentiae ipsius, aut ex operibus quae dicuntur de ipso, aut ex proprietatibus eorum quae sunt infra ipsum, quae non dicuntur de ipso. Quando descripserimus eum aliquibus proprietatibus quae dicuntur de ipso, quod componitur ex his erit propositio affirmatiua. et quando remouerimus ab eo aliquam proprietatum quae non dicuntur de ipso, quod conficitur inde, erit propositio negatiua, et erit positio eius certa in probationibus. et si ambae propositiones positae in syllogismis fuerint theologicae, erit ligatio unius cum alia in affirmando et negando, qualis ligatio est singulorum duorum terminorum in singulis earum in affirmatione et negatione. et si una propositio fuerit theologica et alia non, erit ligatio earum in negando, sicut ligatio duorum terminorum propositionis theologicae in negando — negando autem dico, scilicet remouere proprietatem non diuinam a deo benedicto —; et non erit possibile ut ligentur in affirmatione, quia impossibile est deum describi proprietate non theologica.

12. D. Quod datur intelligi ex uerbis tuis, hoc est quod propositiones sunt duorum modorum, quia alia est diuina, alia non diuina. sed dubito an probatio diuina sit probatio, cum non sit in ea genus nec species nec ullum de nominibus logicis.

M. Cum certa fuerit tibi ligatio terminorum in propositione theologica, quamuis non fiat secundum hoc quod ligantur termini in propositione non diuina, tamen unaquaeque propositionum est similis alii in ordinatione et compositione, id est positione terminorum considerata secundum regulas figurarum logicarum. et ideo non est inconueniens, immo necesse erit, ut uocetur probatio, quia probatio non diuina non est nisi coniunctio propo-

---

1 probationibus] propositionibus *M* aut (*post* probationibus *et post* ipsius)] an *M* ex] de *A*, *om.* *C* 2 aut (*post* ipso)] ante *N* 3 infra] ita *M* non *om.* *N* 5 quod] quia *M* 6 aliquam] quam *N* proprietatem *AC* 7 inde] et non *C* 8 positio] propositio *N* certa] circa *N* 10—11 duorum terminorum singulorum *M* eorum *C* 12 propositionum *A* theoloyca *C* 14 theoloycae *C* *ante* in *add.* et *C* autem *om.* *C* remouere] mouere *N* 16 ligetur *M* in] inde *C* 18 propositiones] probationes *A* 19 sint *C* 20 sed] sit *C* diuina sit probatio *om.* *N* 22 tibi fuerit *C* 23 termini *om.* *C* 24 tamen] tunc *C* 25 alii] alteri *A* ordinatione] ordine *A* compositionem *C* 27 est] oportet *N* 28 non diuina probatio non est *M*

sitionum uerarum et ordinatio earum secundum regulas figurarum logicarum, et probatio diuina similiter etiam. Et etiam, quia probationes positae in probatione diuina sunt aut primae, aut secundae. si fuerint primae, tunc ipsae et primae quae ponuntur in probatione non diuina erunt aequales. si fuerint secundae, non potest esse quin et ipsae fuerint inde assumptae unde fuerunt eductae propositiones secundae positae in probatione non diuina; et cum ita fuerit, ipsae et secundae erunt aequales. ergo probatio diuina et probatio non diuina in certitudine probationum erunt sibi aequales. et cum haec ita sint, non est inconueniens, immo necesse est, ut probatio diuina uocetur probatio.

D. Cur dixit, qui hoc dixit, quod in scientia diuina non est probatio?

M. Dictor huius si dicere uoluit quod scientiae diuinae non est probatio ullo modo, falsum dixit; si dicere uoluit quod in scientia diuina non utuntur probatione non diuina, quae est composita ex nominibus logicis, uerum dixit, et non contradico.

13. D. Iam manifesta est mihi inuentio medii inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta secundum modum considerandi proprietates factoris primi et proprietates substantiae quae sustinet praedicamenta. et manifestum est mihi ex probationibus quas secundum hunc modum induxisti; et ex illis soluta est dubitatio quam habebam, et constat iam apud me quod uerae sunt. manifesta autem nunc inuentionem sub-

---

3 probationes] propositiones *N* propositae *C* diuina *om. M* 5 proponuntur *N* in probatione] in propositione in probatione *N* 7 fuerunt] fuerint *A* *ante* propositiones *add.* unde *C* 9 diuina et probatio *om. N*, probatio (*post* et) *om. A* in] et in *M*, etiam *N* 10 probationum] probationum et propositionum *C*, et propositione probationem *M*, propositionum et probationum *N* haec *om. C* 11 inconueniens] conueniens *N* diuina *om. C* 13 qui hoc dixit *om. N* 14 est *om. C* 15 Dictor] Dixio *M*, dicetor *N* huius scientiae huius si *N* quod in scientia diuina *N* 16 ulla] in illo *C*, in ullo *N* si] sed *A* 17 utimur *N* quae est] quaeque *N* 18 dicit *MN* 19 manifestum *AN* 20 *ante* praedicamenta *add.* nouem *C* 21 proprietates (*ante* factoris)] proprietate *N* proprietates (*post* et)] proprietate *N*, *om. C* substantia *C* 23 indixisti *A* ex illis] inde *A* solita *C* 24 *post* dubitatio *add* mea *N* quod] quia *CM* 25 intentionem *N*

stantiae mediae inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta secundum opera et actiones et secundum processum.

M. Concedis actiones rerum aliarum in aliis concessione necessaria aut non?

D. Quomodo non concedam istud, cum euidentia rei et consideratio manifestent illas esse? sed nescio quid est haec actio, uel quomodo est, uel quare est.

M. Quid sit esse huius actionis, hoc est, rem dare formam suam alii rei ab ipsa, quando unaquaeque earum coaptatur ad hoc. — Quomodo autem est, quia aut est secundum coniunctionem sine medio, aut secundum coniunctionem cum medio; aut est cum commutatione formae agentis et diminutione, aut e contrario, scilicet sine aliqua diminutione qualitatis agentis; aut cum impressione uirtutis agentis in rem patientem sine tempore, aut erit secundum opinionem uel existimationem, sicut actio rei amatae in amantem. — Sed quare est haec actio rerum aliarum in aliis, haec fit causâ altissimâ uniuersali, scilicet quia uirtus quae facit omnia et mouet omnia per se, facit, quamdiu inuenerit receptibile actionis suae. unde necesse est ut forma uniuersalis facta ab hac uirtute sit etiam agens per se. ergo erit factor et actor. similiter etiam est necesse ut materia uniuersalis prima sit receptibilis actionis per se. proprium est autem uniuersalium ut naturae eorum sint inuentae in suis partibus. et cum hoc fuerit ut partes accipiant naturam ab essentia eorum, etiam partes dant sibi ipsis. inde necesse est ut hoc accipiant a suis uniuersalibus. et erit necesse ex hoc ut omnes formae sint agentes et omnes materiae sint patientes.

---

4 in] cum *M* concessione] concessisse *C* 6 concedam *N* 7 illas] illius *A* 8 uel (*ante* quomodo)] aut *C* uel (*ante* quare)] aut *C*, haec *M* 10 quando] quoniam *C* adaptatur *N* 11 est autem *A*, est *om.* *N* aut] autem *N* 13 mutatione *M* 14 scilicet *om.* *N* qualitatum *MN* 16 aut] autem *N* 18 hoc *M*, hoc *ex* haec *A* causa] cum *A* causa altissima] *sic etiam M*, *non* causa alterius in materia *(Guttmann l. c. p. 271,1)* 19 et *om.* *M* commouet *M* 21 uniuersalis facta *om.* *M* ab] ex *N* *post* per se *add.* uniuersalis *A* 22 actor] auctor *M* necesse est *M* 23 sit *om.* *M* *ante* proprium *add.* et *A* 24 autem] aut *AM* 25 hoc *om.* *N* naturam] materiam *AMN* 26 eorum] *scil.* *uniuersalium* 27 a suis] alius *M* 28 sint (*post* materiae) *om.* *C*

Argumentatio autem de forma erit hoc modo: Forma uniuersalis agens est necessario. et omne uniuersale agens necessario, partes eius sunt agentes necessario. ergo partes formae uniuersalis sunt agentes necessario. Argumentatio autem de materia hoc modo: Materia uniuersalis receptibilis est actionis formae. omne uniuersale quod est receptibile actionis formae, omnes partes eius receptibiles sunt actionis formae. ergo omnes partes materiae uniuersalis receptibiles sunt actionis formae.

D. Forma uniuersalis cur dicitur agens necessario?

M. Quia factor primus excelsus et sanctus largus est ex eo quod habet apud se, scilicet quia omne quod est ab eo effluens est. et quia factor primus largitor est formae quae est apud se, idcirco non est prohibens quin effluat; et hinc fons est coercens omne quod est, ambiens et comprehendens. unde necesse est ut quaecumque substantiae sunt, sint oboedientes actioni eius et sequentes eum in dando suas formas et largiendo suas uires, quamdiu inuenerint materiam paratam ad recipiendum hoc. fluxus autem substantiarum intelligitur motus et desiderium earum circa dandi actionem, in quo imitantur factorem primum. sed sunt diuersae in hoc secundum perfectionem earum et imperfectionem,

---

1 Forma] Foram *N* 2 est *om.* *N*, *post* est *add.* hoc *AM* 2—3 et omne . . . agentes necessario *om.* *N* 2 necessario (*post* agens) *om.* *M* *post* agens necessario *add.* est *A* 5 autem *om.* *A* *post* de materia *add.* est *N* uniuersalis] utilis *C* 6 omnis *N*, *om.* *M* uniuersalis *M* 7 actionis formae *om.* *C* sunt receptibiles *M* 8 materiae *om.* *N* 10 necessaria (*sic!*) agens *M* 11 M. *om.* *N* 12 apud] ex *C* quia] quod quia *N* ab eo] ex eo *N*, ab eo id est dans *C*, eo *om.* *A* affluens *A* 13 factor] fons *AMN* *ante* primus *add.* esse *AM*, *add.* est *N* 14 hinc] hic *ACN* cohercens *A*, coherciones *M*, choercens *N* 15 ambiens] abiens *M* *post* necesse *add.* omne *C* 16 sunt, sint] sint sint *N* 18 inueniunt *C* materiam] naturam *C* paratam] apertam *M* hoc] hic *A* 19 circa *om.* *N* 20 dandi *om.* *M* , in quo imitantur factorem primum] *ita A; C post haec uerba aliam interpretationem addit:* uel: qui (*leg.* quod) est eas imitari actionem, quae est imitatio earum ad factorem primum; *M omissa priore interpretatione* (in quo imitantur factorem primum) *praebet partem alterius tantum*: quae est immutatio (*leg.* imitatio) earum ad factorem primum; *N cum C conueniens scribit:* in quo imitantur formae primae (*leg.* factorem primum) uel: quod est in (in *delendum*) eas mutari (*leg.* imitari) circa actionem, quae est mutatio (*leg.* imitatio) earum ad factorem primum 21 imperfectionem quia earum *om.* *M*

quia earum aliae fluunt in non-tempore, aliae fluunt in tempore; et proportio quarumlibet altiorum substantiarum ad inferiores in dando fluxum talis est qualis proportio primi factoris ad altiores substantias et inferiores ad influendum super illas, quamuis fluxus earum in unoquoque modo est diuersus. similiter etiam comparatio altiorum substantiarum ad factorem primum in recipiendo ab ipso talis est qualis inferiorum ad altiores in recipiendo ab ipsis. et omnino prima influxio, quae est complectens omnes substantias, ipsa fecit necesse ut aliae substantiarum influerent aliis. et in hoc accipe exemplum a sole qui se non fecit effluentem *per se,* necdantem radios suos nisi propter hanc causam quod cadit sub prima influxione et oboedit illi.

14. Et cum considerauerimus causam quae fecit necesse ut aliae ex substantiis influerent aliis, inueniemus huius rei alias causas praeter has. Quarum alia est, quia forma subtilior est quam materia. et quia subtile penetrans est et pertransiens per id quod est sibi obstans et oppositum, ideo necesse est ut forma penetret et pertranseat per omne quod obstat sibi et est oppositum. Et etiam, quia de natura formae est ut uniatur materiae, cum parata fuerit materia recipere eam. et omne quod unitur alii quod paratum est ad recipiendum illud, attribuit se illi et formam suam. unde necesse est ut forma attribuat se illi et formam suam quod paratum est ad recipiendum illam. et hoc est euidentius signum quod forma processit a factore primo et est obtemperans illi, eo quod compellitur in natura sua ad dandum se et ad conferendum formam suam, cum inuenerit

p. 108, 8—12; 15—19 = Falaqera III, §. 12.

1 quia . . . in tempore *om.* C in non-tempore aliae fluunt *om.* N 2 altiarum *AM* ad dandum *C* 4 et inferiores] *fortasse delendum* 5 modo *om.* N *post* similiter *add.* est *A* etiam] et *C* altiarum *M* 7 *post* qualis *add.* est *M* inferior *CN* 9 ipsam *N* influxerint *N* 10 hac *N* per se *addidi ex Falaqera, qui praebet* בעצמה כלומר בלא אמצעי, *hoc est:* per se, id est sine medio, *ubi uerbis* id est sine medio *glossema contineri puto* 11 propter] per *M* 12 influctione *C* 13 cum] si *C* consideremus *C* 14 aliis] alii *N*, inueniemus] inuenimus *N* alias *om.* N 15 quarum] causarum *A* *post* est *add.* subtilior *A* 16 est *post* pertransiens *transp.* C 17 *ante* ideo *add.* et *C* 18 pertransiet *C* 20 recipere] suscipere *C* 21 ad recipiendum] recipere *N* 22 suam *om* N 24 processit] aduenit *A*, processit et uenit *C* a primo factore primo *N* 26 ad (*ante* conferendum) *om.* A inuenit *AC*, inuenitur *M*

materiam receptibilem sui. Et etiam, quia erat factura prima, et actio similiter, fuit necesse ut haec factura et haec actio esset penetrans per omne usque ad defectum receptibilis sui.

D. Iam manifestum est mihi quid est actio et quomodo est et quare est. manifesta etiam mihi nunc **quot sunt res patientes.**

M. Postquam res agens aut est materia, aut forma, non potest esse quin eius actio aut sit sibi et formae similis, aut *formae* tantum; et non potest esse quin forma aut sit uirtus, aut forma corporalis, aut motus. et quia hoc sic est, scias quia patiens aut est **essentia formata**, aut **uirtus**, aut **forma corporalis**, aut **motus**.

D. Manifestum est mihi iam ex eo quod praecessit quia omne quod est formam habens, agens est sibi et suae speciei, cum inuenerit materiam receptibilem sui.

15. M. Si hic sunt **substantiae simplices** praeter substantiam quae sustinet praedicamenta, **nonne opus est ut sint agentes sibi ipsis et suis formis?**

D. Sic est, quia postquam cognitum est quod omnia quae sunt conferunt uires et lumina, opus est etiam ut substantiae simplices faciant hoc.

M. Immo etiam necesse est ut istarum substantiarum magis se conferant essentiae et formae quam ceterarum substantiarum, propter fortitudinem earum et subtilitatem et lumen earum. inuenimus enim quod substantia quo fuerit subtilior, fortior et luminosior, erit eius actio fortior, et opus eius penetrabilius in aliud in non-tempore.

D. Quid est signum huius?

M. Effluxio est ex impulsu; impulsus autem ex ui. signum

---

1 quia] quod *N* 2 haec (*ante* factura)] hoc *N* 3 defectum receptibilis] effectum receptibilem *AM* 4 manifestum est] manifestasti *MN* 5 nunc *om.* *A* quot] quod *C* materia] *an* materia formam habens *vel similis?* 8 sit *om.* *N* formae *scripsi:* sibi *ACMN* 9 sit] si *N* 10 scies *A* quia] quod *N* 13 iam mihi *A*, iam *om.* *MN* quod praecessit] *cf. p. 108,25—109,1* quia] quod *CN* 14 habens] agens *C* 15 inuenit *M* materia *N* 16 simplices substantiae *A* 19 omnia *om.* *N* 21 *post* simplices *add.* etiam *N* 24 earum] illorum (*sic!*) *C* 25 enim] est *N* substantia] supra *A* subtilior fuerit *A* *ante* fortior *add.* et *M* 28 Quod *AMN* 29 M. *om.* *C* impulsu *om.* *N* uii *A*

autem quod uis et subtilitas faciunt influxum est hoc, quod quantitas et figura non imprimunt suum simile in obstans, cum potens fuerit recipere; et hoc non est nisi propter debilitatem quantitatis et grossitudinem eius ad penetrandum. similiter dicendum est de accidente, quia quo fuerit fortius, subtilius et luminosius, erit penetrabilius. conficiemus ergo ex his sex probationibus hoc, scilicet quod substantiae simplices necesse est ut dent se ipsas et conferant suas formas. Et etiam hoc, quod uires et radii qui effluunt de corpore sunt spirituales, signum est quoniam effluere debent etiam substantiae spirituales. Et etiam quia, cum nos inuenerimus substantiam corpoream prohibitam ad conferendum se propter crassitudinem quantitatis et tenebrositatem eius, [et] tamen quantitas confert umbram suam corporibus quae opposita sunt, adeo quod, cum inuenerit corpus lucidum, dat ei formam suam: quanto magis necessarium est secundum hanc considerationem ut substantia spiritualis, quae immunis est a quantitate, sit effluens suam essentiam et uirtutem et lumen suum.

D. Quam bene probasti actionem substantiarum simplicium et penetrabilitatem earum.

M. Quanto fuerint subtiliores et fortiores et meliores, tanto sunt magis aptae ad agendum et conferendum se et sua. quod patet ex prohibitione penetrabilitatis substantiarum corporearum, quia cum consideraueris alteram illarum ex altera, una est te-

p. 110,11 - 16 = Falaqera III, §. 13.

1 quod uis] quamuis *C* influxum] impulsum *C*, fluxum *N* hoc est *M*, est haec *N* 2 non *om.* *CMN* simile] substantia *N* 3 non est hoc *MN*, non *om.* *C* 5 est *om.* *AMN* fuerit *N* et subtilius *CM*, subilius *N* 6 penetrabilis *N* 7 probationibus] propositionibus *C* 9 *post* etiam *add.* quia *ACM* qui] quae *A* 10 spirituales] speciales *C* est *om.* *M* etiam] et *A*, *om.* *M* 11 cum *om.* *M* inuenimus *AMN* 12 corporalem *N* 13 et *deleui* conferet *N* 14 suum *C* opposita] composita *C* 15 *post* lucidum *add.* ut speculum *A*, *quae uerba etiam a Falaqera absunt* 16 necessarie *M* 17 est immunis *A*, in minus sit *C*, immunisque *N* a *om.* *C* sit *hic om.* *C* confluens *CMN* 20 earum] eam *N* 21 M. *om.* *MN* et fortiores *om.* *C* 21—23 et fortiores . . . quod patet *om* *N*, tanto sunt . . . quod patet *om.* *CM* 24 illarum] alterarum *N*

stificatio alterius et signum. cum enim posueris quod substantia corporea prohibita est a conferendo se ipsam propter crassitudinem suam et tenebrositatem, et quod quanto remotior fuerit a crassitudine et tenebrositate, propinquior erit ad conferendum se: necesse facies ex hoc ut substantiae simplices sint conferentes se ipsas et suas uires et formas. quia enim quantitas retinet substantiam a conferendo se, idcirco nihil est quod prohibeat substantias spirituales quin dent suas formas et attribuant suas uires. et cum posueris quod substantiae simplices conferunt se ipsas et suas formas, necesse facies per hoc quod substantiae corporeae prohibitae sunt a conferendo se et suas formas. et cum attenderis quod essentia substantiae simplicis non habet finem, et attenderis uim eius, et cogitaueris penetrabilitatem eius in rem contrapositam quae parata est recipere eam, et comparaueris inter eam et substantiam corpoream: inuenies substantiam corpoream non potentem esse ubique et debilem ad penetrandum res; et inuenies substantiam simplicem, hoc est substantiam animae uniuersalis, diffusam per totum mundum et sustinentem illum in se ipsa propter subtilitatem et simplicitatem suam; et sic inuenies substantiam intelligentiae uniuersalis diffusam per totum mundum et penetrantem illum. causa autem huius est subtilitas substantiarum ambarum et uis et lumen earum; et propter hoc fuit substantia intelligentiae infusa et penetrans interiora rerum. quanto magis ergo secundum hanc considerationem debet esse uirtus dei sancti penetrans omnia, existens in omnibus, agens in omnibus sine tempore.

---

p. 111,19—26 = Falaqera III. §. 14.

---

1 *post* signum *add.* M. *N* posuerit *N* 2 ad conferendum *C*, ab conferendo *M*, ad conferendo *N* crassitatem *A* 3 quod *om.* *C* 3—4 et quod ... tenebrositate *om.* *N* 4 ad *om.* *N* 6 *ante* formas *add.* suas *C* quantitates *C* 7 nihil] nil *MN* 8 quia dent suas *om.* *N* 8—10 et ... formas *om* *C* 8 attribuant] attrahant *N* 9 posuerit *N* conferant *N* 11 corporeae] corpore *N* 14 contrapositam] compositam *A* est] erit *N* 15—16 inuenies substantiam corpoream *om.* *C* 16 et *om.* *M* 18 substantiam animae] scientiam animae *C* uniuersalem *N* 19 sustinentem] subsistentem *N* ipsam *MN* 20 intellectiuae *C* 21 diffusam] diuersam *N* 23 eorum *N* intellectiuae *C* 24 ergo *om.* *C*

16. D. Iam manifestum est mihi quod omnis substantia simplex confert se ipsam et dat suam formam. sed quid sequitur ex hoc?

M. Sequitur ex hoc quod substantiae simplices sint conferentes se et dantes suas formas substantiae quae sustinet praedicamenta, hoc est, quia unaquaeque substantia spiritualis est agens per se, ut diximus, quod conuenit ei agere in rem contrapositam, et hoc propter effluxionem sui qua superat omnes substantias, quando inuenerit subiectum receptibile suae actionis. et propter hoc necesse est ut substantia simplex quae sequitur post compositam sit agens in substantia composita, quod agere debet. et quia haec substantia est corpus sensibile compositum, necesse fuit ex hoc ut actio substantiae spiritualis in eo sit etiam sensibilis; nisi quia haec actio non est corporalis absolute nec spiritualis absolute, sed est media inter utrumque extremorum, sicut uegetabilitas et sensibilitas et motus et colores et figurae, quae acta sunt in substantiis compositis a substantiis simplicibus. hae enim actiones absolute non sunt corporales nec spirituales absolute, quia comprehenduntur sensibus. ergo secundum hanc dictionem debent esse omnes formae sensibiles in substantia corporali ex actione substantiae intelligibilis spiritualis. et non sunt hae formae sensibiles, nisi quia materia quae recipit illas est proxima corporeitati in natura sua; et hae formae sensibiles sunt in substantia *spirituali* intelligibili simplicius quam in materia. — Exemplum autem fluxus uel deductionis formae a substantia simplici spirituali et actionis suae in materia corporali est sicut lumen solis, quod est infusum aëri

p. 112,12—114,6 = Falaqera III, §. 15.

2 ipsam *om.* *ACM* sed *om.* *N* 3 ex *om.* *N* 4 quod *om.* *N* 5 suas *om.* *C* 7 quod] et *N* conuenit] contra *A*, conueniens *N* contrapositam] oppositam *N* 8 *ante* propter *add.* est *M* qua] quae *C* 10 propter] per *AMN* 11 quod] quid *C* 12 compositum *om.* *C* 13 etiam *om.* *C* 15 medium *C* 17 acta] actu *C* compositis a substantiis *om.* *M* 18 absolute nec sunt corporales nec spirituales *C*, nec sunt spirituales absolute nec corporales *M*, nec sunt corporales absolute nec spirituales *N* 19 comprehendunt *M* 21 intelligibilis] intellectus *C* 23 recepit *N* corporeitate *C* 24 spirituali *addidi ex Falaqera:* בעצם הרוחני המושכל; *cf. supra v. 21* 25 autem] ante *N* uel deductionis] et defluxionis *C*

penetrans illum et nondum tamen apparet *propter subtilitatem*, donec inueniat corpus solidum, ut terram; et tunc apparet lumen sensibiliter, eo quod non potuit penetrare partes eius nec diffundi per illas, sed stetit in superficie corporis, et adunata est eius essentia; et tunc magis emicuit eius irradiatio. secundum autem hoc exemplum lumina substantiarum simplicium penetrant et fluunt alia ad alia ab aliis; sed non apparet sensui propter subtilitatem et simplicitatem istarum substantiarum; cum autem penetratio luminum pertingit usque ad materiam corporalem, tunc apparet lumen et manifestatur sensui propter crassitudinem materiae corporalis Secundum autem hunc ordinem erigemus nos ad sciendum quod omnis forma quae sustinetur in materia uniuersali habet esse in essentia uirtutis dantis illam, hoc est uoluntatis, esse quidem simpliciori quam in materia prima quae recipit illam. et quia materia prima in natura sua diuersa est ab essentia uoluntatis, et est similis corpori in comparatione uoluntatis, necesse est ut actio eius in materia sit manifesta, sicut actio substantiarum intelligibilium in corporo *est* manifesta. necesse est etiam ut uoluntas educat quod habet in essentia sua et det *materiae, sicut substantiae intelligibiles educunt quod habent in essentia sua et dant* corporibus; excepto hoc quod uoluntas agit sine tempore, sine motu, *sine instrumento,* sine loco, substantiae uero intelligibiles e contrario. et ideo substantiae simplices et omnino omnes substantiae agentes quicquid faciunt, faciunt secundum actionem primam quae totum mouet et penetrat totum. et secundum hunc modum sciemus diffusionem

1 propter subtilitatem] *cf. Falaquera:* לדקיקותו; *om. ACMN; sed addendum erat ut quadrarent quae v. 7—8 dicta sunt* 2—3 lumen sensibiliter apparet *MN* 3 diffudi *M* 4 stetit] stat *C* 5—6 hoc autem *N* 7 ad alia *om. C* appare *N* 9 contingit *C* materiam] naturam *C* 10 sensum *N* 13 essentiam *A* hoc] haec *N* 14 esse] et esse *MN* simplicius *C*; *sed esse est casus sextus* prima *om. C* 16 est *om. A* et est . . . uoluntatis *om. C* 18 est *scripsi*: sit *ACMN* 20 materiae . . . et dant *addidi ex Falaquera, apud quem sic legitur:* ונותן אותו ליסוד כמו שהיו העצמים המושכלים מוציאים למה שבעצמם ונותנים אותו לגופים 21 hoc *om. C* 22 agat *N* sine instrumento *addidi ex Falaquera* ובלא כלי 23 uero] aliae *C* *ante* e contrario *add.* et *C* contrario] conuerso *C* 24 omnino *om. C* 26 *post* sciemus *add.* proprie *M* diffusionem] diffinitionem *AM*

uirtutis primae et actionis primae in omnibus quae sunt, quia uires substantiarum simplicium et omnino uires omnium eorum quae sunt infusae sunt et penetrantes per totum: quanto magis uirtus factoris primi, excelsum nomen eius. et ideo dictum est quod factor primus est in omnibus quae sunt et nihil sine eo esse potest.

17. D. Videtur multum necessarium ad probandum et ad manifestandum probationibus necessariis uniuersalibus, quod formae quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta sunt patientes a substantiis simplicibus et aduenientes ex eis.

M. Bene interrogasti de eo quod opus nimis est. ecce probationes demonstrantes quod formae quae sustinentur in substantia corporali patientes sunt a substantiis simplicibus et spiritualibus et adueniunt ex eis.

(1.) Omnis substantiae simplicis, actio eius simplex. et actiones quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta simplices sunt. ergo actiones quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta patientes sunt a substantia simplici.

(2.) Vires formae motus, quae inueniuntur in substantia corporali, simpliciores et subtiliores sunt substantia corporali. et omne quod est simplicius et subtilius substantia corporali accedit ad fines substantiae simplicis. ergo uires et formae et motus, quae sunt in substantia corporali, accedunt ad fines substantiae simplicis. dehinc addam hanc huic: omne quod est intra naturam substantiae simplicis, non potest esse quin sit aut de essentia substantiae simplicis, aut aliquod ex suis acciden-

1 *ante* uirtutis *add.* substantiae *N* quia *om.* *C* 2 omnino] ideo *C* eorum] earum *C* 3 infusae sunt *om.* *N* 4 factoris] rectoris *C* 5 quae sunt *om.* *A* 7 D. *om.* *C* Videtur *om.* *MN* multum *om.* *C* *post* necessarium *add.* est *MN* ad (*ante* manifestandum) *om.* *AM* 8 quod] quia *AC* 9 quae (*ante* subsistunt) *om.* *N* 10 et *om.* *M* 11 nimis opus *M*, opus unus *N* 12 quod] et *CN* 14 simplicibus et *om.* *MN*, et *om.* *C* 16 subsistunt] sunt *AC* quae sustinet] sustinente *C* 20 quae] qui *MN* 21 sunt et subtiliores *M* 22 subtilius et simplicius *M*, subtilius *om.* *N* 23 *ante* uires *add.* et *A* 24 quae] qui *MN* fines *om.* *N* (*sed a manu recenti adscriptum est*) 25 dehinc] deinde *N* hanc *om.* *N* 26 naturam] materiam *AMN* 27 aut (*post* sit)] an *M*, *om.* *C*

penetrans illum et nondum tamen apparet *propter subtilitatem*, donec inueniat corpus solidum, ut terram; et tunc apparet lumen sensibiliter, eo quod non potuit penetrare partes eius nec diffundi per illas, sed stetit in superficie corporis, et adunata est eius essentia; et tunc magis emicuit eius irradiatio. secundum autem hoc exemplum lumina substantiarum simplicium penetrant et fluunt alia ad alia ab aliis; sed non apparet sensui propter subtilitatem et simplicitatem istarum substantiarum; cum autem penetratio luminum pertingit usque ad materiam corporalem, tunc apparet lumen et manifestatur sensui propter crassitudinem materiae corporalis Secundum autem hunc ordinem erigemus nos ad sciendum quod omnis forma quae sustinetur in materia uniuersali habet esse in essentia uirtutis dantis illam, hoc est uoluntatis, esse quidem simpliciori quam in materia prima quae recipit illam. et quia materia prima in natura sua diuersa est ab essentia uoluntatis, et est similis corpori in comparatione uoluntatis, necesse est ut actio eius in materia sit manifesta, sicut actio substantiarum intelligibilium in corpore *est* manifesta. necesse est etiam ut uoluntas educat quod habet in essentia sua et det *materiae, sicut substantiae intelligibiles educunt quod habent in essentia sua et dant* corporibus; excepto hoc quod uoluntas agit sine tempore, sine motu, *sine instrumento*, sine loco, substantiae uero intelligibiles e contrario. et ideo substantiae simplices et omnino omnes substantiae agentes quicquid faciunt, faciunt secundum actionem primam quae totum mouet et penetrat totum. et secundum hunc modum sciemus diffusionem

---

1 propter subtilitatem] *cf. Falagera:* לרקיקותו; *om. ACMN; sed addendum erat ut quadrarent quae v. 7—8 dicta sunt* 2—3 lumen sensibiliter apparet *MN* 3 diffudi *M* 4 stetit] stat *C* 5—6 hoc autem *N* 7 ad alia *om. C* [illegible] *N* 9 contingit *C* materiam] naturam *C* 10 sensum *N* 13 [illegible] *A* hoc] haec *N* 14 esse] et esse *MN* simplicius *C; sed* [illegible] prima [illegible] 16 est *om. A* et [illegible] uolunt[illegible] est scripsi: [illegible] 20 materiae . . . et [illegible] *sic legit* [illegible] ונותן אותו ליס[illegible] שהיו העצמ[illegible] ם מוצי[illegible] agat *N* [illegible] addidi ex [illegible] C con[illegible] 26 [illegible] propria *M*

uirtutis primae et actionis primae in omnibus quae sunt, quia uires substantiarum simplicium et omnino uires omnium eorum quae sunt infusae sunt et penetrantes per totum: quanto magis uirtus factoris primi, excelsum nomen eius. et ideo dictum est quod **factor primus est in omnibus quae sunt et nihil sine eo esse potest.**

17. D. Videtur multum necessarium ad probandum et ad manifestandum probationibus necessariis uniuersalibus, quod formae quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta sunt patientes a substantiis simplicibus et aducnientes ex eis.

M. Bene interrogasti de eo quod opus nimis est. **ecce probationes demonstrantes quod formae quae sustinentur in substantia corporali patientes sunt a substantiis simplicibus et spiritualibus et adueniunt ex eis.**

(1.) Omnis substantiae simplicis, actio eius simplex. et actiones quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta simplices sunt. ergo actiones quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta patientes sunt a substantia simplici.

(2.) Vires formae motus, quae inueniuntur in substantia corporali, simpliciores et subtiliores sunt substantia corporali. et omne quod est simplicius et subtilius substantia corporali accedit ad fines substantiae simplicis. ergo uires et formae et motus, quae sunt in substantia corporali, accedunt ad fines substantiae simplicis. dehinc addam hanc huic: omne quod est intra naturam substantiae simplicis, non potest esse quin sit aut de essentia substantiae simplicis, aut aliquod ex suis acciden-

1 *ante* uirtutis *add.* substantiae *N* quia *om.* *C* 2 omnino] ideo *C* eorum] earum *C* 3 infusae sunt *om.* *N* 4 factoris] rectoris *C* 5 quae sunt *om.* *A* 7 D. *om.* *C* Videtur *om.* *MN* multum *om.* *C* *post* necessarium *add.* est *MN* ad (*ante* manifestandum) *om.* *AM* 8 quod] quia *AC* 9 quae (*ante* subsistunt) *om.* *N* 10 et *om.* *M* 11 nimis opus *M*, opus unus *N* 12 quod] et *CN* 14 simplicibus et *om.* *MN*, et *om.* *C* 16 subsistunt] sunt *AC* quae sustinet] sustinente *C* 20 quae] qui *MN* 21 sunt et subtiliores *M* 22 subtilius et simplicius *M*, subtilius *om.* *N* 23 *ante* uires *add.* et *A* 24 quae] qui *MN* fines *om.* *N* (*sed a manu recenti adscriptum est*) 25 dehinc] deinde *N* hanc *om.* *N* 26 naturam] materiam *AMN* 27 aut (*post* sit)] an *M*, *om.* *C*

quam non fuerit, iam mutatum est de possibilitate ad necessitatem. Et quod habet haec conclusio in potentia extrahemus, et dicemus sic: Possibilitas essendi id quod non erat commutata est in necessitatem. et quicquid est mutatum in aliquid, eiusdem generis est cum re in quam mutatum est. ergo possibilitas eiusdem generis est cum necessitate. Dehinc ponemus hanc considerationem et dicemus: Substantia quae sustinet praedicamenta, inueniuntur partes eius in loco postquam non erant in eo; et inuenitur uestita aliquá formá postea quam non fuerat uestita ex illa. et quicquid est postea quam non erat, erat possibile. ergo substantia quae sustinet praedicamenta dicta est possibilis. item: Substantia quae sustinet praedicamenta dicta est possibilis. et omne quod descriptum est possibile, necessario est aliquid prius eo quod descriptum est necessitate, hoc est, quia necesse est ante quam possibile. ergo substantia quae sustinet praedicamenta descripta possibilis, necessario aliquid est prius ea, quod est descriptum necessitate. item assumam hanc: Substantia quae sustinet praedicamenta descripta possibilis, est necessario aliquid prius ea, quod est descriptum necessitate. possibile autem et necessarium eiusdem generis sunt, ut dictum est. ergo substantia quae sustinet praedicamenta eiusdem generis est cum substantia quae est prior ea. — Item alio ordine. Substantia necessaria prior est

---

et quicquid erat possibile antequam sit, est necessarium postquam erat [autem] possibile. ergo quicquid est *possibile ut sit* (*om.* *A*) postea quam non erat, est necessarium postea quam erat possibile. postea praeponam hanc et dicam: Quicquid est possibile ut sit postea quam non erat, necessarium fit postea quam erat possibile. *et quicquid necessarium fit postea quam erat possibile* (*om.* *A*), iam commutatum est de possibilitate ad necessarium. ut] non *C* 1 fuerit] *an* fuerat? ad] in *C* 2-3 et dicemus *om.* *N* 3 mutata *M*, translata *A* 4 mutatum est *N* aliquid] aliud *C* 5 cum re] certe *M* quam] qua *MN* possibilitas] pl'atas *N* 6 cum] in *C* 8 erant] erat *N* 9 eo] loco *A* uestita] nostra *C* *ante* postea quam *add.* et *C* 10—11 erat possibile] possibile erat possibile *M*, erat possibilis *N*, erat *om.* *A* 12 et 13 est possibilis] passibilis *C*, prius *M* 13 descriptum] dictum *AC*, descriptum tamen *N* 14 aliquid] aliud *N* prius] proprius *M* descriptum] dictum *A* 16 possibile *N* 17 est ea aliquid prius *C*, aliquid est ea prius *M* scriptum est *N* 18—20 item assumam . . . descriptum necessitate *om.* *CM* 19 descriptae *N* necessario aliquid est ea prius *N* 21 ut dictum est] *cf.* *r.* 5—6. 22 substantia] ea *C* 23 prior ea] priora *C*, prius ea *N*

possibili. et substantia quae sustinet praedicamenta est possibilis. ergo substantia necessaria prior est substantia quae sustinet praedicamenta. item: Substantia necessaria prior est substantia praedicamentorum. substantia necessaria eiusdem generis est cum substantia possibili. ergo substantia prior substantia praedicamentorum eiusdem generis est cum substantia possibili. et substantia quae sustinet praedicamenta est possibilis. ergo substantia quae est prior substantia praedicamentorum eiusdem generis est cum illa.

11. Iam proposuimus omne quod possibile fuit ut proponeremus de probationibus significantibus quod substantia quae sustinet praedicamenta non est mobilis a primo factore sine medio; et manifestum est hic esse aliam substantiam mediam inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta.

D. Certe bene ostensum est mihi ex probationibus quas proposuisti. sed uellem ut colligeres praedicta de hoc et poneres regulam generalem de inquisitione scientiae inueniendi substantiam mediam inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta.

M. Debes scire quod substantia media inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta non est una substantia sed multae. et inquirere scientiam de istis substantiis quae sunt mediae inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta possumus duobus modis. unus eorum est considerare proprietates factoris primi et proprietates substantiae quae sustinet praedicamenta; et secundum hunc modum fuit inquisitio probationum omnium quas adhuc praemisimus. secundus modus est inquirere inuentionem substantiarum mediarum inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta secundum

2 est prior *A* 5 est *om.* *N* 7 quae sustinet *om.* *C* praedicamentorum *C* 8 prior est *C* 10 *ante* Iam *add.* M. *ACM* Iam] Item *C* praeponeremus *AMN* 11 quod] quae *N* 15 bene] dum *C* ostensum] manifestum *C* 16 praeposuisti *AMN* colligeres] intelligeres *N* 17 scientiae *om.* *AM* 20 substantia *om.* *MN* media *om.* *M*, medium *N* 22 istis] his *C* 24 quae sustinet *om.* *MN* praedicamentorum *MN* modum *N* 25 est *om.* *N* 27—28 omnium probationum *N* 28 adhuc] ad hoc *N* promisimus *C* 29 inquirere] inquirere uel considerare *M*, considerare *N* 29–30 substantiarum ... primum et *om.* *N* 30 substantia *M* secundum] sed *N*

opera istarum substantiarum et actiones earum et secundum processum uirtutum earum aliarum ex aliis. actiones autem earum dico et opera figurationes apparentes in substantia quae sustinet praedicamenta, quas patitur a substantiis simplicibus, et passiones quae sunt inuentae in singulis substantiis simplicibus, quas patiuntur aliae ab aliis. et differentia horum modorum haec est, quia **prima** earum duxit nos ad scientiam **inueniendi substantiam mediam absolute** inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta; **secunda** duxit nos ad sciendum **quid** est et **qualis** est et **quare** est substantia media.

D. Vellem esse firmus in certitudine probationum quas confecimus priore modo, antequam incipiamus elicere probationes secundi modi. et interrogo ut soluas **dubitationem** quam habeo in hoc modo, scilicet quia scio quod omnes termini propositionum quae positae sunt in probationibus sunt definiti, quia necesse est ut aut sint genera aut species aut differentiae aut indiuidua aut propria aut accidentia, et scio etiam quod nihil horum cadit in factorem primum. **quomodo ergo potest esse certitudo probationum quas induxisti?**

M. Postquam nostra intentio de definitione terminorum propositionum quae propositae sunt in probationibus non fuit nisi ut sciremus illos, et scientiam de factore primo secundum suas proprietates iam habuimus secundum aliquem modorum, quamuis non est definitus: ergo non fuit nobis opus, postquam sciuimus aliquid de ipso, ad tractandum de definitione terminorum propositionum quae positae sunt in probationibus de ipso. sed definitiones quae sunt praedictae de terminis positis in ipsis

---

2 uirtutis *C*, *om.* *N* 3 autem *om.* *M* dico eorum (*sic!*) *C* figurationes] *sic etiam M*, *non* significationes, *quod ex Masurineo refert Guttmann, Die Philosophie des Salomon ibn Gabirol (Avicebron), p. 115 not. 1* 6 differentias *M* 10 secunda] ita *A* quid] quod *M* est (*post* qualis) *om.* *M* quare] qualiter *AM* 13 confecimus] cum fecimus *M* elicere] dicere *A* 14 interroga *MN* 15 scilicet *om.* *C* termini *om.* *A* 17 ut aut] aut aut *N* 18 et *om.* *N* quod] quia *CM* 20 esse *om.* *M* 21 propositionum] probationum *C* 22 quae] qua *N* praepositae sunt *AN*, sunt positae *C* nisi *om.* *C* 23 suas] duas *N* 25 nobis *om.* *C* *ante* sciuimus *add.* nos *C* 26 aliquid *om.* *M* 27 in] etiam *A* 28 diffinitione *N* praedictae sunt *A*, sunt praedicatae *C*

probationibus aut sunt de proprietatibus essentiae ipsius, aut ex operibus quae dicuntur de ipso, aut ex proprietatibus eorum quae sunt infra ipsum, quae non dicuntur de ipso. Quando descripserimus eum aliquibus proprietatibus quae dicuntur de ipso, quod componitur ex his erit propositio affirmatiua. et quando remouerimus ab eo aliquam proprietatum quae non dicuntur de ipso, quod conficitur inde, erit propositio negatiua, et erit positio eius certa in probationibus. et si ambae propositiones positae in syllogismis fuerint theologicae, erit ligatio unius cum alia in affirmando et negando, qualis ligatio est singulorum duorum terminorum in singulis earum in affirmatione et negatione. et si una propositio fuerit theologica et alia non, erit ligatio earum in negando, sicut ligatio duorum terminorum propositionis theologicae in negando — negando autem dico, scilicet remouere proprietatem non diuinam a deo benedicto —; et non erit possibile ut ligentur in affirmatione, quia impossibile est deum describi proprietate non theologica.

12. D. Quod datur intelligi ex uerbis tuis, hoc est quod propositiones sunt duorum modorum, quia alia est diuina, alia non diuina. sed dubito an probatio diuina sit probatio, cum non sit in ea genus nec species nec ullum de nominibus logicis.

M. Cum certa fuerit tibi ligatio terminorum in propositione theologica, quamuis non fiat secundum hoc quod ligantur termini in propositione non diuina, tamen unaquaeque propositionum est similis alii in ordinatione et compositione, id est positione terminorum considerata secundum regulas figurarum logicarum. et ideo non est inconueniens, immo necesse erit, ut uocetur probatio, quia probatio non diuina non est nisi coniunctio propo-

1 probationibus] propositionibus *M* aut (*post* probationibus *et post* ipsius)] an *M* ex] de *A*, *om.* *C* 2 aut (*post* ipso)] ante *N* 3 infra] ita *M* non *om.* *N* 5 quod] quia *M* 6 aliquam] quam *N* proprietatem *AC* 7 inde] et non *C* 8 positio] propositio *N* certa] circa *N* 10—11 duorum terminorum singulorum *M* eorum *C* 12 propositionum *A* theoloyca *C* 14 theoloycae *C* *ante* in *add.* et *C* autem *om.* *C* remouere] mouere *N* 16 ligetur *M* in] inde *C* 18 propositiones] probationes *A* 19 sint *C* 20 sed] sit *C* diuina sit probatio *om.* *N* 22 tibi fuerit *C* 23 termini *om.* *C* 24 tamen] tunc *C* 25 alii] alteri *A* ordinatione] ordine *A* compositionem *C* 27 est] oportet *N* 28 non diuina probatio non est *M*

sitionum uerarum et ordinatio earum secundum regulas figurarum logicarum, et probatio diuina similiter etiam. Et etiam, quia probationes positae in probatione diuina sunt aut primae, aut secundae. si fuerint primae, tunc ipsae et primae quae ponuntur in probatione non diuina erunt aequales. si fuerint secundae, non potest esse quin et ipsae fuerint inde assumptae unde fuerunt eductae propositiones secundae positae in probatione non diuina; et cum ita fuerit, ipsae et secundae erunt aequales. ergo probatio diuina et probatio non diuina in certitudine probationum erunt sibi aequales. et cum haec ita sint, non est inconueniens, immo necesse est, ut probatio diuina uocetur probatio.

D. Cur dixit, qui hoc dixit, quod in scientia diuina non est probatio?

M. Dictor huius si dicere uoluit quod scientiae diuinae non est probatio ullo modo, falsum dixit; si dicere uoluit quod in scientia diuina non utuntur probatione non diuina, quae est composita ex nominibus logicis, uerum dixit, et non contradico.

13. D. Iam manifesta est mihi inuentio medii inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta secundum modum considerandi proprietates factoris primi et proprietates substantiae quae sustinet praedicamenta. et manifestum est mihi ex probationibus quas secundum hunc modum induxisti; et ex illis soluta est dubitatio quam habebam, et constat iam apud me quod uerae sunt. manifesta autem nunc inuentionem sub-

---

3 probationes] propositiones *N* propositae *C* diuina *om.* *M* 5 proponuntur *N* in probatione] in propositione in probatione *N* 7 fuerunt] fuerint *A* *ante* propositiones *add.* unde *C* 9 diuina et probatio *om.* *N*, probatio (*post* et) *om.* *A* in] et in *M*, etiam *N* 10 probationum] probationum et propositionum *C*, et propositione probationem *M*, propositionum et probationum *N* haec *om.* *C* 11 inconueniens] conueniens *N* diuina *om.* *C* 13 qui hoc dixit *om.* *N* 14 est *om.* *C* 15 Dictor] Dixio *M*, diccör *N* huius scientiae huius si *N* quod in scientia diuina *N* 16 ulla] in illo *C*, in ullo *N* si] sed *A* 17 utimur *N* quae est] quaeque *N* 18 dicit *MN* 19 manifestum *AN* 20 *ante* praedicamenta *add.* nouem *C* 21 proprietates (*ante* factoris)] proprietate *N* proprietates (*post* et)] proprietate *N*, *om.* *C* substantia *C* 23 indixisti *A* ex illis] inde *A* solita *C* 24 *post* dubitatio *add* mea *N* quod] quia *CM* 25 intentionem *N*

stantiae mediae inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta secundum opera et actiones et secundum processum.

M. Concedis actiones rerum aliarum in aliis concessione necessaria aut non?

D. Quomodo non concedam istud, cum euidentia rei et consideratio manifestent illas esse? sed nescio quid est haec actio, uel quomodo est, uel quare est.

M. Quid sit esse huius actionis, hoc est, rem dare formam suam alii rei ab ipsa, quando unaquaeque earum coaptatur ad hoc. — Quomodo autem est, quia aut est secundum coniunctionem sine medio, aut secundum coniunctionem cum medio; aut est cum commutatione formae agentis et diminutione, aut e contrario, scilicet sine aliqua diminutione qualitatis agentis; aut cum impressione uirtutis agentis in rem patientem sine tempore, aut erit secundum opinionem uel existimationem, sicut actio rei amatae in amantem. — Sed quare est haec actio rerum aliarum in aliis, haec fit causâ altissimâ uniuersali, scilicet quia uirtus quae facit omnia et mouet omnia per se, facit, quamdiu inuenerit receptibile actionis suae. unde necesse est ut forma uniuersalis facta ab hac uirtute sit etiam agens per se. ergo erit factor et actor. similiter etiam est necesse ut materia uniuersalis prima sit receptibilis actionis per se. proprium est autem uniuersalium ut naturae eorum sint inuentae in suis partibus. et cum hoc fuerit ut partes accipiant naturam ab essentia eorum, etiam partes dant sibi ipsis. inde necesse est ut hoc accipiant a suis uniuersalibus. et erit necesse ex hoc ut omnes formae sint agentes et omnes materiae sint patientes.

---

4 in] cum *M* concessione] concessisse *C* 6 concetam *N* 7 illas] illius *A* 8 uel (*ante* quomodo)] aut *C* uel (*ante* quare)] aut *C*, haec *M* 10 quando] quoniam *C* adaptatur *N* 11 est autem *A*, est *om.* *N* aut] autem *N* 13 mutatione *M* 14 scilicet *om.* *N* qualitatum *MN* 16 aut] autem *N* 18 hoc *M*, hoc *ex* haec *A* causa] cum *A* causa altissima] *sic etiam M*, *non* causa alterius in materia *(Guttmann l. c. p. 271,1)* 19 et *om.* *M* commouet *M* 21 uniuersalis facta *om.* *M* ab] ex *N* *post* per se *add.* uniuersalis *A* 22 actor] auctor *M* necesse est *M* 23 sit *om.* *M* *ante* proprium *add.* et *A* 24 autem] aut *AM* 25 hoc *om.* *N* naturam] materiam *AMN* 26 eorum] *scil.* *uniuersalium* 27 a suis] alius *M* 28 sint (*post* materiae) *om.* *C*

Argumentatio autem de forma erit hoc modo: Forma uniuersalis agens est necessario. et omne uniuersale agens necessario, partes eius sunt agentes necessario. ergo partes formae uniuersalis sunt agentes necessario. Argumentatio autem de materia hoc modo: Materia uniuersalis receptibilis est actionis formae. omne uniuersale quod est receptibile actionis formae, omnes partes eius receptibiles sunt actionis formae. ergo omnes partes materiae uniuersalis receptibiles sunt actionis formae.

D. Forma uniuersalis cur dicitur agens necessario?

M. Quia factor primus excelsus et sanctus largus est ex eo quod habet apud se, scilicet quia omne quod est ab eo effluens est. et quia factor primus largitor est formae quae est apud se, idcirco non est prohibens quin effluat; et hinc fons est coercens omne quod est, ambiens et comprehendens. unde necesse est ut quaecumque substantiae sunt, sint oboedientes actioni eius et sequentes eum in dando suas formas et largiendo suas uires, quamdiu inuenerint materiam paratam ad recipiendum hoc. fluxus autem substantiarum intelligitur motus et desiderium earum circa dandi actionem, in quo imitantur factorem primum. sed sunt diuersae in hoc secundum perfectionem earum et imperfectionem,

---

1 Forma] Foram *N* 2 est *om. N*, *post* est *add.* hoc *AM* 2—3 et omne . . . agentes necessario *om. N* 2 necessario (*post* agens) *om. M* *post* agens necessario *add.* est *A* 5 autem *om. A* *post* de materia *add.* est *N* uniuersalis] utilis *C* 6 omnis *N*, *om. M* uniuersalis *M* 7 actionis formae *om. C* sunt receptibiles *M* 8 materiae *om. N* 10 necessaria (*sic!*) agens *M* 11 M. *om. N* 12 apud] ex *C* quia] quod quia *N* ab eo] ex eo *N*, ab eo id est dans *C*, eo *om. A* affluens *A* 13 factor] fons *AMN* *ante* primus *add.* esse *AM*, *add.* est *N* 14 hinc] hic *ACN* cohercens *A*, cohercionem *M*, choercens *N* 15 ambiens] abiens *M* *post* necesse *add.* omne *C* 16 sunt, sint] sint sint *N* 18 inueniunt *C* materiam] naturam *C* paratam] apertam *M* hoc] hic *A* 19 circa *om. N* 20 dandi *om. M* in quo imitantur factorem primum] *ita A; C post haec uerba aliam interpretationem addit:* uel: qui (*leg.* quod) est eas imitari actionem, quae est imitatio earum ad factorem primum; *M omissa priore interpretatione* (in quo imitantur factorem primum) *praebet partem alterius tantum*: quae est immutatio (*leg.* imitatio) earum ad factorem primum; *N cum C conueniens scribit:* in quo imitantur formae primae (*leg.* factorem primum) uel: quod est in (in *delendum*) eas mutari (*leg.* imitari) circa actionem, quae est mutatio (*leg.* imitatio) earum ad factorem primum 21 imperfectionem quia earum *om. M*

quia earum aliae fluunt in non-tempore, aliae fluunt in tempore; et proportio quarumlibet altiorum substantiarum ad inferiores in dando fluxum talis est qualis proportio primi factoris ad altiores substantias et inferiores ad influendum super illas, quamuis fluxus earum in unoquoque modo est diuersus. similiter etiam comparatio altiorum substantiarum ad factorem primum in recipiendo ab ipso talis est qualis inferiorum ad altiores in recipiendo ab ipsis. et omnino prima influxio, quae est complectens omnes substantias, ipsa fecit necesse ut aliae substantiarum influerent aliis. et in hoc accipe exemplum a sole qui se non fecit effluentem *per se,* necdantem radios suos nisi propter hanc causam quod cadit sub prima influxione et oboedit illi.

14. Et cum considerauerimus causam quae fecit necesse ut aliae ex substantiis influerent aliis, inueniemus huius rei alias causas praeter has. Quarum alia est, quia forma subtilior est quam materia. et quia subtile penetrans est et pertransiens per id quod est sibi obstans et oppositum, ideo necesse est ut forma penetret et pertranseat per omne quod obstat sibi et est oppositum. Et etiam, quia de natura formae est ut uniatur materiae, cum parata fuerit materia recipere eam. et omne quod unitur alii quod paratum est ad recipiendum illud, attribuit se illi et formam suam. unde necesse est ut forma attribuat se illi et formam suam quod paratum est ad recipiendum illam. et hoc est euidentius signum quod forma processit a factore primo et est obtemperans illi, eo quod compellitur in natura sua ad dandum se et ad conferendum formam suam, cum inuenerit

---

p. 108, 8—12; 15—19 = Falaqera III, §. 12.

---

1 quia . . . in tempore *om.* *C* in non-tempore aliae fluunt *om.* *N* 2 altiarum *AM* ad dandum *C* 4 et inferiores] *fortasse delendum* 5 modo *om.* *N* *post* similiter *add.* est *A* etiam] et *C* altiarum *M* 7 *post* qualis *add.* est *M* inferior *CN* 9 ipsam *N* influxerint *N* 10 hac *N* per se *addidi ex Falaqera, qui praebet* בעצמה כלומר בלא אמצעי, *hoc est:* per se, id est sine medio, *ubi uerbis* id est sine medio *glossema contineri puto* 11 propter] per *M* 12 influctione *C* 13 cum] si *C* consideremus *C* 14 aliis] alii *N*, inueniemus] inuenimus *N* alias *om.* *N* 15 quarum] causarum *A* *post* est *add.* subtilior *A* 16 est *post* pertransiens *transp.* *C* 17 *ante* ideo *add.* et *C* 18 pertransiet *C* 20 recipere] suscipere *C* 21 ad recipiendum] recipere *N* 22 suam *om* *N* 24 processit] aduenit *A*, processit et uenit *C* a primo factore primo *N* 26 ad (*ante* conferendum) *om.* *A* inuenit *AC*, inuenitur *M*

materiam receptibilem sui. Et etiam, quia erat factura prima, et actio similiter, fuit necesse ut haec factura et haec actio esset penetrans per omne usque ad defectum receptibilis sui.

D. Iam manifestum est mihi quid est actio et quomodo est et quare est. manifesta etiam mihi nunc quot sunt res patientes.

M. Postquam res agens aut est materia, aut forma, non potest esse quin eius actio aut sit sibi et formae similis, aut *formae* tantum; et non potest esse quin forma aut sit uirtus, aut forma corporalis, aut motus. et quia hoc sic est, scias quia patiens aut est essentia formata, aut uirtus, aut forma corporaralis, aut motus.

D. Manifestum est mihi iam ex eo quod praecessit quia omne quod est formam habens, agens est sibi et suae speciei, cum inuenerit materiam receptibilem sui.

15. M. Si hic sunt substantiae simplices praeter substantiam quae sustinet praedicamenta, nonne opus est ut sint agentes sibi ipsis et suis formis?

D. Sic est, quia postquam cognitum est quod omnia quae sunt conferunt uires et lumina, opus est etiam ut substantiae simplices faciant hoc.

M. Immo etiam necesse est ut istarum substantiarum magis se conferant essentiae et formae quam ceterarum substantiarum, propter fortitudinem earum et subtilitatem et lumen earum. inuenimus enim quod substantia quo fuerit subtilior, fortior et luminosior, erit eius actio fortior, et opus eius penetrabilius in aliud in non-tempore.

D. Quid est signum huius?

M. Effluxio est ex impulsu; impulsus autem ex ui. signum

1 quia] quod *N* 2 haec (*ante* factura)] hoc *N* 3 defectum receptibilis] effectum receptibilem *AM* 4 manifestum est] manifestasti *MN* 5 nunc *om.* *A* quot] quod *C* materia] *an* materia formam habens *uel similis?* 8 sit *om.* *N* formae *scripsi:* sibi *ACMN* 9 sit] si *N* 10 scies *A* quia] quod *N* 13 iam mihi *A*, iam *om.* *MN* quod praecessit] *cf. p.* 108,25—109,1 quia] quod *CN* 14 habens] agens *C* 15 inuenit *M* materia *N* 16 simplices substantiae *A* 19 omnia *om.* *N* 21 *post* simplices *add.* etiam *N* 24 earum] illorum (*sic!*) *C* 25 enim] est *N* substantia] supra *A* subtilior fuerit *A* *ante* fortior *add.* et *M* 28 Quod *AMN* 29 M. *om.* *C* impulsu *om.* *N* uii *A*

autem quod uis et subtilitas faciunt influxum est hoc, quod quantitas et figura non imprimunt suum simile in obstans, cum potens fuerit recipere; et hoc non est nisi propter debilitatem quantitatis et grossitudinem eius ad penetrandum. similiter dicendum est de accidente, quia quo fuerit fortius, subtilius et luminosius, erit penetrabilius. conficiemus ergo ex his sex probationibus hoc, scilicet quod **substantiae simplices necesse est ut dent se ipsas et conferant suas formas.** Et etiam hoc, quod uires et radii qui effluunt de corpore sunt spirituales, signum est quoniam effluere debent etiam substantiae spirituales. Et etiam quia, cum nos inuenerimus substantiam corpoream prohibitam ad conferendum se propter crassitudinem quantitatis et tenebrositatem eius, [et] tamen quantitas confert umbram suam corporibus quae opposita sunt, adeo quod, cum inuenerit corpus lucidum, dat ei formam suam: quanto magis necessarium est secundum hanc considerationem ut substantia spiritualis, quae immunis est a quantitate, sit effluens suam essentiam et uirtutem et lumen suum.

D. Quam bene probasti actionem substantiarum simplicium et penetrabilitatem earum.

M. Quanto fuerint subtiliores et fortiores et meliores, tanto sunt magis aptae ad agendum et conferendum se et sua. quod patet ex prohibitione penetrabilitatis substantiarum corporearum, quia cum consideraueris alteram illarum ex altera, una est te-

p. 110,11 - 18 = Falaqera III, §. 18.

1 quod uis] quamuis *C* influxum] impulsum *C*, fluxum *N* hoc est *M*, est haec *N* 2 non *om.* *CMN* simile] substantia *N* 3 non est hoc *MN*, non *om.* *C* 5 est *om.* *AMN* fuerit *N* et subtilius *CM*, subtilius *N* 6 penetrabilis *N* 7 probationibus] propositionibus *C* 9 *post* etiam *add.* quia *ACM* qui] quae *A* 10 spirituales] speciales *C* est *om.* *M* etiam] et *A*, *om.* *M* 11 cum *om.* *M* inuenimus *AMN* 12 corporalem *N* 13 et *deleui* conferet *N* 14 suum *C* opposita] composita *C* 15 *post* lucidum *add.* ut speculum *A*, *quae uerba etiam a Falaqera absunt* 16 necessarie *M* 17 est immunis *A*, in minus sit *C*, immunisque *N* a *om.* *C* sit *hic om.* *C* confluens *CMN* 20 earum] eam *N* 21 M. *om.* *MN* et fortiores *om.* *C* 21—23 et fortiores . . . quod patet *om* *N*, tanto sunt . . . quod patet *om.* *CM* 24 illarum] alterarum *N*

stificatio alterius et signum. cum enim posueris quod substantia corporea prohibita est a conferendo se ipsam propter crassitudinem suam et tenebrositatem, et quod quanto remotior fuerit a crassitudine et tenebrositate, propinquior erit ad conferendum se: necesse facies ex hoc ut substantiae simplices sint conferentes se ipsas et suas uires et formas. quia enim quantitas retinet substantiam a conferendo se, idcirco nihil est quod prohibeat substantias spirituales quin dent suas formas et attribuant suas uires. et cum posueris quod substantiae simplices conferunt se ipsas et suas formas, necesse facies per hoc quod substantiae corporeae prohibitae sunt a conferendo se et suas formas. et cum attenderis quod essentia substantiae simplicis non habet finem, et attenderis uim eius, et cogitaueris penetrabilitatem eius in rem contrapositam quae parata est recipere eam, et comparaueris inter eam et substantiam corpoream: inuenies substantiam corpoream non potentem esse ubique et debilem ad penetrandum res; et inuenies substantiam simplicem, hoc est substantiam animae uniuersalis, diffusam per totum mundum et sustinentem illum in se ipsa propter subtilitatem et simplicitatem suam; et sic inuenies substantiam intelligentiae uniuersalis diffusam per totum mundum et penetrantem illum. causa autem huius est subtilitas substantiarum ambarum et uis et lumen earum; et propter hoc fuit substantia intelligentiae infusa et penetrans interiora rerum. quanto magis ergo secundum hanc considerationem debet esse uirtus dei sancti penetrans omnia, existens in omnibus, agens in omnibus sine tempore.

p. 111,12—26 = Falaqera III. §. 14.

1 *post* signum *add.* M. *N* posuerit *N* 2 ad conferendum *C*, ab conferendo *M*, ad conferendo *N* crassitatem *A* 3 quod *om.* *C* 3—4 et quod ... tenebrositate *om.* *N* 4 ad *om.* *N* 6 *ante* formas *add.* suas *C* quantitates *C* 7 nihil] nil *MN* 8 quia dent suas *om.* *N* 8—10 et ... formas *om* *C* 8 attribuant] attrabant *N* 9 posuerit *N* conferant *N* 11 corporeae] corpore *N* 14 contrapositam] compositam *A* est] erit *N* 15—16 inuenies substantiam corpoream *om.* *C* 16 et *om.* *M* 18 substantiam animae] scientiam animae *C* uniuersalem *N* 19 sustinentem] subsistentem *N* ipsam *MN* 20 intellectiuae *C* 21 diffusam] diuersam *N* 23 eorum *N* intellectiuae *C* 24 ergo *om.* *C*

16. D. Iam manifestum est mihi quod omnis substantia simplex confert se ipsam et dat suam formam. sed quid sequitur ex hoc?

M. Sequitur ex hoc quod substantiae simplices sint conferentes se et dantes suas formas substantiae quae sustinet praedicamenta, hoc est, quia unaquaeque substantia spiritualis est agens per se, ut diximus, quod conuenit ei agere in rem contrapositam, et hoc propter effluxionem sui qua superat omnes substantias, quando inuenerit subiectum receptibile suae actionis. et propter hoc necesse est ut substantia simplex quae sequitur post compositam sit agens in substantia composita, quod agere debet. et quia haec substantia est corpus sensibile compositum, necesse fuit ex hoc ut actio substantiae spiritualis in eo sit etiam sensibilis; nisi quia haec actio non est corporalis absolute nec spiritualis absolute, sed est media inter utrumque extremorum, sicut uegetabilitas et sensibilitas et motus et colores et figurae, quae acta sunt in substantiis compositis a substantiis simplicibus. hae enim actiones absolute non sunt corporales nec spirituales absolute, quia comprehenduntur sensibus. ergo secundum hanc dictionem debent esse omnes formae sensibiles in substantia corporali ex actione substantiae intelligibilis spiritualis. et non sunt hae formae sensibiles, nisi quia materia quae recipit illas est proxima corporeitati in natura sua; et hae formae sensibiles sunt in substantia *spirituali* intelligibili simplicius quam in materia. — Exemplum autem fluxus uel deductionis formae a substantia simplici spirituali et actionis suae in materia corporali est sicut lumen solis, quod est infusum aëri

---

p. 112,12—114,6 = Falaqera III, §. 15.

---

2 ipsam *om.* *ACM* sed *om.* *N* 3 ex *om.* *N* 4 quod *om.* *N* 5 suas *om.* *C* 7 quod] et *N* conuenit] contra *A*, conueniens *N* contrapositam] oppositam *N* 8 *ante* propter *add.* est *M* qua] quae *C* 10 propter] per *AMN* 11 quod] quid *C* 12 compositum *om.* *C* 13 etiam *om.* *C* 15 medium *C* 17 acta] actu *C* compositis a substantiis *om.* *M* 18 absolute nec sunt corporales nec spirituales *C*, nec sunt spirituales absolute nec corporales *M*, nec sunt corporales absolute nec spirituales *N* 19 comprehendunt *M* 21 intelligibilis] intellectus *C* 23 recepit *N* corporeitate *C* 24 spirituali *addidi ex Falaqera:* בעצם הרוחני המושכל; *cf. supra v. 21* 25 autem] ante *N* uel deductionis] et deffuxionis *C*

penetrans illum et nondum tamen apparet *propter subtilitatem*, donec inueniat corpus solidum, ut terram; et tunc apparet lumen sensibiliter, eo quod non potuit penetrare partes eius nec diffundi per illas, sed stetit in superficie corporis, et adunata est eius essentia; et tunc magis emicuit eius irradiatio. secundum autem hoc exemplum lumina substantiarum simplicium penetrant et fluunt alia ad alia ab aliis; sed non apparet sensui propter subtilitatem et simplicitatem istarum substantiarum; cum autem penetratio luminum pertingit usque ad materiam corporalem, tunc apparet lumen et manifestatur sensui propter crassitudinem materiae corporalis Secundum autem hunc ordinem erigemus nos ad sciendum quod omnis forma quae sustinetur in materia uniuersali habet esse in essentia uirtutis dantis illam, hoc est uoluntatis, esse quidem simpliciori quam in materia prima quae recipit illam. et quia materia prima in natura sua diuersa est ab essentia uoluntatis, et est similis corpori in comparatione uoluntatis, necesse est ut actio eius in materia sit manifesta, sicut actio substantiarum intelligibilium in corporo *est* manifesta. necesse est etiam ut uoluntas educat quod habet in essentia sua et det *materiae, sicut substantiae intelligibiles educunt quod habent in essentia sua et dant* corporibus; excepto hoc quod uoluntas agit sine tempore, sine motu, *sine instrumento*, sine loco, substantiae uero intelligibiles e contrario. et ideo substantiae simplices et omnino omnes substantiae agentes quicquid faciunt, faciunt secundum actionem primam quae totum mouet et penetrat totum. et secundum hunc modum sciemus diffusionem

1 propter subtilitatem] *cf. Falaqera:* לדקיקותו; *om. ACMN; sed addendum erat ut quadrarent quae v. 7—8 dicta sunt* 2—3 lumen sensibiliter apparet *MN* 3 diffudi *M* 4 stetit] stat *C* 5—6 hoc autem *N* 7 ad alia *om. C* appare *N* 9 contingit *C* materiam] naturam *C* 10 sensum *N* 13 essentiam *A* hoc] haec *N* 14 esse] et esse *MN* simplicius *C*; *sed esse est casus sextus* prima *om. C* 16 est *om. A* et est . . . uoluntatis *om. C* 18 est *scripsi*: sit *ACMN* 20 materiae . . . et dant *addidi ex Falaqera, apud quem sic legitur:* ונותן אותו ליסוד כמו שהיו העצמים המושכלים מוציאים למה שבעצמם ונותנים אותו לגופים 21 hoc *om. C* 22 agat *N* sine instrumento *addidi ex Falaqera* ובלא כלי 23 uero] aliae *C* *ante* e contrario *add.* et *C* contrario] conuerso *C* 24 omnino *om. C* 26 *post* sciemus *add.* proprie *M* diffusionem] diffinitionem *AM*

uirtutis primae et actionis primae in omnibus quae sunt, quia uires substantiarum simplicium et omnino uires omnium eorum quae sunt infusae sunt et penetrantes per totum: quanto magis uirtus factoris primi, excelsum nomen eius. et ideo dictum est quod factor primus est in omnibus quae sunt et nihil sine eo esse potest.

17. D. Videtur multum necessarium ad probandum et ad manifestandum probationibus necessariis uniuersalibus, quod formae quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta sunt patientes a substantiis simplicibus et aduenientes ex eis.

M. Bene interrogasti de eo quod opus nimis est. ecce probationes demonstrantes quod formae quae sustinentur in substantia corporali patientes sunt a substantiis simplicibus et spiritualibus et adueniunt ex eis.

(1.) Omnis substantiae simplicis, actio eius simplex. et actiones quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta simplices sunt. ergo actiones quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta patientes sunt a substantia simplici.

(2.) Vires formae motus, quae inueniuntur in substantia corporali, simpliciores et subtiliores sunt substantia corporali. et omne quod est simplicius et subtilius substantia corporali accedit ad fines substantiae simplicis. ergo uires et formae et motus, quae sunt in substantia corporali, accedunt ad fines substantiae simplicis. dehinc addam hanc huic: omne quod est intra naturam substantiae simplicis, non potest esse quin sit aut de essentia substantiae simplicis, aut aliquod ex suis acciden-

1 *ante* uirtutis *add.* substantiae *N* quia *om.* *C* 2 omnino] ideo *C* eorum] earum *C* 3 infusae sunt *om.* *N* 4 factoris] rectoris *C* 5 quae sunt *om.* *A* 7 D. *om.* *C* Videtur *om.* *MN* multum *om.* *C* *post* necessarium *add.* est *MN* ad (*ante* manifestandum) *om.* *AM* 8 quod] quia *AC* 9 quae (*ante* subsistunt) *om.* *N* 10 et *om.* *M* 11 nimis opus *M*, opus unus *N* 12 quod] et *CN* 14 simplicibus et *om.* *MN*, et *om.* *C* 16 subsistunt] sunt *AC* quae sustinet] sustinente *C* 20 quae] qui *MN* 21 sunt et subtiliores *M* 22 subtilius et simplicius *M*, subtilius *om.* *N* 23 *ante* uires *add.* et *A* 24 quae] qui *MN* fines *om.* *N* (*sed a manu recenti adscriptum est*) 25 dehinc] deinde *N* hanc *om.* *N* 26 naturam] materiam *AMN* 27 aut (*post* sit)] an *M*, *om.* *C*

tibus. ergo uires formae motus, quae sunt in substantia corporali, sunt aut de essentia simplicis substantiae, aut aliquid suorum accidentium. sed non sunt de essentia simplicis substantiae, quia non sunt substantiae. ergo sunt de numero suorum accidentium.

(3.) Substantia composita receptibilis est formarum. et omne quod est receptibile formarum, non recipit illas nisi ab agente qui eas agit in se. ergo substantia composita non recipit formas nisi ab agente qui agit illas in ea. deinde adiungam huic hanc: substantia simplex agit in substantiam compositam. ergo substantia composita recipit formas a substantia simplici. — Cum aliquid recipit aliquid ex aliquo, receptum patiens est in recipiente ab eo a quo recipit. ergo formae quas recipit substantia composita patientes sunt a substantia simplici. et quicquid est patiens in aliquo ab aliquo, est in re agente illud. ergo formae quas recipit substantia composita sunt in re agente illas. et illud quod agit eas est substantia simplex. ergo formae quas recipit substantia composita sunt in substantia simplici.

(4.) Formae quae sustinentur in substantia corporea, actio est. et omnis actio fit ab agente in formas sustentatas. ergo formae quae sustinentur in substantia corporea non fiunt a substantia quae sustinet praedicamenta. item huic addam hanc: omne quod non fit ex aliquo, fit ex eius contrario. ergo forma quae sustinetur in substantia corporea fit ab eius contraria. deinde addam huic: substantia simplex est opposita substantiae compositae. ergo formae subsistentes in substantia corporea fiunt a substantia simplici.

---

1 motus formae *M* quae *scripsi (cf. p. 114, 24; 116, 6. 16; 128, 12. 16)*: qui *ACMN* sunt *om. C* 2 aut sunt *A* substantiae simplicis *C* aut (*ante* aliquid)] an *M* aliquod *N*, aliorum *C* 3 substantiae simplicis *CM* 4 sunt (*post* ergo) *om. N* suorum *om. A* 5 formam *N* 6 illas] eas *M* 8 qui eas agit in illa *C*, agit *om. M* 9 substantia composita *M* 11 ex] ab *M* 13—14 sunt a substantia sunt simplici *N* 14 et *om. M* 15 ab aliquo *om. M* quas] qua *M* 16 sunt] sicut *N* 19 *post* Formae *add.* autem *N* 20 sustentatas] distentatas *C* 21 in *om. N* corporea *om. N* fiunt] sunt *C* 21—22 quae sustinet] sustinente *C* 22 huic] huc *N* 23 aliquo fit ex *om. N* 24 ab] ex *M* contrario *C* deinde] dehinc *A* 25 est opposita] composita est *A*, est composita *C* substantiae *om. AC*

(5.) Si substantia composita non acquirit a substantia simplici motus uires figuras: ipsa substantia simplex aut non habebit esse, aut non erit agens. sed substantia simplex habet esse, et est agens. ergo substantia composita acquirit a substantia simplici figuras uires et motus.

(6.) Figurae uires et motus, quae in substantia composita sunt, acquisita sunt necessario aut a factore primo, aut ab essentia substantiae quae sustinet illa, aut ab alia substantia quae est media inter illa. — Si essent acquisita ab essentia factoris primi, necesse esset ex hoc ut inter factorem primum et substantiam quae sustinet praedicamenta esset conuenientia, quia quod erat in essentia factoris primi, unitum est essentiae substantiae; et etiam necesse esset ut in essentia factoris primi esset multitudo, propter multitudinem figurarum uirium et motuum. et utrumque est impossibile. ergo figurae uires et motus, quae subsistunt in substantia quae sustinet praedicamenta, non sunt acquisita ab essentia factoris primi. — Si fuerint acquisita ab essentia substantiae quae sustinet illa, necesse esset ut substantia simul esset agens formam et recipiens illam; et necesse esset ut sit agens secundum hoc quod recipit, aut non. Si esset agens secundum hoc quod est recipiens, una et eadem res esset simul agens et patiens; quod est impossibile. Si non fuerit agens secundum hoc quod est recipiens, tunc tota non esset recipiens formam, nisi unde erat tota substantia formata. ergo non est possibile ut non sit agens unde

---

2 *ante* uires *add.* et *C* ipsa] tempora a *N* ipsa substantia simplex *om.* *C* simplex *om.* *MN* aut (*post* simplex)] autem *C* 3 *ante* habet *add.* non *N* 5 uires figuras *C* motus et uires *N* 6 *post* quae *add.* sunt *N* 7 sunt (*ante* acquisita) sicut *N* sunt (*post* acquisita) *om.* *CMN* 8 quae sustinet ... alia substantia *om.* *N* 9 esset *A* 12 quod erat in *om.* *AC* *post* factoris *add.* secundum *N* unitum est essentiae] unita essentiae est *A*, unita est essentiae *C*, initium est essentiae *M* 13 etiam *om.* *C* esset necesse *CN* 16 uires] in res *N* quae] qui *AN* subsistunt] consistunt *N* 17 non] et non *N* 19 excipiens *C* 21 hoc] id *C* est *om.* *A* 22 et eadem *om.* *N* 23 non] uero *C* fuit *N* 24 tunc tota non esset recipiens *om.* *M* *ante* nisi *aliqua uerba excidisse puto; cf. p. 117, 4—6* tota] contra *N* unde] unum *N* substantia tota *M* 25 non (*ante* sit) *om.* *C* unde] unum *N*

est patiens. Si non fuerit substantia agens unde est patiens, et fuerit agens fortior quam patiens, necesse est ut substantia una uice sit fortior se ipsa, alia uice debilior se ipsa, si substantia est una. si autem non fuerit una, et aliquid eius fuerit agens et aliud eius patiens, necesse est ut aliud eius patiens sit non formatum, et tota substantia formata. ergo est formatum et non formatum; quod est inconueniens.

(7.) Omne compositum ex duobus, unumquodque eorum potest esse per se. corpus autem compositum est ex substantia et forma. ergo forma potest esse per se sine substantia corporali. item dicam: Forma potest esse per se sine substantia corporali. forma autem non est in non sustinente. ergo forma inuenitur in sustinente non substantia corporali. dehinc adiungam huic: praeter substantiam corpoream non est sustinens nisi substantia simplex. ergo forma inuenitur in substantia simplici.

(8.) Omnis actio fit in spirituali, et omnis receptio in corporali. et si fuerit substantia agens unde est patiens, erit spirituale et corporale simul; et si aliud eius fuerit agens et aliud patiens, tunc aliud eius esset spirituale et aliud corporale. sed tota substantia *quae sustinet praedicamenta* est corporea. ergo nihil eius est agens.

(9.) Si substantia corporalis fuerit recipiens formas quae sustinentur in ea ab alia substantia a se ipsa, necesse est ut ipsa substantia sit superior ea. et substantia simplex est superior

---

p. 117,17—22 = Falaqera III, §. 16.

---

1 Si] Sed *N*. — *a uerbis* Si non *aliud argumentum inchoari uidetur, cum illo p. 116, 23—117, 1 ex aequo positum* substantia *om. N* 1—2 unde est patiens, et fuerit agens *om. N* 2 et fuerit agens fortior quam patiens *om. A* 3 se ipsa *om. C* 4—5 fuerit agens et aliud eius *om. N* 6 non formatum] informatum *C* 7 formatum *om. N* 8 eorum *om. C* 9 esse per se] ex se esse *C* autem] ergo *C* est *om. CM* 10 per se *om. N* 11—13 item dicam . . . in sustinente substantia corporali *om. A* 13 non *om. M* substantia] subiecta *N* dehinc] deinde *C* 14 huic] hanc *A*, *om. N* 19 si *om. N* aliud (*ante* eius)] aliquid *C* 20 esset] erit *C* sed] si *N* tota] corpora *N* 21 quae sustinet praedicamenta] הנושא לנאמריה *Falaqera*: *om. ACMN* 22 eius *om. AC* 23 Substantia corporalis si *N* forma *N* 24 necesse est ut ipsa *om. N* 25 substantia *om. AM* 25 *post* superior *add.* substantia *C*

composita. ergo substantia corporea recipit formas quae sustinentur in ea a substantia simplici.

(10.) Substantiae simplices non percipiuntur nisi in corporibus. et formae quae subsistunt in substantia composita non percipiuntur nisi in corporibus. ergo formae subsistentes in substantia composita sunt ex formis substantiarum simplicium.

(11.) Forma quae sentitur in substantia composita perficit eius esse. et omne quod perficit esse substantiae, substantia est. ergo forma quae sentitur in substantia composita substantia est.

18. (12.) Substantia simplex diuiditur in materiam et formam secundum diuisionem generis in species. et omne quod diuiditur diuisione generis in species, species eius coaequaeuae sunt ad suscipiendum nomen generis et definitionem. ergo species substantiae simplicis coaequaeuae sunt ad suscipiendum nomen generis et definitionem. et huic addam hanc: materia et forma sunt species simplicis substantiae. ergo materia et forma coaequaeuae sunt ad suscipiendum nomen simplicis substantiae et definitionem. substantia autem simplex nominatur et definitur nomine et definitione substantiae. ergo materia et forma aequae sunt in nomine substantiae et definitione.

(13.) Omne causatum compositum est comparatione suae causae. sed si formae corporales fuerint causatae ex formis spiritualibus, debet ut sint compositae. sed compositae sunt. ergo causatae sunt ex formis spiritualibus. Omne quod fuerit causatum, in se est in effectu et in causa est in potentia. si formae substantiae compositae fuerint causatae, debet ut sint in se in effectu et

---

1 corporea] composita *M* 2 in ea] ab ea *C* 6 substantiarum *om.* *A* 8 substantiae esse *M* 10 materia et forma *MN* 11 diuisiones *C* in species *om.* *N* 11—12 et omne . . . in species *om.* *M* 12 *ante* ad *add.* et *C* 13 generis] eius *M* 13—14 ergo species . . . definitionem *om.* *M* 14 generis] eius *N*, *om.* *A* *post* definitionem *add.* substantiae simplicis *A* 15 huic] hue *N* 17 simplicis substantiae nomen *M* *post* nomen *add.* generis *A* 17—20 substantia . . . et definitione *om.* *C* 21 causatum] creatum *M* comparatione] compositione *AM* 22 fuerint] sunt *C* causatae] creatae *N* spiritualibus] simplicibus *N* 23 debet] oportet *N* sed compositae sunt *om.* *C* 24 causatae] creatae *AMN* causatum] creatum *MN* 25 est in effectu] incisum *C* 26 causatae *scripsi*: creatae *ACMN* debet] oportet *N* in se *om.* *CMN*

in causa sua sint in potentia. sed sunt causatae in effectu. ergo in causa sua sunt in potentia.

(14.) Formae corporales quae sunt infusae in substantia, unitae sunt cum illa. et omnia unita singula non habent tantum uirtutis et perfectionis, quantum forma simplex per se. ergo forma quae est infusa in substantia non est in uirtute tanta et perfectione, quanta est forma simplex per se. dehinc praeponam hanc et dicam: quicquid non fuerit quantum aliud in uirtute et perfectione, est simile illi. ergo forma infusa in substantia similis est formae simplici per se. dehinc praeponam hanc et addam: omne simile alicui exemplum eius est. ergo formae infusae in substantia exemplum sunt formarum spiritualium. dehinc addam huic: omne quod est exemplum alterius, imago uel pictura eius est. ergo forma quae est infusa in substantia, imago uel pictura est formae spiritualis.

(15.) Formae sunt simplices. et simplex prius est composito. ergo formae priores sunt his quae componuntur ex eis.

(16.) Omnis forma sustentata in materia diuersificatur in claritate et perfectione secundum diuersitatem materiae quae eam recipit in claritate et perfectione. et quicquid diuersificatur diuersitate rei alterius a se, qualitas formae eius pendet ex illa re secundum cuius diuersitatem diuersificatur. ergo forma spiritualis sustentata in materia pendet ex diuersitate materiae secundum cuius diuersitatem diuersificatur. huic addam hanc: omne cuius forma pendet ex alio, ipsa forma non est forma sibi ipsi.

---

1 sua causa *N* sint *om.* *C* 1—2 sed sunt . . . in potentia *om.* *M* 1 causatae sunt *N*, sunt creatae *AC* 2 sua causa *N* 4 tantum] tamen *N*, *post* perfectionis *transp.* *C* forma] substantia *N* 7 proponam *CMN* 9 uirtute et *om.* *M* simile] substantiae *N* *post* infusa *add.* est *A* 9—10 in substantia *om.* *N* 10 est] esse *A* dehinc] deinde *N* proponam *CN* 11 addam] dicam *A* simile] subs (*i. e.* substantiae?) *N* est exemplum eius *A*, exemplum est eius *M* 12 infusa *M* formarum] forma *N* 13 dehinc] deinde *N* huc *N*, hinc *C* *post* quod *add.* non *A* 14 uel] et *C* 14—15 infusa est *C* 15 uel] et *C* 16 est prius *A* 16—17 est composito, ergo formae priores *om.* *N* 17 his] hi *C* quae] qui *C* eas *N* 19 recipit eam *C*, enim recipit *M* 20 diuersitatem *M* 21 a se] per se *A* qualitas] quantitas *M* dependet *N* 22 diuersificatur *N* 23 in] a *C* 23—25 pendet . . . ipsa forma *om.* *A* 23 *et* 25 pendet] pedet *M* 25 sibi ipsi forma sibi ipsi *M*, sibi ipsi forma *CN*

ergo forma spiritualis sustentata in materia non est forma sibi ipsi. deinde post hanc: omne quod non est in aliquo per se, est patiens ab alio quod est in aliquo per se. ergo forma quae sustinetur in materia est patiens ab alio quod est in aliquo forma per se.

(17.) Omnis substantia spiritualis habet formam; et omnis substantia spiritualis est subtilis. et ex omni subtili fluit forma eius. ergo ex substantia spirituali fluit forma eius. dehinc post hanc: Ex substantia spirituali fluit forma eius. et omne a quo fluit forma eius, ipsa forma reuerberatur ab opposito quod est receptibile illius. ergo forma spiritualis substantiae reuerberatur ab opposito quod est receptibile illius. huic conclusioni addam: et quaecumque forma reuerberatur a suo receptibili, ipsa forma penetrans est suum receptibile et circumdans, quando sua substantia fuerit substantia subtilis. ergo substantiae spiritualis forma penetrat substantiam quae sustinet praedicamenta et circumdat eam. dehinc huic addam: Substantiae spiritualis forma penetrat substantiam quae sustinet praedicamenta et circumdat eam. et forma quae sustinetur in substantia quae sustinet praedicamenta penetrat *et circumdat* illam. ergo forma quae sustinetur in substantia quae sustinet praedicamenta, ipsa est forma substantiae spiritualis.

(18.) Omnis substantia corporalis terminabilis essentia est. et omne quod terminabilis essentia est, non potest extendi ut sit in omni loco. ergo substantiae corporalis essentia non potest extendi ut sit in omni loco. deinde conuersionem huius: Substantia spiritualis non est terminabilis essentia, quia non est quanta,

p. 120,6—28 = Falaqera III, §. 17.

1—2 ergo forma . . . sibi ipsi *om.* *AM* 1—3 spiritualis . . . ab alio quod est *om.* *C* 2 post] pone *A* 2—3 quod non . . . patiens ab alio *om.* *M* 3 quod est in aliquo *om.* *N* alio] aliquo *N* 7 ex *om.* *C* 10 ipsa forma *om.* *C* reuerberatur] repraesentatur uel reuerberatur *M* 11—13 ergo forma . . . receptibile illius *om.* *M* 12 substantiae spiritualis *C* 16 substantiae] substantia *C* 18 dehinc] deinde *MN* huic *om.* *C* 21 et circumdat] *Falaqera:* ומקפת: *om.* *ACMN* 23 forma] formae *A* 24 *et* 25 est essentia *C*; *an* essentiae? *cf.* *127, 15* 26—27 ergo . . . loco *om.* *M* 27 sit in omni loco *om.* *C* conuersione *N* 28 *prius* est *om.* *C*

nec finita. et quod non fuerit terminabilis essentia, eius essentia extenditur et est in omni loco. ergo substantiae spiritualis essentia extenditur et est in omni loco. Deinde praeponam hanc conclusionem et dicam: et omne quod extenditur fluens est, non quiescens. ergo substantia spiritualis fluens est, non quiescens. dehinc dicam: Substantia spiritualis fluens est, non quiescens. et omne quod fluens est, non quiescens, forma eius quiescit, dum corpus inuenit sibi obstans, et ex eo reuerberatur eius forma et actio; sicut lumen solis quod reuerberatur a corpore. ergo substantia spiritualis, quiescit eius forma et reuerberatur a corpore. deinde addam hanc: forma quae sustinetur in substantia corporali, quiescit apud eam et reuerberatur ab ea. ergo forma quae sustinetur in substantia corporali, ipsa est forma quae resultat ex substantia spirituali. Omne quod resultat in aliquo ex aliquo, proprietas eius est ut se expandat super superficiem rei in qua resultat, et ut tegat ne appareat. et forma quae sustinetur in substantia composita expandit se super superficiem substantiae, et tegit eam ne appareat. ergo forma sustentata in substantia composita resultat in ea a substantia alia ab ipsa. deinde huic addam: omne quod resultat in aliquo ex alio ab ipso, est in illo a quo resultat. ergo forma sustentata in substantia composita est in substantia a qua resultat.

19. (19.) Omne quod apparet in substantia composita lineamentorum et figurarum, inflictum est a sua causa. et substantia sim-

---

1 nec] neque *M* 1—2 eius essentia *om.* *C*, essentia (*post* eius) *om.* *N* 2 extendunt *M* 2—3 ergo . . . in omni loco *om.* *A* 3 essentiae *C* proponam *ACN* 4 conclusionem] q. *C* et (*ante* omne) *om.* *C* 5 *ante* non *add.* et *M* ergo] sed *N* 6 *ante* non *add.* et *CM* 6—7 dehinc . . . non quiescens *om.* *C* 7 est *om.* *N* 7—8 et omne . . . non quiescens *om.* *N* 8 *ante* non *add.* et *CM* 11 substantiae *MN* eius *om.* *MN* et *om.* *N* 12 deinde] dehinc *M* 13—14 quiescit . . . substantia corporali *om.* *N* 16 in aliquo *om.* *N* 17 super *om.* *N* rei in qua] relinqua *A* tegat] integrat *M* 18 quae sustinetur *om.* *N* substantia] forma *C* 19 super *om.* *N* eam *om.* *AMN* 20—23 resultat . . in substantia composita *om.* *A* 21 deinde] dehinc *C* 22 in aliquo ex alio] ab alio in aliquo *C*, in aliquo alio (*omisso* ex) *M* 25 liniamentorum *ACMN*, *ut constanter* 26 inflictum *CN*

plex causa est compositae. ergo quicquid lineamentorum et figurarum apparet in substantia composita, inflictum est a substantia simplici. deinde huic addam hanc: quicquid inflictum est ab aliquo in aliud, est in infligente illud. ergo quicquid lineamentorum et figurarum apparet in substantia composita, est in infligente illud. deinde huic addam: substantia simplex est infligens lineamenta et figuras. ergo quicquid lineamentorum et figurarum apparet in substantia composita, est in substantia simplici.

(20.) Figurae et colores et lineamenta, quae fiunt in compositis particularibus, fiunt ex agente substantia. substantia quae sustinet formam elementorum, non est agens. ergo figurae et colores et lineamenta, quae fiunt in compositis particularibus, non fiunt a substantia quae sustinet formam elementorum. ergo fiunt ab aliqua substantia simplici. Istae actiones aut fiunt ab essentia substantiae simplicis, aut non ab eius essentia. Si fiunt a non eius essentia, tunc possibile est ut fiant non ab eius actione. sed non est possibile ut fiant *a* non eius actione. ergo non est possibile ut fiant a non eius essentia. Si autem fiunt ab eius essentia, opus est ut sint in eius essentia. — Similiter dicendum est de figuris et lineamentis uniuersalibus quae fiunt in substantia composita, quod sunt in essentia substantiae infligentis illa.

(21.) Vnum est radix multiplicitatis. substantia simplex est unum.

---

2 inflictum *C* substantia simplici] substantiali *N* 3 deinde] dehinc *M* huic *om.* *M* 3—6 quicquid . . . deinde huic addam *om.* *C* 4 infigente *N* illud] aliud *AN* 5 figurarum et liniamentorum *(cf. ad p. 121,25)* *MN* 6 deinde] dehinc *N* huc *N* 7 figurans *A* 8 composita est in substantia *om.* *N*, in substantia *om.* *M* 10 fiunt (*post* quae)] sunt *C* 11 *alterum* substantia *om.* *CMN* 12—14 non est . . . formam elementorum *om.* *C* 12 ergo] ego *N* et (*ante* colores) *om.* *MN* 13 fiunt (*post* quae)] sunt *A* 14 fiunt] sunt *C* 15 Istae *om.* *C* aut (*ante* fiunt)] autem *C* 15—16 simplicis substantiae *M* 16 eius *om.* *N* si *om.* *N* fiunt] fuerint *A* a non] autem *A*, ab (*omisso* non) *N* 17 essentia eius *M*, eius substantia *C* est *om.* *C* ab] ex *N*, *om.* *AC* actio *N* 18 sed non . . . actione *om.* *C* a *scripsi*: et *AMN* *post* non *add.* ex *N* 19 a non] ante *N* essentia] essentiam *CMN* fiunt] fuerint *A*, fuerit *MN* 20 eius sint in *C*, in *om.* *N* liniamentis et figuris *N* fiunt] sunt *C* 22 substantiae essentia *C* 23 *ante* substantia *add.* in *N* unum est *C*

ergo substantia simplex est radix multiplicitatis. formae quae sustinentur in substantia composita multae sunt. ergo substantia simplex radix est formarum quae sustinentur in substantia composita.

(22.) Multitudo est congregatio unitatum; unitates congregatae diuiduntur in una secundum diuisionem totius in partes. et quicquid diuiditur in aliquid, natura totius est in singulis partibus eius. et una partes sunt multitudinis. ergo natura multitudinis est in singulis unis. et formae quae sustinentur in substantia composita sunt multitudo. ergo formae subsistentes in substantia composita sunt in una forma. forma autem simplicis substantiae una est. ergo formae subsistentes in substantia composita sunt in forma substantiae simplicis.

(23.) Substantia simplex similius est uni quam substantia composita; et forma quae est in substantia composita similior est uni quam substantia composita. ergo substantia simplex similis est formae subsistenti in substantia composita, quia ambae similiores sunt uni. et omnia similia aut similia sunt in genere, aut in specie, aut in accidente, aut in qualitate. sed forma cum substantia simplici non est eiusdem generis aut speciei, et substantia simplex non habet accidens in sua essentia. ergo similitudo eorum non est ex his. ergo sunt similia in modo agendi.

(24.) Quantitas et qualitas duae formae sunt. sed omnis forma fit ex forma. ergo quantitas et qualitas non fiunt a substantia quae eas sustinet. Item. Quantitas et qualitas fiunt ex forma. et praeter substantiam compositam et substantiam simplicem ni-

1 radix est *A* 2 sustinetur *C* 5 unitates] et unitate (*sic!*) *M* 6 diuisionem] dictiones *C* 7 aliquid] aliud *C* 8 eius *om.* *C* 9 singuli *N* 10—12 ergo . . . una est *om.* *C* 10 *ante* ergo formae *lacuna statuenda uidetur; cf. p. 124,4—7* subsistentis *M* 11 in *om.* *A*; 13 ergo formae *om.* *M* sunt] sint *C*, sunt in forma *om.* *N* 14 uni] uno *MN* 16 uni] uno *MN* ergo in substantia simplici *C* 17 est *om.* *N* 18 similiores] similio *M* sunt similia *M* 19 aut (*ante* in qualitatate)] uel *C* quantitate *M* 20 cum] in *AC* est *om.* *M* aut] ante *N* 22 similia sunt *M* 23 agenti *M* 24 *post* sunt *add.* in agendi (*sic!*) *C* 25 quantitas et qualitas] quantitas et quantitas *M* 26 sustinet eas *N* Quantitas et quantitas (*sic!*) *M* 27 substantiam compositam et *om.* *CM*, compositam et substantiam *om.* *N* substantiam (*ante* simplicem)] formam *M*

hil est forma. ergo quantitas et qualitas non fiunt nisi a substantia simplici.

(25.) Quantitas est multitudo. et multitudo composita est ex unis. ergo quantitas composita est ex unis. una autem composita sunt ex uno simplici. ergo quantitas composita est ex uno simplici. unum autem simplex est in substantia simplici. ergo quantitas composita est ex uno substantiae simplicis. unum in substantia simplici est accidens simplex. et accidens compositum compositum est ex accidente simplici. ergo accidens compositum compositum est ex uno substantiae simplicis. Item. Quantitas composita est ex unis. et una composita sunt accidens compositum. ergo quantitas est accidens compositum. huic addam hanc: accidens compositum compositum est ex uno substantiae simplicis. ergo quantitas est composita ex uno substantiae simplicis.

29. (26.) Dicam quod proprietates substantiae simplicis et impressiones sunt in forma quae sustinetur in substantia composita. — Manifestatio huius est haec: Substantia simplex non sentitur nisi in corpore; similiter et forma non sentitur nisi in corpore. et substantia simplex una simplex est in se ipsa; similiter et forma una simplex est in se ipsa. et substantia simplex forma est substantiae compositae; similiter et forma est forma substantiae compositae. et substantia simplex perficit illud cuius est forma; similiter et forma perficit illud cuius est forma. et substantia simplex est penetrans substantiam compositam; similiter et forma est penetrans substantiam compositam. substantia simplex est complectens

---

1 forma] formam *N*, *om.* *A* ergo *om.* *C* et qualitas *om.* *N*, et quantitas *(ut supra p. 123,25 et 26)* *M* 3 est *om.* *C* 3–4 ex unus *(sic!)* *N* 4 ergo . . . ex unis *om.* *C* est composita *M* 7 est composita *M* simplicis substantiae *CN* 8—10 unum . . . substantiae simplicis *om.* *A* 8 unum] unde *N* 10 *alterum* compositum *om.* *C* 12 *post* accidens *add.* est *M* 13 est *om.* *N* 14—15 substantiae ergo . . . simplicis *om.* *AN* 14 composita *om.* *C* 15 simplici *C* 16 Dicam . . . simplicis *om.* *N* 17 sustinetur] subsistit *M*, sustinentur *N* 18 Manifestatio] manifesta ratio *A* haec est *A* 19 in *om.* *M* similiter . . . in corpore *om.* *C* 21 simplex *om.* *C* ipsa *om.* *C* 22 forma est *C*, forma *om.* *N* 23 illud] id *C* 24 similiter et forma *om.* *N* illud] id *MN* 25 penetrans est *C* 26—27 similiter . . . compositam *om.* *N*. 26 penetrans est *M* 27 substantiam] formam *M*

substantiam compositam; similiter et forma. substantia simplex discernit subiectum suum ab alio; similiter et forma discernit substantiam compositam ab alia. substantia simplex restringit partes sui subiecti; similiter et forma restringit substantiam compositam. substantia simplex non est localis; similiter et forma. substantia simplex est mouens et agens; similiter et forma. Deinde praeponam hanc propositionem et dicam quod proprietates et impressiones substantiae simplicis sunt in forma quae sustinetur in substantia composita. et in quocumque fuerint proprietates substantiae simplicis, illud impressum est a substantia simplici. ergo forma quae subsistit in substantia composita impressa est a substantia simplici. — Item secundum alium ordinem. Si proprietates et impressiones substantiae simplicis fuerint inuentae in forma quae sustinetur in substantia composita, debet ut forma quae sustinetur in substantia composita imprimat proprietates ad modum substantiae simplicis. similiter distincte conficiemus de unaquaque proprietate substantiae simplicis propositiones et de proprietatibus formae, et adiungemus argumentationem quae concludat quod forma est ex impressione substantiae simplicis. erunt ergo argumentationes in hoc secundum numerum proprietatum ex quibus fiunt propositiones.

(27.) Omnes duae substantiae oppositae in forma, cum uniuntur, ex unitione earum fit forma diuersa a formis propriis ipsarum substantiarum. Certitudo huius propositionis est manifesta quantum ad sensum; sed quantum ad intellectum fiet hoc

1 et] etiam et *C* 2 ab *om.* *C* 3 substantiam] formam *M* 5 localis] loycalis (*i. e.* logicalis) *A* 6 et agens *om.* *C* 7 et (*ante* forma) *om.* *N* proponam *ACN* hanc propositionem *om.* *N* 9 composita *om.* *M* quacumque *A* 10 fuerit *M* 11—12 ergo . . . substantia simplici *om.* *N* 13 impressiones] pressiones *N* 15—17 quae sustinetur . . . substantiae simplicis *om.* *C et (lacuna hiante) M* 15 sustinetur] subsistit *A* 16—17 imprimat . . . simplicis] impressa sit a substantia simplici *A* 17 distincte *om.* *A* 18 propositionis *N* 19 et (*ante* adiungemus) *om.* *AC* concludit *C* 20 simplicis substantiae *C* 21 in hoc] inde *AC* 22 fiunt] sunt *AN* 23 propositiones] proprietates *N* 24 unione *N* eorum *M* fit] fit sit *M* ipsarum] propriarum *C* 25 substantiarum *om.* *M* propositiones *N* manifesta est *MN* 26 *post* sed *add.* manifesta fiet *MN* fiet] *hic om.* *MN*

modo. Dico quod formae duarum substantiarum unitarum duae sunt. natura duorum est aliud a natura unius. ergo natura duarum formarum quae sunt duarum substantiarum unitarum est aliud a natura uniuscuiusque illarum Item secundum alium ordinem. Omnia opposita, cum coniunguntur, fiunt unum aliquid. sed duo sunt aliud ab uno. ergo omnia duo, cum coniunguntur, fiunt aliud ab uno. dehinc addam huic conclusioni hanc: duae formae coniunguntur. ergo duae formae, cum coniunguntur, fiunt aliquid aliud ab unaquaque illarum. Item alio ordine. Forma quae fit ex coniunctione duarum formarum, necesse est ut sit aut altera, aut neutra illarum. et non est possibile ut sit aliqua illarum, quia impossibile est ut forma pereat. ergo est forma alia ab unaquaque illarum, et non est aliqua illarum. — Postquam uera est propositio quae dicit quod ex unione duarum substantiarum in forma oppositarum fit forma diuersa a formis cuiusque illarum, uerificemus aliam propositionem quae dicit quod substantia simplex unitur compositae substantiae. Et certitudo huius propositionis manifesta est quantum ad sensum hoc modo, quia nos uidemus impressiones naturae et animae in substantia composita ex illis; et certificatur ex hoc unitio et coniunctio istarum substantiarum. sed comprobatio quantum ad intellectum fiet hoc modo. Substantia simplex unius generis est cum substantia composita. et quaecumque sunt eiusdem generis, uniuntur. ergo substantia simplex et substantia composita uniuntur. Item alia argumentatio. Substantia simplex est agens. et aliquid agen-

---

1 duae *om.* *C* 3 substantiarum] formarum *M* 4 est *om.* *M* illarum] earum *N* 5 ordinem alium *C* composita *N* iunguntur *AC* 6 *ante* aliud *add.* unum ab alio *C* 7 iunguntur *C*, coniungimur *N* dehinc] deinde *C* 7—8 huic hanc conclusionem *C* 8 coniungitur *N* 8—9 ergo ... coniunguntur *om.* *N* 9 fiunt cum coniunguntur *C* aliud aliquid *M* 11 aut (*ante* altera *et ante* neutra)] uel *C* 12 aliqua] altera *C* 13 illarum] earum *N* 13—14 et ... illarum *om.* *C* 14 *post* illarum *add.* quia impossibile est *N* 16 a *om.* *N* cuiusque] cuius est *N* illarum] earum *N* uerificamus *C* 18 substantiae compositae *C* 18—19 est manifesta *N*, certa est *M* 22 sed cum probatio *MN* fit *M* 23 simplex *om.* *C* est unius generis *M*, unius est generis *N* substantia *om.* *MN* et *om.* *M* 24 *post* quaecumque *add.* quae *M* eiusdem] unius *N* 24—26 ergo ... uniuntur *om.* *N* 26 aliquod *MN*

tium unitur rei quae recipit actionem eius. ergo aliqua substantiarum simplicium unitur rei recipienti actionem eius. deinde praeponam hanc et adiungam: sed substantia composita recipit actionem substantiae simplicis. ergo aliqua substantiarum simplicium unitur substantiae compositae. Item alia argumentatio. Forma substantiae simplicis fluit necessario. et omne quod fluit necessario, unitur rei quae sibi est opposita. ergo forma substantiae simplicis unitur rei obstanti. huic praepositae adiungam hanc: substantia composita opposita est simplici. ergo forma substantiae simplicis unitur cum substantia composita. Item alia argumentatio. Substantia simplex continet substantiam compositam. et omne quod continet aliud, unitum est ei quod continet. ergo substantia simplex unita est compositae. Item alia argumentatio. Substantia simplex est interminabilis essentiae. et omne quod est interminabilis essentiae, essentia eius extensa est. ergo essentia substantiae simplicis extensa est. et adiungam huic conclusioni: omne cuius essentia extensa est, essentia eius ubique est. ergo essentia substantiae simplicis ubique est. et omne cuius essentia ubique est, unitum est cum omni quod locus comprehendit. ergo essentia substantiae simplicis unita est cum omni quod locus comprehendit. sed substantia composita est omne id quod locus comprehendit. ergo essentia substantiae simplicis unita est cum essentia substantiae compositae. Item alia argumentatio. Substantia simplex appetit, quod habet in potentia exire in effectum. omne quod appetit, quod habet in potentia educere in effectum, effectus eius non apparet nisi in aliquo subiecto. ergo effectus substantiae simplicis apparet in aliquo subiecto. et cuius-

3 proponam *ACN* et *om.* *C* sed] si *A* 6—8 fluit . . . substantiae simplicis *om.* *C* 7 quod fluit necessario *om.* *N* quae] dune *N* opposita est *N*, est composita *M* 8 obstanti] quae sibi est obstanti *(sic!)* *M* 9 praepositae] propositae *C* 10 *ante* simplici *add.* substantiae *C* 12 oppositam *(sic!)* substantiam *C* 13 ei *om.* *N* 17 hanc conclusionem *C*, huc conclusionem *N* 19 et omne . . . ubique est *om.* *N* essentia] contrarium *A* 20—21 ergo . . . locus comprehendit *om.* *AC* 20 essentiae *N*, *post* essentiae *add.* est *M* substantiae *om.* *M* 23 substantiae simplicis essentia *C* est unita *N* 25 appotit *(sic!)* *C* effectu *MN* 26 habet *om.* *M* 27 in (*ante* aliquo) *om.* *C* subiecto aliquo *C* 27—28 ergo effectus substantiae simplicis apparet in aliquo subiecto *om.* *N*

cumque effectus apparet in aliquo subiecto, illud unitur ei. ergo substantia simplex unitur cum subiecto suae actionis. sed substantia composita est subiectum suae actionis. ergo substantia simplex unita est cum substantia composita. — Et postquam certa est propositio dicens quod substantia simplex et substantia composita unitae sunt, praeponam eam et addam ei hanc propositionem: omnia duo unita, fit ex coniunctione eorum forma aliud a forma uniuscuiusque eorum; et haec est propositio quam superius uerificauimus. ergo ex coniunctione substantiae simplicis et substantiae compositae fit forma aliud a forma cuiusque earum. deinde huic addam hanc: figurae uires motus, quae inueniuntur in substantia composita, sunt formae aliud a forma essentiae substantiae simplicis et a forma essentiae substantiae compositae prius. ergo ex coniunctione substantiae simplicis et substantiae compositae fiunt figurae uires motus, quae inueniuntur in substantia composita.

21. (28.) Formae quae inueniuntur in substantia composita egredientes sunt in effectum et apparentes sensui. et omnis substantia simplex, cum unita fuerit substantiae compositae, formae quae intelligebantur in ea egredientur de potentia in effectum et apparebunt sensui. ergo formae quae inueniuntur in substantia composita egrediuntur in effectum et apparent sensui, quando unita fuerit substantia simplex cum composita.

(29.) Omnis substantia corporea sensibilis est. et in omni sensibili quaecumque impressiones inueniuntur, sensibiles sunt. ergo omnes impressiones quae inueniuntur in omni substantia

---

1 subiecto aliquo *C* illud] aliud *N* 4 unita est] unitur *M* 5 propositio] probatio *C* 6 sunt unitae *N* praeponam *scripsi*: proponam *ACMN* 7 coniunctione] commixione *(sic!)* *C* 8 earum *MN* est *om.* *C* 9 propositio] probatio *C* superius] *cf. pg. 125,25—126,14* 10 a] ad *N* 11 huic *om.* *C* 12 *ante* motus *add.* et *C* 13 substantiae *om.* *CN* a *om.* *C* 14—15 compositae ... coniunctione substantiae *om.* *N* 14 prius] primis *M* 15 fiunt *om.* *C* uires figurae *C* 16 quae] qui *AM* 17 *Amplonianus caput 21. incipit a uerbis v. 4* Et postquam Formae ... composita *om.* *N* 18 effectu *MN* 19 fuerit] fiunt *N* 20 egrediebantur *C* in] ad *C* apparebant *M* 22 effectu *MN* et apparent sensui *C* 23 cum] est *MN* 24 est *om.* *C* in *om.* *ACM* omni] modi *M* 25 *ante* inueniuntur *add.* quae *N* 25—26 sensibiles ... inueniuntur *om.* *N*

corporea, sensibiles sunt. Item. Impressiones substantiae simplicis inueniuntur in substantia corporea. sed omnes impressiones quae inueniuntur in substantia corporea sensibiles sunt. ergo omnes impressiones substantiae simplicis in substantia composita sensibiles sunt. deinde conuertam hanc et faciam propositionem: omne quod est sensibile in substantia corporea, est impressio substantiae simplicis. Omnes formae quae inueniuntur in substantia corporea sensibiles sunt. et omne quod fuerit sensibile in substantia corporea, est impressio substantiae simplicis. ergo omnes formae quae inueniuntur in substantia composita impressiones sunt substantiae simplicis.

22. (30.) Substantia composita causata est. et omnes formae quae apparent in omni causato impressae sunt a sua causa. ergo omnes formae et impressiones quae apparent in substantia composita impressae sunt in ea a sua causa. ergo omnes formae et impressiones quae apparent in substantia composita impressae sunt in ea a sua causa. substantia simplex causa est substantiae compositae. ergo omnes formae et impressiones quae apparent in substantia composita impressae sunt a substantia simplici.

(31.) Forma omnis causati est in sua causa. sed substantiae simplices causae sunt substantiarum compositarum. ergo formae substantiarum compositarum sunt in substantiis simplicibus.

(32.) Substantia simplex causa est agens substantiae compositae. et quicquid fuerit alii causa agens, imprimit in eo quod est in sua essentia. ergo substantia simplex imprimit in substantia composita quod est in sua essentia. deinde praeponam hanc et dicam: Substantia simplex imprimit in substantia composita

---

1—2 Item ... substantia corporea *om.* *M* 1—2 simplicis substantiae *C* 2—3 sed omnes ... substantia corporea *om.* *A*, *post v. 1*: in omni substantia corporea *transponit* *M* 3—4 sensibiles sunt *om.* *M* 5 sunt sensibiles *C*, sunt *om.* *A* 5—6 deinde ... propositionem] deinde addam hanc propositionem et dicam *C* 6 quod est] quodque *N* 7 Omnis *N* 8 inuenerunt *C* 8—9 sensibilis ... corporea *om.* *N* 11 simplicis] compositae *A* 12 est causata *M*, creata est *ACN* et *om.* *C* 13 causato] creato *ACN* 13—15 ergo ... causa *om.* *C* 17 est causa *C* 18—19 et impressiones ... composita *om.* *N* 20 impressae] impressione *N* a] in *C* 21 causati] creati *C* in *om.* *C* 22 causae] causa *M* 25 et] in *N* 27—130,1 deinde ... in sua essentia *om.* *C* 27 proponam *N*

quod est in sua essentia. et substantia simplex imprimit in substantia composita figuras uires motus. ergo figurae uires motus sunt in substantia simplici.

(33.) Motus est impressio animae. et motus in substantia composita est. ergo impressio animae est in substantia composita.

(34.) Diminutum creatum est a perfecto. et substantia composita diminuta est a substantia simplici. ergo substantia composita creata est a substantia simplici.

(35.) Anima mobilis est. et mobile causa est quieti. ergo anima causa est quieti. substantia composita quieta est. ergo anima causa est substantiae compositae. substantia composita et formae quae sustinentur in ea sunt inuenta simul. ergo anima causa est substantiae compositae et formae subsistentis in ea simul.

(36.) Omnis substantia corporea recipiens est tantum et composita tantum; sed substantia spiritualis est recipiens et agens, et simplex quodammodo et composita quodammodo. et quod est agens et recipiens, et simplex et compositum, ipsum est receptibile multarum formarum. et quod est receptibile multarum formarum, ipsae multae formae sunt in eo in potentia. ergo in substantia simplici sunt multae formae in potentia. et omne in quo fuerint multae formae in potentia, illud extrahet illas formas de potentia in effectum. ergo substantia simplex formarum quae sunt in ea in potentia eductrix est in effectum.

(37.) Debet necessario ut omnis causa sit imprimens figuras suas et formas in suo causato. et nullum impressum est tale quale id a quo imprimitur in fortitudine et perfectione. ergo debet

---

2 *ante* motus *add.* et *AN* 3 *ante* motus *add.* et *AMN* 6 creatum] causatum *N* et *om.* *AN* 8 substantia (*ante* simplici) *om.* *AMN* 9 mobile *C* 10 est causa *A*, est causa est *N* 9—10 ergo anima causa est quieti *om.* *CN* 10 est quieta *C* 11 13 Substantia . . . substantiae compositae *om.* *C* 12 forma *M* sustinentur] *om.* *N*, *lacuna hiante, in qua manus recentissima inscripsit* sunt 13 est *om.* *N* 15 est *om.* *C* 16 spiritualis] simplex *MN* 17 et composita quodammodo *om.* *C* 19 *prius* multarum *om.* *N* 19—20 et quod . . . formarum *om.* *C* 19 est *om.* *N* 20 ipsae] apud *M* sunt formae *N* 21 sunt *om.* *A* multae] unitae *C* 21—22 et omne . . . potentia *om.* *AC* 22 extrahit *N* 23 illas] ipsas *A* effectu *M* substantia *om.* *N* 24 forma *N* 25 Debet] Oportet *N*, *sed in margine add.* a(lias) l(egitur) debet 27 in] et *M*, *sed in marg. correctum* debet] oportet *N*

necessario ut causa sit plurium figurarum et formarum quam causatum suum. et substantia simplex causa est compositae. ergo debet necessario ut substantia simplex sit plurium figurarum et formarum quam substantia composita. Item alio ordine. Substantia composita causatum est substantiae simplicis. et causatum est pauciorum figurarum et formarum quam causa eius. ergo substantia composita pauciorum figurarum et formarum est quam substantia simplex. Item alio ordine. Substantia simplex si esset tantum unius figurae et unius formae, causatum eius esset plurium formarum et multarum figurarum. sed causatum non est plurium formarum et figurarum quam causa. ergo substantia simplex non est tantum unius figurae et unius formae. — Omne cui non fuerit una figura tantum quae ipsum retineat, possibile est ipsum figurari omnibus figuris. et omne quod figuratur omnibus figuris, in essentia eius est omnis forma. et substantia simplex figuratur omnibus figuris. ergo omnis forma est in essentia substantiae simplicis.

(38.) Omne quod est receptibile multarum formarum non habet in se unam formam quae sit ei propria. et substantia simplex, sicut anima intelligentia natura materia, receptibilis est multarum formarum. ergo nulla illarum habet in se formam quae sit ei propria.

(39.) Substantia simplex spiritualis habilior est ad colligendum in se multas formas, quam substantia composita corporalis. et substantia corporalis et figura corporalis collectrices sunt multarum formarum et figurarum.

p. 131, 18—22 = Falaqera III, §. 18.

1 *ante* causa *add.* omnis *C* causa sit *om. M* et formarum *om. AM* 2—3 causa est . . . substantia simplex *om. M* 3 debet] oportet *N* substantia] causa *N* 5 causatum (*post* composita)] creatura *C* 6 causatum est] causatum est causatum *N* paucorum *N* 7 formarum et figurarum *A* 8—9 Si substantia simplex *M*, simplex *om. N* 10 *post* eius *add.* non *C* plurimum formarum et figurarum multarum *A*, plurium figurarum et multarum formarum *M* 11 plurium figurarum et formarum *CMN* 12—13 unius formae et unius figurae *C* 13 *ante* Omne *add.* Item *A* cui] quod *N* 14 retineat possibile et ipsum *om. N* 14—16 et omne . . . omnibus figuris *om. C* 17 in *om. C* substantiae] forma substantiae *N* 19 simplex *om. M* 20 intellectiua *C* illorum *M*, eorum *N* 23 colligendum] intelligendum colligendum *M* 25 corporalis substantia *AN* 26 *excidit conclusio*

23\. (40.) Quicquid deprehenditur in effectu in aliqua rerum, illud erat in potentia, antequam prodiret in effectum. et formae quae sunt in substantia composita sunt in ea in effectu. ergo erant in potentia, antequam prodirent in effectum.

(41.) Vis uniuersalis colligens uires animae habilior est ad sustinendum multas formas quam aliqua suarum uirium. et uis uisibilis ex uiribus animae sustinet multas formas. ergo anima uniuersalis habilior est ad sustinendum multas formas quam uis sensibilis. — Si sensus est uis colligens formas sensibiles, debet ut anima sit substantia colligens collectionem formarum. et uis sensus est colligens formas sensibiles. ergo substantia animae colligens est collectionem formarum. — Omnis substantia quanto magis fuerit simplex et subtilis, tanto magis erit colligens formas, sicut anima, intelligentia, materia prima. et substantia animae subtilior est et simplicior substantia composita. ergo substantia animae magis est colligens formas quam substantia composita. — Omnis substantia quae capit collectionem formarum, omnes formae sunt in essentia eius simpliciter, sicut materia et intelligentia et anima capit omnes formas quae sustinentur in substantia composita. ergo omnes formae sunt in essentia animae.

(42.) Si intelligentia apprehendit spiritualitatem rerum, tunc ipsa apprehensio fit similitudine. ergo est similis uirtuti cuiuslibet rei. et si est similis uirtuti omnis rei, in ipsa est forma omnis rei. — Similiter de anima.

(43.) Intelligentia et anima scientes sunt omnium rerum. et

---

p. 182,26—183,6 = Falaqera III, §. 19.

---

1 rerum] re *C* 2 effectu *CMN* et *om.* *C* 4 effectu *MN* 6 suarum] substantiarum *M* 7 uisibilis] sensibilis *A* 7 multas formas sustinet *C* multa *N* 8 uniuersalis] utilis *C* sustinendas *A* 9—10 formas . . . colligens *om.* *N* 10 debet *om.* *C* substantia *om.* *AN* 11 colligens est *A* fomas *(sic!)* *N* 12 substantiae *C* 13 magis *om.* *C* 14 intellectiua *C*, intellecta *N* 15 prima] propria *M* simplicior et subtilior est *C* et] et etiam *A* 18 capit] colligit *C*, capud *(sic!)* *N* 19 simpliciter] simplex *A* intellectiua *C* 20—21 formas . . . ergo omnes *om.* *N* 22 intellectiua *C* 22—23 apprehendat *C* 23 est similis] etiam substantiae *N* uirtutis *C* 24 similis] fb'f *N* omnis] cuiuslibet *A* omnis . . . est forma *om.* *N* 24—25 in ipsa . . . rei *om.* *C* 26 Intellectiua *C* scientes] sciente *M*

scientia est subsistentia formae rei scitae in anima et intelligentia. ergo in anima et intelligentia sunt subsistentes formae omnium rerum. et subsistentia formarum in illa est unitione. ergo omnes formae unitae sunt cum intelligentia et anima. et unitio est similitudine. ergo omnes formae similes sunt intelligentiae et animae.

(44.) Intelligentia et anima concipiunt scientiam ex formis rerum. et omne concipiens aliquid, non concipit nisi per suam formam. ergo intelligentia et anima concipiunt formas rerum per suas formas, et scientia earum de formis rerum est ex unitione suarum formarum cum formis rerum. ergo intelligentia et anima uniunt formas suas cum formis rerum. et omnia quae uniuntur similia sunt. ergo formae intelligentiae et animae similes sunt formis rerum.

(45.) Res sensibiles sunt in anima simpliciter, hoc est, quia formae earum sunt in illa sine suis materiis. similiter formae rerum sunt in intelligentia simplicius et communiori esse. ergo formae inferiores debent esse ut omnes sint in formis superioribus, gradu post gradum, donec perueniatur ad formam uniuersalem in qua est collectio omnium formarum; excepto hoc quod illae formae sunt in non-loco, istae uero in loco, *illae* sunt unitae unitione substantiae spiritualis, et istae sunt dispersae dispersione substantiae corporalis.

---

p. 183,15–23 = Falaqera III, §. 20.

---

1 subsistentia *om.* *C* forma *C* intellectiua *C* 2 et in intelligentia *MN*, et intellectiua *C* sunt *om.* *N*, *lacuna hiante; add. man. recentissima* subsistentes] sustinentes *C* 3 subsistentiae *N* est] cum *M* 4 cum] in *A* intellectiua *C* 4—5 unitio est] unitione *ACM* 5 omnes *om.* *CN* 5—6 intellectiuae et animae *C*, animae et intelligentiae *M*, et *om.* *A* 7 intellectiua *C* concipiunt] constituit *C*, conficiunt *MN* 8 concipiens aliquid] constituens aliquid et conficiens *C*, concipiens uel conficiens aliquid *M*, conficiens aliquid uel concipiens *N* concipit] conficit *CM* 9 intellectiua *C* 10 eorum *C* 11 intellectiua *C* 13 ergo] et *C* intellectiuae *C* 14 formis *om.* *N* 16 eorum *N* 17 in *om.* *CN* intellectiua *C* 17—18 ergo debet (oportet *N*) esse ut omnes formae inferiores sint *MN* 18 sint] sunt *C* 19 gradu post gradum] gradus *C* peruenit *M* uniuersalem *om.* *MN* 20 hoc *om.* *C* 21 illae (*ante* formae)] ipsae *AMN* illae (*ante* sunt) *scripsi*: ipsae *ACMN* 22 dispersae sunt *N* unitione] unione *C* 23 substantiae] essentiae substantiae *ACN*

24. (46.) Anima sensibilis apprehendit formas sensibiles sine apprehensione materiarum quae sunt subiectae illis; et hoc non fit nisi quia materia est extra essentiam animae, et formae sunt in essentia animae. unde praeponam et dicam quod, si anima non apprehendit materiam quae sustinet formas, ideo quia est extra essentiam eius, debet ut formarum, quae sunt in essentia eius, sit eius apprehensio. et anima non apprehendit materiam, quia est extra essentiam eius. ergo apprehendit formas, quia sunt intra essentiam eius.

(47.) Si formae sensibiles non essent similes animae, anima non reciperet illas, nec ipsae subsisterent in ea. sed anima recipit has formas, et subsistunt in ea. ergo sunt similes illi.

(48.) Formae sensibiles quae sunt in substantia composita sunt in anima simpliciter; hoc est, quia formae sunt in illa exspoliatae a suis materiis. similiter sunt in intelligentia, sed simplicius. sed substantia animae altior est quam substantia quae sustinet formas sensibiles. ergo debet esse ex hoc ut formae inferiores sint in substantiis altioribus.

(49.) Formae quae sunt in substantia composita sunt sensibiles animae in effectu. et omne quod est in effectu, prius fuit in potentia. ergo formae quae sunt in substantia composita in effectu, prius fuerunt in substantia animae in potentia. et omne quod est in potentia, spirituale est quantum ad id quod est in effectu. ergo formae quae sunt in substantia animae in potentia, spirituales sunt quantum ad formas quae sunt in effectu. sed formae quae sustinentur in substantia composita, in effectu sunt. ergo formae quae sunt in

1 sensibiles formas *M* comprehensione *CN* 2 materiarum *om.* *N* illis *om.* *C* 4 proponam *N* quod] quia *M* 5 non *om.* *N* comprehendit *N* 6 debet] sed *A*, oportet *N* formarum *post* *r.* 7 apprehensio *transponit* *N* quae sunt in essentia eius *hic om.* *MN* 7 *post* apprehensio (apprehensio formarum *N*) *add.* quia sunt in essentia eius *MN* 8 formam *C* quia] quae *A* 11 ipsae *om.* *AC* subsisteret *C* 13 sunt (*post* quae)] subsistunt *N* 15 in *om.* *ACN* intellectiua *C* 16 est altior *M* 17 debet] oportet *N* ut] quod *C* *post* formae *add.* sensibiles *C* 18 sint] sunt *CMN* 20 animae] causae *AC* effectu (*ante* prius)] effecto *N* fuit, prius *N* 22 fuerunt] erant *AC* substantia] essentia *ACM* in potentia *om.* *AC* 25 *post* animae *add.* sunt *A* 26 sunt in effectu sed formae quae *om.* *M* 26—135,2 in effectu . . . substantia composita *om.* *M*

substantia animae in potentia, spirituales sunt quantum ad formas quae sustinentur in substantia composita.

(50.) Si substantia intelligentiae et animae resoluunt formas quae sustinentur in substantia composita, et sustinent eas in se ipsis exspoliatas a substantia quae eas sustinet, debet ut ipsae formae sint in essentia cuiusque illarum. et anima et intelligentia resoluunt formas quae sustinentur in substantia composita. ergo sunt in essentia cuiusque illarum.

(51.) Si forma particularis sustentata in materia particulari fuerit subsistens in substantia animae particularis exspoliata a materia quae eam sustinet, debet etiam ut forma uniuersalis quae sustinetur in materia uniuersali, scilicet forma quae sustinetur in substantia composita, sit sustentata in substantia animae uniuersalis exspoliata a materia uniuersali, hoc est substantia composita quae eam sustinet. similiter dicendum est de formis animae uniuersalis quae sustinetur in alia substantia quae est altior illa, donec perueniatur ad substantiam primam quae omnia sustinet; quia si forma particularis sic est, etiam forma uniuersalis similiter erit.

(52.) Si omni est materia spiritualis et forma spiritualis, debet ut haec inueniantur in omni; et si fuerint inuenta in omni, debet ut sit in unaquaque substantia corporali materia spiritualis, et in unaquaque forma corporali forma spiritualis. ergo debet ut in colore corporali et figura corporali *sit* color spiritualis et

---

3 Si] sed *A* animae et intelligentiae *M*, intellectiuae et animae *C* soluunt *N* 5 expoliatis (*cf. ad. p.* 43, 3) *C* debet] oportet *AN* formae] substantiae *M* 6 cuiusque *om.* *C* illarum] earum *N* intellectiua *C* 11 debet] oportet *N* etiam] et *C* uniuersalis] utilis *C* 12 in materia . . . quae sustinetur *om.* *N* scilicet] in *C*, et *M* 13 in substantia *om.* *N* animae] ante *N* 15 est *om.* *C* 16 substantia alia *M* quae est] quaeque *N* 20 omni] enim *A* et forma spiritualis *om.* *N* spiritualis] substantialis *C* debet] oportet *N* 21 inueniatur *C* debet] oportet *AN* 22 in unaquaque . . . spiritualis et *om.* *N* unaquaque] utrasque *A* substantia *om.* *M* corporalis *A* *ante* materia *add.* et *A* 23 unaquaque formarum *N* forma (*ante* spiritualis) *om.* *C* debet ergo *M*, ergo oportet *AN* 24 et figura corporali *om.* *C* sit *addidi*: *om.* *ACMN*

figura spiritualis; et debet ut color spiritualis et figura spiritualis subsistant in substantia spirituali.

(53.) Formae corporales defluxae sunt a spiritualibus formis. et quicquid est defluxum ab aliquo, exemplum est eius a quo effluit. ergo formae corporales exemplum sunt spiritualium.

(54.) Quicquid emanat ab aliqua origine, circa originem colligitur, sed procul ab origine dispergitur. sed formae sensibiles colliguntur in substantiis spiritualibus, et disperguntur in substantiis corporalibus. ergo formae sensibiles deriuatae sunt a substantiis spiritualibus, et sunt magis circa suam originem in substantiis spiritualibus quam in corporalibus.

(55.) Formae dispersae in substantiis corporalibus collectae sunt in spiritualibus. et quicquid dispersum est in aliquo, collectum est circa suam originem. ergo substantiae spirituales origo sunt formarum quae sunt dispersae in substantiis corporalibus.

(56.) Substantiae spirituales collectiuae sunt formarum sensibilium. et omnis origo collectiua est eius cuius est origo. ergo substantiae spirituales origo sunt formarum sensibilium.

(57.) Quicquid deriuatur ab aliqua origine, collectum est apud suam originem. et formae sensibiles collectae sunt in substantiis spiritualibus. ergo formae sensibiles deriuatae sunt a substantiis spiritualibus.

(58.) Formae sensibiles colliguntur. et quicquid deriuatur ab origine, colligitur. ergo formae sensibiles deductae sunt ab

---

1 figura spiritualis] figura specialis *N* 1–2 et debet ... figura spiritualis *om.* *AC* 1 debet] oportet *N* 2 subsistat *M* spirituali] corporali *AC* 4–5 exemplum ... formae corporales *om.* *N* 4 est *om.* *M* 5 effluit] defluit *M* sunt *om.* *N* 6 emana *N* 8 spiritualibus] alibus *N* in] a *AC* 10 *post* magis *add.* unitae *A* circa] contra *A* 12 Formae ... corporalibus *om.* *N* collectae] collectiuae *N* sunt *om.* *N* 13 est dispersum *AM* collecta *A* 14 circa] contra circa *C* 15 forma *N* 17 formarum] substantiarum *A* 18 collecta *M*, collectam *N* (*compendio* collectā, *i. e.* collectiua, *perperam intellecto*) cuius] cui *AN* 19 spiritualis *N* sunt origo *C* forma *N* 20 deriuatur] deriuatum est *N* collectiuum *N* 21 sunt collectae *C* 25 formae *om.* *C*

origine. et omne deriuatum ab origine colligitur circa originem. ergo formae sensibiles colliguntur circa suam originem. et formae sensibiles colliguntur circa substantias spirituales. ergo substantiae spirituales origo sunt formarum sensibilium.

(59.) Quicquid est origo alicui, ipsum unitum est ei unitione essentiali. et formae sensibiles unitae sunt in spiritualibus unitione essentiali. ergo substantiae spirituales sunt origo formarum sensibilium.

(60.) Formae sensibiles unitae sunt in spiritualibus substantiis unitione essentiali. et quicquid est in quo uniuntur aliqua unitione essentiali, ipsum est origo illorum. ergo substantiae spirituales origo sunt formarum sensibilium.

(61.) Substantia simplex, sicut anima et intelligentia, apprehendit essentias formarum sensibilium per se ipsam. et quicquid apprehendit essentiam alicuius per se ipsum, essentia eius unita est cum essentia illius. ergo essentia substantiarum simplicium unita est cum essentia formarum sensibilium. deinde hanc praeponam: Essentiae substantiarum simplicium et formarum sensibilium unitae sunt. et omnes duae essentiae unitae sic sunt quasi una. ergo essentia substantiarum simplicium et essentia formarum sensibilium sunt una. deinde praeponam hanc et dicam: Essentia substantiae simplicis et formarum sensibilium una est. et omne quod fluit ab aliquo, essentia illius et eius a quo fluit una est. ergo formae sensibiles effluxae sunt ab essentia substantiae simplicis.

(62.) Vnitio formarum rerum multo maior est in forma intelligentiae quam unitio earum in formis ceteris. et quicquid de-

1 colligetur *C* 2 originem suam *C* 5 est unitum *C*, est initium *M* 6 in *om. C* unitione] unitae *A* 7 spirituales] simplices *AC* origo sunt *C* 9 substantiis spiritualibus *C*, substantiis *om. N* 10 *bis* unione *M* 13 intellectiua *C* comprehendit *C* 14 essentias formarum] omnes formas *A* se *om. C* ipsas *C* 15 ipsam *N* 17 sensibilium] simplicium *A* 18 proponam *CN* Essentia *ACN* 19 essentiae] formae *N* 20 *post* simplicium *add.* et essentia formarum substantiarum simplicium *A* 21 essentia (*ante* formarum) *om. M* proponam *CN* 22 hanc *om. C* 23—24 ab aliquo . . . a quo fluit *om. N* 23—24 eius et illius *C* 25 substantias *om. C* 26 rerum *om. C* maior] minor *MN* intellectiuae *C*, intellectus *N* 27 ceteris formis *CM*

riuatum est ab aliqua origine, circa suam originem unitius est quam longe ab ea. ergo forma intelligentiae origo est collectionis omnium formarum.

(68.) Omnis forma quae fit ab anima in aliqua hyle, non fit nisi prius sit in anima spiritualiter, et per ipsas formas spirituales sunt formae corporales. anima autem adinuentrix est formarum et figurarum corporalium quae sustinentur in hyle. ergo hae formae et figurae sunt in anima spiritualiter.

25. Dixit Magister: Iam proposuimus quantum possibile fuit probationes significantes quod formae quae sustinentur in substantia composita sunt impressae in hac substantia a substantia simplici quae est altior illa; et manifestum est ex aliquibus probationum quod hae formae habent esse in essentia substantiae simplicis imprimentis eas, et quod fluunt et adueniunt ab ipsa substantia. et ostensum est hoc secundum compositionem; et adhuc etiam postea manifestabimus secundum resolutionem, hoc est, resoluendo impressiones quae sunt in substantia composita et praesignando per unamquamque illarum substantiam simplicem quae proprie imprimit illam, quia, cum hoc fecerimus, sciemus quot sunt substantiae simplices ligatae cum substantia composita quae imprimunt in ea lineamenta et figuras eius.

D. Iam praedictum est ex omnium collectione probationum quas praemisisti quod formae sensibiles quae sustinentur in substantia composita sunt in essentia substantiae simplicis quae imprimit illas; et praedictum est etiam quod hae formae sunt collectae in essentia animae et intelligentiae, et quod fluunt ab eis;

---

1 unitius] minus *C* 2 intellectiuae *C* 4 aliqua] anima *N* hyle] prole *C* fit *om.* *C* 5 prius sit in *om.* *N* spirituales] sensibiles *A* 6 corporales] spirituales *A* est *om.* *N* 8 formae hae *N* 9 Dixit magister] M. *AC*, Dixit D. *M* praeposuimus *M* significantes] figurantes *N* 11 a substantia *om.* *M* 12 manifestum] materia *N* aliquibus] omnibus *C* 14—15 eas et quod . . . secundum compositionem] potius capitulo est huius compositionem *A* 15 hoc *om.* *N* 16 postea *om.* *A*, *post* manifestabimus *transp.* *C* 18 unamquaque *M* 20 quot] quod *CN*, quae *M*; *cf. infra cap.* 45 21 ligatae *om.* *M* 23 omnium] omni *AMN* 25 substantiae *om.* *N* imprimit] in primum *M* 26 etiam *om.* *AM* collectae sunt *M*, siue sunt collectiuae *N* 27 intellectiuae *C* 27—139,1 et quod . . . et intelligentiae *om.* *A* 27 quod] quae *C*

et posuisti signum in hoc apprehensionem animae et intelligentiae ad omnes has formas. ergo manifesta mihi quomodo est possibile ut formae sensibiles, sicut quantitas continua, figura et color et qualitates primae, sint collectae in essentia substantiae simplicis, et apprehensio substantiae simplicis ad omnes has formas quomodo est facta signum quod sunt collectae et subsistentes in illa, quia apud me nihil est inconuenientius hac dictione quae dicit quod formae huius sensibilis mundi, cum sint magnae et multae, sint in substantia animae et intelligentiae. patefac mihi hoc etiam, in quantum possibilius est tibi manifestare illud.

M. Est certum apud te ex probationibus quae praecesserunt quod formae sensibiles impressae sunt a substantia simplici?

D. Valde certum est hoc mihi.

M. Postquam haec substantia est imprimens has formas, non potest esse quin sit aut imprimens tantum quod est in essentia eius, aut imprimens quod est in sua essentia et essentia substantiae compositae, aut imprimens quod in sua essentia non est. *Sed non est imprimens quod in sua essentia non est.* si enim imprimit quod in sua essentia non est, non erit certum ut sit imprimens, quia imprimens est qui attribuit impresso quod habet in sua essentia. Et etiam. Si substantia simplex imprimeret quod non est in sua essentia, non posset eius actio esse impressio; et esset creatrix ex nihilo sed creator ex nihilo non est nisi factor primus altus et sanctus.

1 in hoc] ad hoc *N* et *om. C* intellectiuae *C* 2 has omnes *C* manifesta] manifestum est *M* 3 sicut] *C*, ut sint *N* continua *om. C* 4 qualitates] quantitates *M* sint] sunt *AC* collectae] collectione *N* 4—6 in essentia ... quod sunt collectae *om. N* 4—5 in essentia simplicis substantiae *A* 5 et apprehensio substantiae simplicis *om. M* apprehensio] comprehensio *C* has *om. M* 7 hac *om. C* 9 sint (*ante*) in *om. C* intellectiuae *C* 14 mihi hoc *MN* 15 haec] hoc *N* est haec substantia *C* formas has *C*, illas formas *M* 16—17 aut imprimens . . . essentia eius *om. AN* 16 tantum quod] *an* quod tantum? *cf. p. 140,19—20* 17 *post* eius *fortasse* aut imprimens quod est in essentia substantiae compositae, *uel similia, exciderunt; cf. p. 140,1—2* 17, 18, 19 essentia sua *N* 19 *uerba* Sed non est imprimens quod in sua essentia non est *addidi*: *om. ACMN* 21 ut] quod *N* imprimens (*ante* est)] imprimes *N* qui] quod *N* attribu (*erasis duabus litteris*) *N* 22 essentia sua *N* 24 esse] fieri *C* creatrix] creatio *MN* 24—25 sed creator ex nihilo *om. N* creator] creatrix *C* ex nihilo] uero *A* non est *om. C* primus factor *A* altus et sanctus] sanctus et excelsus *C*

D. Sit ergo substantia simplex imprimens id quod est in substantia composita.

M. Essentia substantiae compositae non habet formam, ideoque imprimitur a substantia simplici; quia si haberet formam, aut esset receptibilis eius, aut non. si autem fuerit receptibilis eius, et impossibile est ut eam a se ipsa recipiat, debet ut sit receptibilis eius ab alio a se. si autem non fuerit receptibilis eius, ipsa et essentia eius essent unum; et tunc forma esset ipsa substantia, et substantia ipsa forma, quod est inconueniens; sed omnino substantia iam erat subiecta et recipiens, et ante esse formam in ea non habebat nisi possibilitatem recipiendi eam ab alio. — Et secundum hunc modum destruetur etiam dictio quod substantia simplex est imprimens quod est in sua essentia et essentia substantiae compositae. — Et postquam destructa fuerit dictio quod substantia simplex est imprimens quod non est in sua essentia, et dictio quod substantia simplex est imprimens quod est in sua essentia et essentia substantiae compositae: necessarium faciet tibi probatio ut dicas quod substantia simplex non imprimit nisi quod habet in sua essentia tantum.

D. Vide quod, si probatio necessarium fecerit mihi dicere quod formae sensibiles sunt in essentia substantiae simplicis, ne propterea compellat dicere quod sint in essentia substantiae simplicis eo modo quo sunt in substantia composita.

M. Non est possibile ut forma quantitatis, figura, color et qualitates quatuor sint in substantia simplici, qualiter sunt in substantia composita; quia ex hoc sequeretur quod substantia simplex esset in sua forma similis

---

1 id quod est] id et quod est *C*, formam scilicet id quod est *M* 3 compositae substantiae *A* 4 ideoque] nisi ideo quod *A*, ideo quod *MN* 6 debet] sed *A*, oportet *N* 9 quod] quae *N* 10 erat] erit *N* ante] de *CMN* 11 forma *M* habebit *C* nisi possibilitatem] uirtutem post *M* 12 destrueretur *N* etiam *om.* *M* 14 et in essentia *N* 14—15 destructa fuerit] fuerit distincta *C* 16 est (*ante* in) *om.* *C* 18 tibi faciet *C* ut si dicas *N* 21 Videtur *C* si *om.* *C* necessarium *om.* *C* 23—24 ne . . . simplicis *om.* *CN* sunt *om.* *C* 25 M.] materia *N* 26 *ante* color *add.* et *C* qualitates] quantitates *MN* sunt *A* 27—141,1 qualiter . . . substantiae compositae *om.* *N*

substantiae compositae; sed hae formae sunt in substantia simplici multo alio modo subtiliori et simpliciori, et sunt ipsae formae ut formae separatae a sua materia et perceptae ab anima et spoliatae a suis substantiis. hae enim formae sunt subtiliores et simpliciores formis quae sustinentur in suis materiis, quia sustinentur in essentia animae exspoliatae a materia corporali. et quia hae formae simplices habent uires fluentes: necessario, sicut praedicta est eorum probatio, cum infuderint se super substantiam oppositam illis et coniunxerint se illi, ex earum infusione et coniunctione cum illa generatae sunt formae sensibiles sustentatae in substantia composita. et causa essendi has formas sensibiles est coniunctio earum cum substantia corporea. et ideo sunt diuersae a formis simplicibus sustentatis in substantia simplici. et sicut corpora simplicia et substantiae simplices cum uniuntur, fit ex eorum unitione forma alia a formis cuiusque eorum: similiter substantiae simplices et substantiae compositae cum uniuntur, fit ex unitione earum forma alia a formis uniuscuiusque illarum. et hoc est simile unitioni luminis solis cum corporibus diuersis in substantia et coloribus, quia ex unitione eorum proueniünt lumina diuersa a lumine solis et diuersa inter se.

26. D. Quomodo est possibile ut ego imaginem hanc formam sensibilem sustentatam in substantia corporea sic magnam et extensam posse esse in substantia simplici?

---

2 modo *post* simpliciori *transp.* C ipsae *om.* A 3 ut formae *om.* N, formae *om.* C materia] substantia A 4 et spoliatae] et spoliata A, exspoliatae MN substantiis suis C sunt *om.* CN 5 suis] sui N 6 quia] quae M sustinent C 8 praedicta est] *cf. p. 112,4 sqq.; 120,6 sqq.; 121,3 sqq.* infunderint A, infunderunt M 9 oppositam *scripsi*: compositam ACMN illis] illam C coniunxerunt MN 9–10 ex earum coniunctione et infusione et coniunctione C 11 sensibiles *om.* C sustentata C 12 cum] est M 13 corporea] composita A sustentata CM 14 sicut] sint N 14–15 et substantiae] substantiaeque C 15 ex *om.* N eorum *om.* C unitione] coniunctione C, unitatione N 16 alia] illa C eorum] illorum C 17 earum unitione M, unitatione earum N 18 est *om.* C 19 unitioni] imitationi C, unitationi N 20 quia ex *om.* N eorum unitione M, unita commune eorum N, unitione earum C perueniunt M a lumine solis et diuersa *om.* N imaginem] *an* imaginer? *sed cf.* imaginauerim V 7, imaginatur *passiue III 33, p. 155, 20. 22* 23 formam] substantiam N in *om.* C corporea] composita MN

M. Non stupescas in hoc, quia si substantia simplex particularis, id est anima particularis, comprehendit substantiam compositam uniuersalem et omnem eius formam, et sistit eam in sua essentia: quanto magis substantia simplex uniuersalis, id est anima uniuersalis, debet comprehendere substantiam compositam et omnem eius formam. sed ego uideo quod omnes formae substantiae compositae sic magnae et extensae sunt quasi punctum indiuisibile ad formam substantiae simplicis. unde si haec forma sic magna immergitur in parte indiuisibili substantiae simplicis uniuersalis, id est anima particulari, tunc non uideatur extranea immersio illius in substantia simplici uniuersali, id est anima uniuersali; hoc est, quia sicut formae rerum sensibilium sunt in substantia animae uniuersalis simpliciter, id est exspoliatae a suis materiis, similiter etiam non uideatur extranea immersio harum formarum in substantia simplici uniuersali quae est superior hac substantia, scilicet substantia intelligentiae, uidelicet quia formae omnium rerum sunt in substantia intelligentiae communius et simplicius. formae enim quae fuerint in substantia altiori, erunt unitiores et locum non occupa*bu*nt; et e contrario, quae fuerint in substantia inferiori, erunt dispersiores et occupabunt locum; et hoc non euenit nisi ex unitione essentiarum substantiarum simplicium et diffusione essentiae substantiae corporalis. et omnino formae inferiores sunt complexae in formis superioribus, donec reducuntur omnes formae ad formam primam uniuersalem, quae unit in se ipsa

---

1 stupescat *N*   quia] quod *A*   si] qui *N*   particularis *om. AC*   3 omnem] tantum *C*   et sistit] consistit *M*   4 in] et *N*   essentia sua *C*   4—5 simplex id est uniuersalis id est anima *C*   5 uniuersalis anima *M*   9 si] sic *A*   immergatur *N*   10 uniuersalis] particularis *A*   id est in anima *C* particularis *M*   11 uidetur *A*   immersio] intentio *C*   illius] alius *C*   12 id est] hoc est *A*, in *C*   anima] substantia *C*   13 uniuersali *M*   14 id est] et *A*   etiam] et *CN*   15 immersio harum formarum extranea *M*   immersio] intentio *C*   16 scilicet] id est *C*   17 *et* 18 intellectiuae *C*   17 uidelicet] uidetur *C*   quia] quod *C*   18 substantia] essentia substantiae *MN*   19 quae quo *MN* (*sed quo ad id quod sequitur* locum non occupabunt *non bene quadrare uidetur*)   19 fuerint] sunt *C*   unitiores] uiciniores *N*   occupabunt *scripsi*: occupant *ACMN*   20 quae] quo *AMN*   fuerint] fiunt *C*   21 occupant *AC*, occupabant *M*   22 substantiarum simplicium essentiarum *A*, essentiarum simplicium substantiarum *C*   23 substantiae *om. C*   corporalis] simplicis *C*   24 reducantur *A*   omnis *N*   25 primam *om. C*   ipsa *M*

omnes formas, et in ea complectuntur omnes formae. et ideo forma intelligentiae uniuersalis est sustinens omnes formas, et omnes formae subsistunt in ea, sicut manifestabo postea, cum speculabimur quid est forma intelligentiae et quomodo apprehendit omnes formas.

27. D. Certe manifestum est mihi ex his dictis quod formae sensibiles sunt in formis intelligibilibus. sed dubitatio est mihi hic, quid dicam, quod, si omnes formae corporales sunt in formis spiritualibus simplicius quam in substantia corporali, et inferius est exemplum superioris et est in eo: quomodo potest esse quod decem genera corporalia sint in substantia spirituali?

M. Inspice inferiorem esse extremitatem, hoc est, unumquodque genus eorum quae sunt in extremo inferiori, *et inspice similiter etiam superiorem extremitatem eius, et inuenies unicuique generi eorum quae sunt in extremo inferiori*, quod est oppositum *ei in* extremo superiori. et inuenies materiam uniuersalem contra substantiam. et inuenies quantitatem contra formam intelligentiae, sicut ex praedictis manifestum est; similiter etiam inuenies ea*m* contra singula quaecumque sustinentur in formis substantiae; similiter etiam inuenies eius species septem simplices contra numerum septem substantiarum simpli-

p. 143,9—144,19 = Falaqera III, §. 21.

1 in ea *om.* C 2 intellectiuae C 2 intelligentiae . . . formas *om.* N 4 speculabimus C intellectiuae C 6 mihi *om.* C 8 quid] quam M 9 *ante* simplicius *add.* et N simplicibus M 10 est (*ante* exemplum) *om.* C est in eo] estimo C 11 sint] sunt CN 11—12 spirituali substantia A 12 spirituali] *an* simplici et spirituali? *cf. Falaqera* בעצם הפשוט הרוחני 13 esse] *i. e.* τὸ esse extremitatem esse MN, esse extricatricem C hoc] id C 15—17 et inspice . . . in extremo superiori] *locum restitui ex Falaqera, apud quem legitur*: ועיין כמו כן בבקצה העליון ממנו (כי) אתה תמצא לכל אחד מהסוגים העשרה הנמצאים בקצה השפל מה שהוא נכחו בקצה העליון. et inspice . . . extremo inferiori *et* 17 ei in *om.* ACMN extremo (*ante* superiori) *om.* C 17 *et* 18 inueniens N 19 intellectiuae C ex praedictis] expediens M, praedictum (*omisso* ex) C; *ad sententiam cf. p.* 123,34—124,15; 64,1—7 manifestum *om.* C 20 inueniens N eam *scripsi, collato Falaquerae* תמצאהו: ea ACMN singula] *i. e. unitates; cf. II 20, p. 61, 21 sqq.; III 19, p. 124,3 sqq.* 22 simplices *om.* MN substantia N

cium, hoc est: materia, forma, intelligentia, animae et natura, *et* contra numerum uirium uniuscuiusque istarum substantiarum. et inuenies qualitatem contra differentias istarum substantiarum et earum formas. et inuenies relationem contra esse earum in causa et causato. et inuenies tempus contra sempiternitatem. et inuenies locum contra ordinem istarum substantiarum in prioritate et posterioritate earum. et inuenies situm contra subsistentiam. et inuenies agentem contra imprimentem harum substantiarum et attribuentem et creantem. et inuenies patientem contra impressum ab his substantiis et suscipientem. et inuenies habere contra esse formae uniuersalis in materia uniuersali et esse uniuscuiusque formarum substantiae simplicis in materia quae sustinet illam et contra esse propriarum uirium uniuscuiusque harum substantiarum in semet ipsis. nonne enim uides ex his secundariis quae dixi tibi, id est ex oppositione quae est inter formas substantiae compositae et formas substantiae simplicis, significari quod formae substantiae compositae defluxae sunt a formis substantiae simplicis?

28. D. Certe in hoc signum est eius quod dixisti; et certe manifestior est mihi imaginatio existentiae formarum corporalium in substantia simplici, ex quo mihi dixisti quod hae formae non incorporantur et factae sunt huiusmodi nisi propter applicationem suam ad substantiam corpoream. similes enim sunt panno albo tenui claro, qui cum adiungitur corpori nigro aut

---

p. 144,22—145,2 = Falaqera III, §. 22.

---

1 *ante* forma *add.* et *C* intelligentia] *sic etiam C* *ante* animae *add.* et *ACM* anima *A*, alia *C* 2 et *addidi, Falaquerae* ונכח *secutus:* et *om. ACMN* uirium] uitium *M* *ante* uniuscuiusque *add.* ipsius *N* substantiarum] formarum *M* *post* substantiarum *add.* et earum formas *A* 3 qualitatem] qualiter *A*, quantitatem *M* 6 inuenies (*ante* locum) *om. C* 8 subsistentiam] substantiam *C* inuenies (*ante* agentem) *om. C* agentem *et quae sequuntur similia] cf.* declarantem *II 1, p. 24, 20* 10 createm (*sic!*) *C* *ante* ab his *add.* et *A* 15 uniuscuiusque *om. C* substantia *N* nonne enim] nonne! *C* ex] de *N* 18 forma *C* 20 est signum *M* eius *om. AM* 22 substantia] subiecto *C* dixisti mihi *M* 23 huiusmodi] in huiusmodi *C*, huius *N* applicationis *N* 25 qui] quod *N* nigro corpori *M*

rubeo, coloratur colore eius et mutatur quantum ad sensum, in se autem minime. sed ostende mihi, apprehensio intelligentiae et animae ad formas sensibiles quomodo facta est indicium quod hae formae existentes sunt in suis essentiis, et sunt effluxae et deductae ab illis.

M. Concedis quod substantia animae et intelligentiae est substantia simplex et apprehendit omnes formas, aut non?

D. Necesse est hoc.

M. Substantia simplex quae apprehendit omnes formas aut apprehendit eas per se ipsam, aut non per se ipsam?

D. Ita est.

M. Si quis diceret quod substantia simplex apprehendit omnes formas non per se ipsam, deberet esse ex hoc quod non esset apprehendens illas omnibus horis.

D. Videmus quod anima non apprehendit sensibilia omni hora et omni modo, sed aliquando, et aliquando non, et non omni modo.

M. Non prohibetur anima apprehendere formas per se aliquando, nisi per ea quae sunt diuersa ab illis quibus anima apprehendit formas. et indicium huius est, quod si prohiberetur anima apprehendere formas aliquando per se, non esset possibile apprehendere eas aliquando per se. et deberet ut esset apprehendens eas per se et non apprehendens eas per se simul, quod est inconueniens. — Et argumentatio de hoc est huiusmodi. Non est possibile ut anima apprehendat formas per se et non apprehendat per se simul. sed anima apprehendit eas per se. ergo non est possibile ut non apprehendat eas

---

1 rubeo] rubro *C* cololatur *(sic!) N* 2 apprehensionem *AC* 2—3 animae et intellectiuae *C* 4 indicium] inditum *C* quod] quia *A* 5 suis] *i. e. intelligentiae et animae* eductae *C* 6 Concederes *A* intellectiuae *C* 7 aut] an *CN* 10 aut] (*ante* apprehendit)] an *A* eas *om. M* aut] an *AM* per se ipsam *om. C* 12 dixeret *(sic!) M* 13 non] naturae *A* debet *M*, debent *N* 14 horis] oris *M* 15 D. *om. C* 15—16 omnibus horis *C* 16 et *om. C* 18 apprehendere] a comprehendere *M* 19 nisi *om. C* ab *om. AMN* 19—20 apprehendit anima *A* 21 apprehendere formas *om. M* aliquando apprehendere formas *N* per se aliquando *C* 21—23 non esset ... et non apprehendens eas per se *om. N* 23 aliquando eas apprehendere *C* *prius* eas *om. AC* 25 huiusmodi] hoc modo *A* 25—26 formas . . . non apprehendat *om. A*

per se. et hanc conclusionem adiungam huic: prohibitio apprehensionis formarum dicitur de anima. ergo erit conclusio: non est prohibitio animae apprehensionis formarum [non] per se. ergo debet ut sit eius apprehensio formarum per se. ergo manifestum est ex hoc quod anima apprehendit formas per se.

D. Si anima apprehendit formas per se, debet ut sint in ea in effectu semper. sed non sunt formae in anima in effectu semper. ergo non apprehendit eas per se.

M. Si formae fuissent in anima in effectu, essent sensibiles semper. et apprehensio animae ad formas per se non facit debere ut sint in ea in effectu, quia non prohibetur ut sint in ea in potentia, et postea ut apprehendat eas per se, cum prodierint in effectum.

D. Quomodo potest esse ut formae sint in essentia animae in potentia, et postea sint in essentia eius in effectu?

M. Cur non possit hoc esse, cum fiat in duobus diuersis temporibus?

D. Cum fuerint formae in essentia animae in potentia, quomodo potest esse ut anima agat et imprimat in eis?

M. Formae quae sunt in essentia animae non sunt illae in quas agit, sed formae quae sunt in corporibus, ipsae sunt quae agunt in essentia animae; et non est prohibitum quin ipsae formae agant in essentia animae, quia sunt aliae ab ipsa.

D. Ergo si formae sunt in essentia animae, cur non apprehendit eas sine instrumento, sicut intelligentia quae apprehendit res sine instrumento?

M. Formae quae sunt in essentia animae non sunt for-

1 per se *om.* *C* prohibitio] prohibeo *N* 2—4 dicitur ... formarum non *om.* *C* 4 non *deleui* debet] oportet *N* 5 est *om.* ex] de *N* 6 per se formas *A* 7—9 formas ... non apprehendit *om.* *N* 7 sit *M* 8—9 sed non ... semper *om.* *M* 8 sunt *om.* *C* 10 *post* effectu *add.* semper *M* 12 in ea *om.* *N* 13 in potentia in ea *A* et postea ut] *an* et ut postea? 14 proderint *C* 15—16 animae ... essentia *om.* *N* 16 sunt *AM* 17 Cur *om.* *N*, *lacuna hiante* fiat] fuit *C* duobus *N man. 1*, duabus *man. 2* 18 temporibus] partibus *N* 19 fuerint *om.* *C* anima *M* 21 non *om.* *C* 22 corporibus] coloribus *N* 23 agant *A* 27 intellectiua *C* 28 sunt (*post* non) *om.* *N* (*addidit manus recentissima*) *ante* formae *add.* illae *C*

mae sustentatae in corporibus, quia istae formae sunt corporales in effectu; et ideo anima eget instrumento in apprehensione istarum formarum. sed nec intelligentia etiam apprehendit omnes res sine instrumento, quia in apprehensione formarum sensibilium opus habet instrumento.

D. Necessario fecisti me concedere quod substantia animae apprehendit formas per se. sed quid dicis de substantia intelligentiae?

M. Si substantia animae apprehendit formas per se propter simplicitatem et spiritualitatem suam, quanto magis debet ut substantia intelligentiae sit apprehendens formas per se, quia substantia intelligentiae est multo maioris simplicitatis et spiritualitatis quam substantia animae, et ideo est sciens omnia sibi ipsi.

29. D. Iam manifestum est mihi ex omnibus quae praemisisti quod substantia simplex apprehendit omnes formas per se ipsam. sed quid sequitur hoc?

M. Sequitur hoc ut formae sint existentes in essentia eius.

D. Forma argumentationis quomodo est in hoc?

M. Argumentatio in hoc talis est.

(1.) Substantia simplex apprehendit omnes formas per se ipsam. et omne quod apprehendit res per se, inter ipsum et id quod apprehendit non est medium. ergo inter substantiam simplicem et formas quas apprehendit non est medium. post haec dicam: Formae quas apprehendit per se substantia simplex sine medio aut sunt subsistentes in essentia eius, aut uicinae suae essentiae. sed non est possibile ut sint uicinae suae essentiae, quia opus habent sustinente quod eas sustineat, et non est ibi aliud susti-

1 corporibus] coloribus *N* quia] et *C* 2 comprehensione *A* 3 formarum istarum *M* nec] naturae *M*, *om.* *N* *ante* intelligentia *add.* etiam *AM* intellectiua *C* etiam *hic om.* *M* 7—9 sed quid ... formas per se *om.* *C* 7 dicit *N* 10 et spiritualitatem *om.* *C* debet] oportet *N* 11 ut] in *C* intellectiuae *C* *ante* substantia *add.* ipsa *C* intellectiuae *C* 12 multo *om.* *AMN* 14 Iam *om.* *N* ex omnibus quae praemisisti *om.* *C* 16—21 sed quid ... formas per se ipsam *om.* *C* 21 *numeros addidi* M. Argumentatio in hoc *om.* *N* 23 *ante* inter *add.* et *C* id] illud *N* 25 dicam *om.* *N* 26 substantia simplex per se *M*, per se *om.* *C* *ante* sine *add.* sunt *C* 27 eius *om.* *N* 28 sustinente] sustinencie *C* est *om.* *C*

per se. et hanc conclusionem adiungam huic: prohibitio apprehensionis formarum dicitur de anima. ergo erit conclusio: non est prohibitio animae apprehensionis formarum [non] per se. ergo debet ut sit eius apprehensio formarum per se. ergo manifestum est ex hoc quod anima apprehendit formas per se.

D. Si anima apprehendit formas per se, debet ut sint in ea in effectu semper. sed non sunt formae in anima in effectu semper. ergo non apprehendit eas per se.

M. Si formae fuissent in anima in effectu, essent sensibiles semper. et apprehensio animae ad formas per se non facit debere ut sint in ea in effectu, quia non prohibetur ut sint in ea in potentia, et postea ut apprehendat eas per se, cum prodierint in effectum.

D. Quomodo potest esse ut formae sint in essentia animae in potentia, et postea sint in essentia eius in effectu?

M. Cur non possit hoc esse, cum fiat in duobus diuersis temporibus?

D. Cum fuerint formae in essentia animae in potentia, quomodo potest esse ut anima agat et imprimat in eis?

M. Formae quae sunt in essentia animae non sunt illae in quas agit, sed formae quae sunt in corporibus, ipsae sunt quae agunt in essentia animae; et non est prohibitum quin ipsae formae agant in essentia animae, quia sunt aliae ab ipsa.

D. Ergo si formae sunt in essentia animae, cur non apprehendit eas sine instrumento, sicut intelligentia quae apprehendit res sine instrumento?

M. Formae quae sunt in essentia animae non sunt for-

---

1 per se *om.* *C* prohibitio] prohibeo *N* 2—4 dicitur . . . formarum non *om.* *C* 4 non *deleui* debet] oportet *N* 5 est *om.* ex] de *N* 6 per se formas *A* 7—9 formas . . . non apprehendit *om.* *N* 7 sit *M* 8–9 sed non . . . semper *om.* *M* 8 sunt *om.* *C* 10 *post* effectu *add.* semper *M* 12 in ea *om.* *N* 13 in potentia in ea *A* et postea ut] *an* et ut postea? 14 proderint *C* 15—16 animae . . . essentia *om.* *N* 16 sunt *AM* 17 Cur *om.* *N*, *lacuna hiante* fiat] fuit *C* duobus *N man. 1*, duabus *man. 2* 18 temporibus] partibus *N* 19 fuerint *om.* *C* anima *M* 21 non *om.* *C* 22 corporibus] coloribus *N* 23 agant *A* 27 intellectiua *C* 28 sunt (*post* non) *om.* *N* (*addidit manus recentissima*) *ante* formae *add.* illae *C*

mae sustentatae in corporibus, quia istae formae sunt corporales in effectu; et ideo anima eget instrumento in apprehensione istarum formarum. sed nec intelligentia etiam apprehendit omnes res sine instrumento, quia in apprehensione formarum sensibilium opus habet instrumento.

D. Necessario fecisti me concedere quod substantia animae apprehendit formas per se. sed quid dicis de substantia intelligentiae?

M. Si substantia animae apprehendit formas per se propter simplicitatem et spiritualitatem suam, quanto magis debet ut substantia intelligentiae sit apprehendens formas per se, quia substantia intelligentiae est multo maioris simplicitatis et spiritualitatis quam substantia animae, et ideo est sciens omnia sibi ipsi.

29. D. Iam manifestum est mihi ex omnibus quae praemisisti quod substantia simplex apprehendit omnes formas per se ipsam. sed quid sequitur hoc?

M. Sequitur hoc ut formae sint existentes in essentia eius.

D. Forma argumentationis quomodo est in hoc?

M. Argumentatio in hoc talis est.

(1.) Substantia simplex apprehendit omnes formas per se ipsam. et omne quod apprehendit res per se, inter ipsum et id quod apprehendit non est medium. ergo inter substantiam simplicem et formas quas apprehendit non est medium. post haec dicam: Formae quas apprehendit per se substantia simplex sine medio aut sunt subsistentes in essentia eius, aut uicinae suae essentiae. sed non est possibile ut sint uicinae suae essentiae, quia opus habent sustinente quod eas sustineat, et non est ibi aliud susti-

---

1 corporibus] coloribus *N* quia] et *C* 2 comprehensione *A* 3 formarum istarum *M* nec] naturae *M*, *om.* *N* *ante* intelligentia *add.* etiam *AM* intellectiua *C* etiam *hic om.* *M* 7—9 sed quid ... formas per se *om.* *C* 7 dicit *N* 10 et spiritualitatem *om.* *C* debet] oportet *N* 11 ut] in *C* intellectiuae *C* *ante* substantia *add.* ipsa *C* intellectiuae *C* 12 multo *om.* *AMN* 14 Iam *om.* *N* ex omnibus quae praemisisti *om.* *C* 16—21 sed quid ... formas per se ipsam *om.* *C* 21 *numeros addidi* M. Argumentatio in hoc *om.* *N* 23 *ante* inter *add.* et *C* id] illud *N* 25 dicam *om.* *N* 26 substantia simplex per se *M*, per se *om.* *C* *ante* sine *add.* sunt *C* 27 eius *om.* *N* 28 sustinente] sustinencie *C* est *om.* *C*

nens nisi essentia substantiae animae. ergo formae sunt subsistentes in essentia animae.

(2.) Et hoc etiam manifestius fiet adhuc, si substantia simplex similis est formis, eo quod formae sunt in se ipsis simplices et spirituales, et non sunt incorporatae nisi propter materiam corporalem quae eas sustinet. et ratio similium est, ut applicentur et fiant unita. ergo debet esse ex hoc ut formae sint unitae cum substantia simplici. et cum formae fuerint unitae cum substantia simplici, tunc illae et eius essentia unum erunt. et quando essentia formarum et essentia substantiae simplicis fuerint unum, debet ut formae sint inuentae in essentia substantiae simplicis.

(3.) Et adhuc potest hoc fieri manifestius his argumentationibus. Quicquid habet intus et extra, substantia composita est; et omnis substantia composita habet intus et extra. et cum adiunxerimus alicui istarum propositionum hanc: substantia simplex non est composita, sequetur: ergo substantia simplex non habet intus et extra. ergo non est aliquid intus et extra essentiam eius. ergo nihil est intus uel extra essentiam eius. et huic conclusioni addam hanc: formae sunt inuentae in substantia simplici. ergo formae inuentae in substantia simplici non sunt intus uel extra essentiam eius. et huic conclusioni addam hanc: quicquid non fuerit intus uel extra aliud, et tamen fuerit inuentum in eo: essentia illius et eius quod inuentum est in eo una est. ergo formae inuentae in substantia simplici et essentia eius unum sunt.

(4.) Hoc etiam fiet manifestius argumentationibus huiusmodi. Substantia simplex apprehendit formam per unitionem. et unitio substantiae cum forma fit motu. ergo substantia sim-

---

3 si] sed *N* 4 est *om.* *N* 5 materiam] naturam *C* 6 et ratio] in rem *A*, et *om.* *M* 7 debet] oportet *N* esse *om.* *C* ex] eius *A* 8 simplici (*sic!*) *C* 9 erunt unum *C* 10 forma *N*, formarum et essentia *om.* *M* 11 debet] sed *A*, oportet *N* 11—12 substantia (*sic!*) simplicis essentia *C* 13 manifestius fieri *C* 14 intus] intra *C* 16 adiunxeris *C* 17 ergo sequetur *AC* 18 non (*ante* habet) *om.* *N* intus (*post* aliquid)] intra *C* 19 est *om.* *C* uel] et *C* intra *C* 20—23 formae ... addam hanc *om.* *C* 22 intra *ACN* 23 intra *ACN* 24 eius et illius *C* 25 est] fuerit *N* in eo *om.* *C* 27 huiusmodi] hoc modo *A* 28 Simplex substantia *N* unitio formae cum substantia et substantiae cum forma *C*

plex apprehendit formas cum motu. et omnis motus est in tempore. ergo substantia simplex apprehendit formas in tempore. et quicquid apprehendit aliquid in tempore, apprehensio illius ad plura dispersa fiet in maiori tempore, quam ad unum. ergo substantia simplex apprehendit formas multas dispersas in maiori tempore, quam fuerit tempus quo apprehendit unam formam. et omne quod apprehendit formas multas dispersas in tempore maiori, quam cum apprehendit unam: non est ei possibile ut formas multas dispersas apprehendat simul. ergo non est possibile ut substantia simplex formas multas dispersas apprehendat simul. huic conclusioni addam hanc: substantia simplex apprehendit per se formas multas simul. ergo formae multae quas apprehendit substantia simplex simul, non sunt illae formae dispersae. huic conclusioni addam hanc: formae sensibiles in substantiis corporalibus dispersae sunt. ergo formae quas apprehendit substantia simplex simul, non sunt formae quae sunt in substantiis corporalibus. — Item alio ordine. Formae multae quas apprehendit substantia simplex simul, non sunt dispersae. et formae quae non sunt dispersae, non sunt inuentae nisi in essentia substantiae simplicis. ergo formae multae quas apprehendit substantia simplex simul, sunt inuentae in essentia substantiae simplicis. — Item alio ordine. Formae quas apprehendit substantia simplex simul, necessario debent esse unitae. et formae unitae non inueniuntur nisi in substantia simplici. ergo necessario debet esse ut formae cum quibus unitur substantia simplex non inueniantur nisi in substantia simplici.

30. (5.) Item etiam hoc potest fieri manifestius hac argumentatione. Formae multae quas apprehendit substantia simplex uniuntur

1—2 cum motu ... apprehendit formas *om.* *A* 2 substantia substantiae simplex *N* 4 illius] eius *N* 6 fuit *C* 7 formam unam *C* 7—8 multas formas *A* 8 dispersas *om.* *N* tempore maiore *A*, maiori tempore *C* 9 possibile ei *C* 9—10 apprehendat simul et dispersas *C* 10 apprehendit *A* 11 multas formas *N* 12—15 substantia ... addam hanc *om.* *C* 12 per se apprehendit *N* 16 formas *C* 17 simul *om.* *C* 19 simul *om.* *AC* et] ut *C* ergo *N* 20 non (*post* quae) *om.* *C* 21 multas *N* 24 debent esse unitae] est debent finitae *M* 26—27 ergo ... substantia simplici *om.* *C* 26 debet] oportet *N* ut formae *om.* *M* 27 inueniatur *N* 28 *Amplonianus cap. 30 parum apte a v. 28 incipit* Item] Iterum *N* hoc etiam *C*

cum essentia eius unitione spirituali. et essentia substantiae simplicis unita est unitione spirituali. ergo formae quas apprehendit substantia simplex unitae sunt unitione spirituali. et omnia quaecumque unita sunt unitione spirituali, existentia sunt in re unita unitione spirituali. ergo formae multae quas apprehendit substantia simplex, existentes sunt in re una unita unitione spirituali. et substantia simplex est res una unita unitione spirituali. ergo formae multae quas apprehendit substantia simplex, existentes sunt in substantia simplici.

(6.) Item hoc etiam manifestabitur argumentatione huiusmodi. Substantia simplex apprehendit omnes formas per se ipsam. et forma omnis rei est ipsamet. ergo substantia simplex apprehendit omnes formas per formam sui. deinde dicam: Substantia simplex apprehendit omnes formas per formam sui. et sua apprehensio omnium formarum per formam sui fit, quando eius forma unitur cum eis. ergo sua forma substantiae simplicis unitur cum omnibus formis. item dicam: Sua forma substantiae simplicis unitur cum omnibus formis. et omne cuius forma unitur cum omnibus formis, forma eius uniuersalis est ad omnes formas quibus unita est. ergo forma substantiae simplicis uniuersalis est ad omnes formas quibus unitur. huic conclusioni addam hanc: Forma simplicis substantiae uniuersalis est ad omnes formas quibus unitur. et omne quod fuerit uniuersale ad multas res, ipsae multae res quibus est uniuersale inuentae sunt in eo. ergo in forma substantiae simplicis sunt inuentae omnes formae quibus est uniuersalis. deinde praeponam hanc conclusionem et dicam: Omnes formae sunt inuentae in forma simplicis substantiae. et forma simplicis substantiae est essentia eius. ergo omnes formae sunt inuentae in essentia simplicis substantiae.

---

3 spirituali *om.* *C* 4 quaecumque] quae *C* sunt] fuerint *M* 6 existentes sunt *om.* *N* una *om.* *C* 7 unita *om.* *C* 10 hoc . . . huiusmodi *om.* *C* huiusmodi] hoc modo *A* 11 per se ipsam omnes formas *M* 12 ipsamet] ipsam. et *C* simplex *om.* *N* 13 formam] forma *M* 13–14 deinde . . . formam sui *om.* *C* 15 fit sui *A*, fit uni *C* 17 item] iterum *AM* 19 *ante* uniuersalis *add.* est *A* 22 Formam *N* substantiae simplicis *M* 25 est] fuerit *M* 26 inuentae sunt *M* 27 proponam *CN* 28 substantiae simplicis *M* 29 et formae *N* 29—30 formae omnes *A*

(7.) Item hoc idem fiet manifestius argumentatione huiusmodi. Formae sensibiles causatae sunt a forma substantiae simplicis. et omne causatum inuenitur in sua causa. ergo formae sensibiles sunt inuentae in substantia simplici. et forma simplicis substantiae est essentia eius. ergo formae sensibiles sunt inuentae in essentia substantiae simplicis.

31. D. Ex omnibus argumentationibus quas praemisisti manifestum est mihi quod formae sensibiles inuentae sunt in essentia substantiae simplicis, eo quod substantia simplex apprehendit omnes formas per se ipsam. sed quaedam alia dubilatio mihi accidit, hoc est, si quidem dicere uolueris quod substantia simplex apprehendit omnes formas per se ipsam, cum ipsae formae sint inuentae in suis sustinentibus, et non sint inuentae in ipsa; hoc est quia, cum substantia simplex uoluerit imaginari eas per se ipsam uel quando obuiauerit eis per se ipsam, percipiet eas sic esse ut sunt, quamuis non sint inuentae in ipsa?

M. Est possibile ut essentia substantiae percipiat formam, cum non sit unita essentia unius cum essentia alterius, et fiant unum?

D. Bene potest dici quod essentia substantiae percipiat formam, ita tamen quod sit procul ab ea; sicut, cum percipit formas sensibiles exutas a suis materiis, cum tamen sint remotissimae ab ea, ipsa tamen adinuenit eas adinuentione necessaria et percipit illas et imaginatur eas tamquam sibi praesentes.

M. Intentio percipiendi formam est impressio essentiae

1 idem *om.* *CN* argumentationes *C* huius *C* 2 causatae] creatae *C* et, *quantum ex compendio interdum dubio uideri potest,* *AN* formae *N* simplicis substantiae *A* 3 causatum] creatum *AC* 3—5 ergo formae . . . essentia eius *om.* *A* 4 substantia] sua *M* 6 simplicis substantiae *ACN* 7 *ante* manifestum *add.* M. *C* 9 simplicis substantiae *MN* 10 omnes *om.* *CMN* 10—12 sed quaedam . . . formas per se ipsam *om.* *C* si quis *A* uoluerit *MN* 12 ipsam] ipsas *N* 13 sint (*post* formae)] sunt *C* sint (*post* non) sunt *AC* 15 imaginare *CMN* uel] et *N* obuiauerit eis] ornauerat eas *C* 16 percipiat *C* sic esse *om.* *N* quamuis] quando *N* 17 sint] sunt *AN* 18 possibile] impossibile *C* 19 sint *N* fiat *N* 21 potest *om.* *C* dici] dixi *C* quod essentiae substantiae *om.* *M* percipiat] participat *N* 22 ita] na (*sic!*) *C* 23 remotissima *M* tamen] *codicum nota utrum* tum *an* tamen *significet certo diiudicari nequit* 25 sibi *om.* *C* *post* praesentes *add.* sint *C*

substantiae a forma. et impressio non fit nisi applicatione imprimentis ad impressum. ergo quod forma percipitur a substantia, non fit nisi applicatione earum et unitione ad inuicem.

D. Si forma unitur cum essentia substantiae simplicis, necesse est ut haec forma quae unitur sit ipsa forma quae sustinetur in materia, aut alia. Sed si haec forma fuerit ipsa quae sustinetur in materia, non est possibile ut uniatur cum essentia substantiae nisi separatione sui a materia. sed non separatur a materia. ergo non est unita cum essentia substantiae. Si autem forma quae unitur cum essentia substantiae non est ipsa forma quae est sustentata in materia, tunc falsa est dictio quae dicit quod forma quae est sustentata in materia est illa forma quae est inuenta in essentia substantiae simplicis.

M. Vnitio formae sustentatae in materia cum essentia substantiae simplicis non est unitio corporalis, sicut est unitio sui cum materia, ne idcirco prohibeatur uniri cum essentia substantiae simplicis absque separatione ab ea; sed unitio earum est unitio spiritualis; hoc est, quia forma ipsius formae unitur cum essentia formae quae est in potentia in essentia simplicis
82. substantiae, unde egreditur ipsa forma de potentia ad effectum.

D. Iam manifestum est mihi quod non est possibile ut substantia simplex apprehendat formas nisi sint inuentae in ea. sed ex hoc non pacatur anima mea, uidelicet ut sit una res quae se consimilet omni rei, et ipsa sit omnis res, et sustineat omnes res, et sit capax omnium rerum sine coangustatione et densitate. sed desidero ut manifestes mihi, quomodo multae res existunt in una re simplici, ut certissime sciam hanc dictionem et augeatur gaudium meum ex ea.

---

27 nisi per applicationem *C* 2 percipit *C* 3 et unitione *om.* *C* 3—4 ad inuicem *om.* *MN* 6 est *om.* *N* forma hoc (*sic!*) *N* 7 fuerit ipsa *om.* *N* ipsa] illa *C* 9 nisi] non *C* sui] sua *C* 11 substantiae essentia *N* 12 est *om.* *N* sustentata est *N* 13 est (*post* falsa) *om.* *A* 16 Vnio *N* 17 (*bis*) unio *N* 18 substantiae] formae *C* 20 formae *om.* *AC* 23 impossibile *C* 25 uidelicet] uide hoc *C* sint *M* res] uirtus *A* 26 se *om.* *C* consimilet] consumi leturetur *C* rei] re *AC* 27 angustatione *A* 28 deridero (*sic!*) *N* mihi *om.* *ACN* 29 simplici *om.* *N* ut certissime] et sanctissime *C* 30 augeatur] audiatur *C*

32. Scientia quomodo est existentia rerum multarum in una re simplici, manifestabitur tibi, cum dixerimus de forma intelligentiae uniuersalis sustinente collectionem omnium formarum. et tunc scies quomodo est stabilitas inferiorum in superioribus et partium in toto; et inde eriges te ad sciendum quomodo est subsistentia omnium formarum in materia uniuersali, et quomodo est subsistentia materiae uniuersalis et formae uniuersalis cum omni quod continetur in uoluntate factoris primi sancti et excelsi. excipe ergo nunc probationes quibus probatur existentia rerum multarum in una re simplici.

(1.) Formae multae collectae in simplici substantia simplices sunt et spirituales. et omne simplex et spirituale locum non occupat. ergo formae multae collectae in substantia simplici locum non occupant. deinde praeponam hanc et addam aliam: omne quod locum non occupat, unum et multa eius aequalia sunt collectione sua in re una quae sustinet ea. ergo formae multae collectae in substantia simplici, unum et multa eius aequalia sunt collectione sua in re una quae sustinet ea. praeponam autem hanc et addam: et cuius unum et multa aequalia sunt collectione sua in re una, collectio multorum eius non prohibetur ut sit in re una. ergo formae multae collectae in substantia simplici, collectio earum non prohibetur quin sit in substantia simplici.

(2.) Substantia simplex et substantia composita contraria sunt. et omnia duo contraria, quod conuenit uni, contrarium eius conuenit alteri. ergo quod conuenit substantiae simplici, contrarium eius conuenit substantiae compositae. item praeponam hanc et dicam: Substantia composita locus corporalis est formis corporalibus. et omne quod est locus corporalis ali-

1 existentia] essentia *N* 2 manifestabitur tibi] *cf. tr. V c. 16—19* intelligentiae] intellectuali *C* 3 uniuersalis *om. C* 4 inferioribus *AM* 6 quomodo est subsistentia *om. A* in] et *C* 8—9 primi factoris *N* 11 *numeros argumentorum addidi* *ante* Formae *add.* M. *M* 11—12 simplices et spirituales sunt *C* 12 et] quia *C* spirituale et simplex *C* 13 multae formae *C* simplici substantia *M* 14 locum *om. C* proponam *CN* aliam *om. CN* 16 quae] qua *M* 16—18 ergo . . . sustinet ea *om. C* 17 unum] et unde *N* 19 proponam *C* addam] dicam *A* et] quia *AC* cuius] cum *C* 20 collectione sua *om. M*, collectione sua in re una *om. N* 21 multae formae *C* 22 quin] qui non *M* 25 uni] unum *C* eius] est *M* 27 proponam *CM* 28 composita *om. N*

cui, non est possibile ut locentur in eo multa simul. ergo non est possibile ut in substantia composita consistant multae formae simul. Et contrarium huius probationis est hoc: Substantia simplex est locus spiritualis formis spiritualibus. et omne quod est locus spiritualis alicui, non est prohibitum ut consistant in eo multae formae simul. ergo non est impossibile ut in substantia simplici subsistant multae formae simul.

(3.) Multa sunt ex uno. et omne quod est ex aliquo, inuentum est in eo ex quo est. ergo multa inueniuntur in uno. item praeponam hanc et dicam: Formae substantiae compositae multae sunt. et omnia multa inueniuntur in uno. ergo formae substantiae compositae multae inueniuntur in uno. et forma substantiae simplicis una est. ergo formae substantiae compositae multae inuentae sunt in forma substantiae simplicis.

(4.) Substantia quo fuerit simplicior et unitior, erit magis collectiua multarum formarum, et multae formae erunt in illa; et substantia quo fuerit corpulentior et multiplicior, erit pauciorum formarum. Et ex his duabus radicibus acquiremus unam propositionem quae dicit: collectio multarum formarum debet fieri debito unitionis substantiae, et remouetur remotione eius. deinde adiungam ei hanc dictionem: omne quod debet fieri debito alterius, et remouetur ad remotionem eius, ipsum est causa eius ut sit. ergo unitio substantiae est causa debita collectionis multarum formarum in se. et unitio substantiae simplicis est ex unitate quae est in ea. ergo unitas quae est in substantia simplici est debita causa collectionis multarum formarum in illa. item praeponam hanc conclusionem et dicam:

---

1 eo] ea *C* 3 simul formae *CN*, simul in eo formae *M* probationis] propositionis *C* hoc] haec *N* 4 *ante* substantia *add.* si *C* 6—7 ergo . . . formae simul *om.* *N* 6 impossibile] possibile *CM* 7 subsistunt *M* 8 ex aliquo] in alio *C* 9 quo est] quo quod *N* 10 proponam *M*, praeponam hanc et dicam *om.* *C*, hanc *om.* *AN* 11—12 ergo . . . in uno *om.* *M* 14 substantiae simplicis forma *C* 15 Substantia] Forma *N* quo] quae *C* fuerit] facit *M* erit] fit *A* 16 formae *om.* *N* et (*ante* substantia)] quia *C* paucorum *C* 18 forma *N* Et] Quia *C*, *om.* *A* 19 formarum multarum *C* 23 debita causa *A* 24 multarum] collectarum *A* 24—27 et unitio . . . formarum in illa *om.* *C* 25 est ex . . . ergo unitas *om.* *A*, quae est in ea. ergo unitas *om.* *N* 26 in *om.* *A* 27 proponam *CN*

Vnitas collectiua est multarum formarum. et quicquid est collectiuum multarum formarum, ipsae multae formae inueniuntur in eo. ergo in unitate sunt multae formae. deinde praeponam hanc et dicam: Formae multae sunt in unitate. et unitas substantiae simplicis est forma eius. ergo formae multae sunt inuentae in forma simplicis substantiae.

(5.) Forma quae fuerit unitior, erit collectior multarum formarum. et formae substantiae simplicis unitiores sunt quam formae substantiae compositae. ergo formae substantiarum simplicium collectiores sunt multarum formarum quam formae substantiarum compositarum. et formae substantiarum simplicium unae sunt. ergo formae unae collectiores sunt formarum quam formae *substantiarum* compositarum.

33. (6.) Vnitas est origo multiplicitatis per se. et quicquid fuerit origo alicuius per se, est sustinens illud. ergo unitas est sustinens multiplicitatem per se. et quicquid est sustinens multiplicitatem per se, multiplicitas est inuenta in eo per se. ergo multiplicitas per se est inuenta in unitate. et essentia unitatis una est. ergo multiplicitas est inuenta in essentia unius.

(7.) Omnis forma unit id quod imaginatur per eam. et quicquid unit aliquid, non multiplicat illud. ergo forma non est multiplicatrix eius quod imaginatur per eam. et cum forma fuerit non multiplicatrix, debet ut materia sit multiplicatrix.

---

1 collectio est *M*, est collectiua *N* 1—2 collectiuum est *C* 4 proponam *CN* *post* sunt *add.* unitae *N* 5 forma] formarum *A*, formae *M* 5—6 multae formae *AM* 6 in forma substantiae simplicis *M*, simplicis substantiae in forma *N* 7 unitior] minor *C*, unior *MN* multorum *M* 8 unitiores] minores *C*, uniores *M* 9 substantiae] simplicis *C* 11—13 et formae . . . compositarum *om. AMN* 13 substantiarum *scripsi*: simplicium *C* (*cf. supra v. 9*) 14 *ante* est *add.* ergo *C* 15 illud. ergo unitas est sustinens *om. N* 16 multiplicitates *A*, multiplicitatis *MN* 16—17 et quicquid . . . per se *om. N* 16 multiplicitates *A*, multiplicitatis *M* 16 per se *ante v. 17* sustinens *transpon. A* multiplicitas] multiplex *C* inuenta est *A* in eo per se] in essentia eius *A* 17—18 in eo . . . inuenta *om. N* 18 ergo multiplicitas . . . inuenta *om. C* 18—19 ergo multiplicitas . . . unitatis una est *om. A* 19 una est *om. C* multiplex *C* inuenta est *AM* essentia] esse natura *C* 20 unit id] unitio *N* 21—22 non est . . . et cum forma *om. N* 22 multiplexatrix (*sic!*) *C* per eam imaginatur *C* et] quia *C* forma cum *A* 23 non fuerit *C* debet] oportet *AN*

item praeponam hanc et dicam: Multiplicatio formae est ex materia. et in substantia simplici non est materia. ergo in substantia simplici non sunt formae multiplicantes se. ergo sunt in ea unientes se. item praeponam hanc et dicam: Formae multiplices uniuntur in substantia simplici. et omne quod unitur, non est impossibile ut sit existens in substantia simplici una. ergo formae multiplices non est impossibile ut sint existentes in substantia simplici una.

(8.) Substantia simplex non habet locum. et omne quod non habet locum, essentia eius aeque distat ab omni. et omne quod aeque distat ab omni, apprehendit per se formas omnium una. et quicquid apprehendit per se formas omnium una, ipsae formae sunt inuentae in sua essentia. ergo formae omnium sunt inuentae in essentia substantiae simplicis. et formae omnium multae sunt. ergo formae multae sunt inuentae in essentia substantiae simplicis.

(9.) Proprietas est continuae quantitatis, ut occupet locum aequalem sibi. et omne cuius est proprietas occupare locum aequalem sibi, non est possibile ut alia res occupet locum ipsum, quamdiu occupauerit illum. ergo proprietas quantitatis est ut nulla res occupet locum eius, quamdiu ipsa occupauerit illum. et cuius non est possibile ut alia res occupet locum, quamdiu ipsa occupauerit illum, non est possibile ut ipsum iungatur alii rei in uno loco. ergo proprietas quantitatis est ut sit impossibile ipsam coniungi alii rei in uno loco. deinde praeponam hanc conclusionem et adiungam ei hanc: formae quae sunt in substantia simplici non habent quantitatem. ergo

---

1 proponam *CN* 2 et] quia *C* substantia] forma *N* 3 se (*post* multiplicantes) *om. ACN* 4 unientes] inuenientes *C* proponam *C* 7—8 ergo . . . simplici una *om. AC* 10 essentia eius aeque distat] aeque distat secundum essentiam *C* 10—11 et omne . . . ab omni *om. N* 12 et quicquid . . . omnium una *om. N* per se apprehendit *C* omnium] 8 (*i. e.* cum) *C* 13 sua *om. AM* 13—14 ergo . . . in essentia *om. A* 14 simplicis substantiae *C* 16 simplicis substantiae *AN* 17 occupat *C* 18 et] quia *C* locum *om. C* 19 aequalem *om. M* occupat *C* ipsum] illum *N* 20 quantitatis] qualitates *(sic!) N* 21 occupat *C* 22—23 et cuius . . . occupauerit illum *om. A* 22 *post* locum *add.* illum *N* 23 iugatur *M*, *ut saepius in similibus* 24 loco uno *A* 25 proponam *CN*

formae quae sunt in substantia simplici iunguntur in uno loco. substantia simplex non est locus corporeus. et proprietas est loci corporei ut multa non coniungantur in eo simul. ergo in substantia simplici multa possunt simul coniungi.

(10.) Omni maneria ex maneriis [spiritualibus] existendi in substantiis corporalibus illa est dignior qua existunt in substantiis spiritualibus. et collectio multarum formarum in uno subiecto habet esse in substantia composita, sicut coloris, figurae, lineae, superficiei, quae sunt coniuncta in substantia composita. ergo substantia spiritualis dignior est ut hoc sit in ea.

(11.) Indiuidua et species multa sunt. et indiuidua et species sunt in generibus. ergo res multae habent esse in generibus. et genera unum sunt. ergo multa habent esse in uno.

(12.) Si inferius est ex superiore, inferius habet esse in superiore. sed inferius est ex superiore. ergo inferius habet esse in superiore. et inferius est multa. ergo multa habent esse in superiore. sed superius est unum. ergo multa habent esse in uno.

34. Item Magister. Iam proposuimus quod possibile fuit proponere de probationibus demonstrantibus quod ea quae sunt multa habent esse in uno. et hoc manifestat quod praediximus, scilicet quod formae sustentatae in substantia composita habent esse in substantia simplici. et in hoc est etiam manifestatio eius quod monstrare uoluimus, scilicet esse substantiarum simplicium, quae sunt imprimentes lineamenta sua et figuras in substantia composita.

---

1 formae quae sunt in substantia simplici *om.* *C* in] non *M* 3 est *om.* *N* iungantur *C* 4 possunt multa *M* 5 Omni *scripsi*: Omnis *ACMN* maneria] materia *C* ex] in *ACN* maneriis] materiis *C*, materiis maneriis *M* spiritualibus *deleui*: spiritualibus *ACM*, simplicibus *N* 6 qua] quam *AM*, quia *C* 8 esse] esset *N* 9 coniunctae *C*, coniuncta in *om.* *N* 10 hoc] haec *C* 11 *ante* Indiuidua *add.* Item *C* et (*ante* indiuidua) *om.* *C* 12 esse *om.* *C* 14 Si] Sed *A* 14—16 inferius habet esse ... in superiore *om.* *N* 14—15 in superiore] inferiore *M* 16—17 et inferius ... habent esse in superiore *om.* *C* 16 multa (*post* est *et post* ergo)] multum *MN* 17 habet *N* in superiore] inferiore *M*, ex superiore *N* 18 multum habet *MN* in] ex *N* 19 Magister *om.* *M* praeposuimus *M* praeponere *ACM* 21 manifestat] est manifestum *C* 23 etiam *om.* *MN* 24 uolumus *N* 26 figuras et liniamenta (*cf. ad p. 131,36*) sua *M*

D. Quamuis haec dubitatio soluta sit quod multa existant coniuncta in una re, tamen duae aliae dubitationes emerserunt mihi, quae non sunt minores illa; hoc est, quod aliquis dicere potest: formae spirituales quomodo factae sunt corporales, et accidens corporale quomodo generatum est a substantia spirituali?

M. Iam praemissum est in loquendo de hac ratione quod sufficit; sed nunc uolo breuiter recolligere. et dico quod omnia duo opposita cum coniunguntur, ex coniunctione eorum fit alia res quae non est aliquod eorum, dum erant per se. et quia substantia simplex est opposita substantiae compositae, debet ut ex coniunctione earum fiat alia res quae non sit aliqua illarum. et ipsa est forma sustentata in substantia composita; hoc est, quia haec forma non est spiritualis absolute, eo quod est sustentata in materia corporali; similiter etiam non est corporalis absolute, quia est simplicior quam materia, et quia aliquando potest sustineri in anima exspoliata a materia. — Et etiam, quia materia corporalis finita est et coartata, et omne quod fuerit finitum et coartatum, forma quae infusa est ei a substantia sibi opposita, expansa est super superficiem eius et existens in ea: ergo debet esse ex hoc ut forma diffusa a substantia simplici super materiam corpoream sit expansa super superficiem eius et existens in ea, quia forma est sequens materiam in lineatione et figuratione eius. unde quia materia est in se corporalis, debet etiam ut forma superfusa super eam

---

1 solita *C* existant] sint *A* 3 quae] quod *C*, qui *N* haec *N* 3—4 potest dicere *M* 4 sunt *om. M* 7 Iam praemissum est] *cf. pg. 125,23 sqq.; 112,4 sqq.; 190,24 sqq.* 8 breuiter uolo *M* 9 cum *om. C* 10 fit] sicut *C* 11 quia] quod *A*, *om. C* 20 *ante* opposita *add* per se *C* compositae substantiae *N* 12 debet] oportet *AN*. alia] aliqua *C* 14 quia] quod *M* *post* spiritualis *add.* per se *C* absolute *om. C* 15 eo quod] quia *A* 16 *post* corporalis *add.* per se *C* simplicior est *A* 17 *ante* aliquando *add.* a natura *A* sustineri potest *C*, sustinetur (*omisso* potest) *N* 18 est *om. A* et] quia *C* 19 quod] quia *C* quod fuerit *om. A* quae est infusa est *A*, quae fuerit infusa *C* 20 sibi] ei *C* super *om. N* 21 diffusa] infusa *C* 22 materiam corporalem corpoream *N* sit expansa *om A* 23 *post* ea *add.* ergo debet esse ex hoc *A*, *quae uerba ex v. 21 huc illata sunt* sequens] sequentur *N* 24 materiam] et *A* liniatione *MN* 25 corporalis] corpus *C* debet] oportet *N*

a substantia spirituali sit etiam corporalis. — Et etiam, quia forma solet penetrare materiam recipientem se, cum fuerit parata recipere eam, propter penetrabilitatem primae formae collectiuae omnium formarum et infusionem suam in prima materia, sicut praemonstratum est, quia si materia fuerit subtilis, forma diffundetur in ea et dispergetur et occultabitur et non apparebit sensui; si autem materia fuerit obtusa, debilior fiet forma ad penetrandum et ad se diffundendum per eam; et tunc essentia formae coadunabitur et non disgregabitur, et apparebit sensui propter coadunationem sui, quia cum essentia rei coadunatur, ipsa res corporatur et offert se sensui, et e contrario, cum essentia rei disgregatur, fit subtilior et occultatur sensui. et regula considerandi infusionem formarum spiritualium super materiam corporalem et apparitionem formarum corporalium tunc in materia corporali haec est, scilicet infusio *luminis* in corporibus et apparitio colorum tunc.

85. D. Demonstra mihi hoc et manifestum fac.

M. Manifestum est quod colores deprehenduntur per essentiam eorum et non deprehenduntur priuatione eorum. causa autem est in hoc, quod lumen in se est spirituale et subtile; et ideo non uidetur eius essentia, id est forma eius, nisi cum coniungitur corpori superficiem habenti, et cum non fuerit coniunctum corpori superficiem habenti, occultabitur forma eius

---

p. 159,1—16 = Falaqera III, §. 23.

---

3 collectiuae] collectem *(cf. ad pg. 136,18)* *N* 4 primo *N* sicut praemonstratum est] *cf. p. 113,5 sqq.; 108,15 sqq.* 5 diffundetur] diuidetur *C* 6 sensu *N* 7 fuerit *om.* *N* debilior] difficilior *C* forma *om.* *C* 8 et (*ante* ad) *om.* *M* ad] a *C* per eam *post* penetrandum *transp.* *M* 9 non *om.* *C* apparet *A* 10 quia] et *A* 11 *post* res *add.* et *C* 11—12 et e contrario . . . occultatur sensui *om.* *N* 11 e contrario] conuerso *(omisso* e) *C* 12 et] quia *C* regula] et *(i. e.* erit) *N* 13 consideranda *A*, considerandum *C* infusione *N* spiritualium formarum infusionem *M* 14 corporalium *om.* *C* tunc] rerum *A* 15 haec est . . . corporibus *om.* *N* luminis *scripsi ex Falaq.* האור: formarum *ACM (ex v. 13 huc illatum)* 16 colorum] eorum *C* tunc] rerum *A* 17 et *om.* *N* 18 deprehendantur *M* 18—19 per essentiam . . . deprehenduntur *om.* *C* 19 eorum (*post* et) *scripsi*: earum *AMN* eorum (*post* priuatione) *scripsi*: earum *ACMN* 20 autem *om.* *N* in hoc est *CM* est in se *C* 21 essentia eius *C* id est] scilicet *C* cum *om.* *C* 22 coniungatur *C* corpori *om.* *C* 22—23 et cum . . . habenti *om.* *N* eius forma *C*

et non apparebit sensui, sicut lumen defluxum in aërem cuius forma non deprehenditur sensu, donec ipsum lumen diffundatur super corpus solidum, sicut super terram, et sic apparet lumen eius et offert se sensui. et cum apparet forma luminis in superficie corporis, apparet tunc forma coloris sustentata in eo, quoniam impossibile est ut appareat forma luminis et non appareat forma coloris. — Demonstratio autem huius est haec. Forma luminis non apparet nisi cum coniungitur superficiei corporis. et quia superficies sustinet in se ipsa essentiam coloris, debet ut lumen quod est coniunctum superficiei, sit etiam coniunctum colori, cum coniungitur superficiei; et debet ut color appareat per manifestationem luminis. — Et argumentatio de apprehensione luminis cum colore fit hoc modo. Lumen uisus coniungitur lumini solis propter similitudinem. et lumen solis coniungitur colori. ergo lumen uisus coniungitur colori. Item alia argumentatio. Lumen coniungitur colori qui sustinetur in superficie corporis. et lumen apparet, quando adiungitur ei. ergo color apparet, quando lumen adiungitur superficiei.

Et secundum hanc argumentationem auxilio dei considerabis infusionem formae spiritualis super materiam corporalem, hoc est, si compares formam spiritualem quae est in substantia simplici lumini solis, et compares formam infusam super materiam lumini quod est super superficiem corporis, et compares

---

1 sensû *N* 2 apprehenditur *M* 3 super (*ante* terram) *om.* *MN* apparebit *M* 4 offert] conferet *M*, confert *N* et] quia *C* 4—5 in superficie corporis] et necessario *A* 5 appareat *A* tunc *om.* *A* sustenta *M* 5—7 sustentata . . . forma coloris *om.* *C* 6 est *om.* *M* 6—7 luminis et non appareat forma *om.* *M* 7 huius *om.* *C* haec est *CM*, haec *om.* *N* 8 *ante* luminis *add.* huius *C* iungitur *AN* 9 corporis] coloris *N* et quia] quare *C* se] semet *C* ipsam *M* 10 debet] oportet *AN* ut] quod *A* est *om.* *N* iunctum *AM* 10—11 superficiei sit etiam coniunctum *om.* *N* 11 sit etiam . . coniungitur superficiei *om.* *A* iunctum *M* color *C* debet] oportet *AN* 13 de apprehensione] deprehensione *C* cum colore *om.* *M* fiet *N* 14 *ante* coniungitur *add.* cum *C* et] quia *C* 15 uisus] solis *C* 16 colori (*ante* qui) *om.* *N* 17 qui] quia *A*, quod *CN* 18 quando *om.* *C* coniungitur *CN* adiungitur (*post* lumen)] iungitur *A*, coniungitur *N* 20 Et] Quia *C* 23 simplicium *N* lumini *om.* *N* 24 est *om.* *M*

a substantia spirituali sit etiam corporalis. — Et etiam, quia forma solet penetrare materiam recipientem se, cum fuerit parata recipere eam, propter penetrabilitatem primae formae collectiuae omnium formarum et infusionem suam in prima materia, sicut praemonstratum est, quia si materia fuerit subtilis, forma diffundetur in ea et dispergetur et occultabitur et non apparebit sensui; si autem materia fuerit obtusa, debilior fiet forma ad penetrandum et ad se diffundendum per eam; et tunc essentia formae coadunabitur et non disgregabitur, et apparebit sensui propter coadunationem sui, quia cum essentia rei coadunatur, ipsa res corporatur et offert se sensui, et e contrario, cum essentia rei disgregatur, fit subtilior et occultatur sensui. et regula considerandi infusionem formarum spiritualium super materiam corporalem et apparitionem formarum corporalium tunc in materia corporali haec est, scilicet infusio *luminis* in corporibus et apparitio colorum tunc.

35. D. Demonstra mihi hoc et manifestum fac.

M. Manifestum est quod colores deprehenduntur per essentiam eorum et non deprehenduntur priuatione eorum. causa autem est in hoc, quod lumen in se est spirituale et subtile; et ideo non uidetur eius essentia, id est forma eius, nisi cum coniungitur corpori superficiem habenti, et cum non fuerit coniunctum corpori superficiem habenti, occultabitur forma eius

---

p. 159,1—16 = Falaqera III, §. 23.

---

3 collectiuae] collectem *(cf. ad pg. 136,18)* N 4 primo N sicut praemonstratum est] *cf. p. 113,5 sqq.; 108,15 sqq.* 5 diffundetur] diuidetur C 6 sensu N 7 fuerit *om.* N debilior] difficilior C forma *om.* C 8 et *(ante* ad) *om.* M ad] a C per eam *post* penetrandum *transp.* M 9 non *om.* C apparet A 10 quia] et A 11 *post* res *add.* et C 11—12 et e contrario . . . occultatur sensui *om.* N 11 e contrario] conuerso *(omisso* e) C 12 et] quia C regula] et *(i. e.* erit) N 13 consideranda A, considerandum C infusione N spiritualium formarum infusionem M 14 corporalium *om.* C tunc] rerum A 15 haec est . . . corporibus *om.* N luminis *scripsi ex Falaq.* האור: formarum ACM *(ex v. 13 huc illatum)* 16 colorum] eorum C tunc] rerum A 17 et *om.* N 18 deprehendantur M 18—19 per essentiam . . . deprehenduntur *om.* C 19 eorum *(post* et) *scripsi*: earum AMN eorum *(post* priuatione) *scripsi*: earum ACMN 20 autem *om.* N in hoc est CM est in se C 21 essentia eius C id est] scilicet C cum *om.* C 22 coniungatur C corpori *om.* C 22—23 et cum . . . habenti *om.* N eius forma C

et non apparebit sensui, sicut lumen defluxum in aërem cuius forma non deprehenditur sensu, donec ipsum lumen diffundatur super corpus solidum, sicut super terram, et sic apparet lumen eius et offert se sensui. et cum apparet forma luminis in superficie corporis, apparet tunc forma coloris sustentata in eo, quoniam impossibile est ut appareat forma luminis et non appareat forma coloris. — Demonstratio autem huius est haec. Forma luminis non apparet nisi cum coniungitur superficiei corporis. et quia superficies sustinet in se ipsa essentiam coloris, debet ut lumen quod est coniunctum superficiei, sit etiam coniunctum colori, cum coniungitur superficiei; et debet ut color appareat per manifestationem luminis. — Et argumentatio de apprehensione luminis cum colore fit hoc modo. Lumen uisus coniungitur lumini solis propter similitudinem. et lumen solis coniungitur colori. ergo lumen uisus coniungitur colori. Item alia argumentatio. Lumen coniungitur colori qui sustinetur in superficie corporis. et lumen apparet, quando adiungitur ei. ergo color apparet, quando lumen adiungitur superficiei.

Et secundum hanc argumentationem auxilio dei considerabis infusionem formae spiritualis super materiam corporalem, hoc est, si compares formam spiritualem quae est in substantia simplici lumini solis, et compares formam infusam super materiam lumini quod est super superficiem corporis, et compares

---

1 sensû *N* 2 apprehenditur *M* 3 super (*ante* terram) *om.* *MN* apparebit *M* 4 offert] conferet *M*, confert *N* et] quia *C* 4—5 in superficie corporis] et necessario *A* 5 appareat *A* tunc *om.* *A* sustenta *M* 5—7 sustentata ... forma coloris *om.* *C* 6 est *om.* *M* 6—7 luminis et non appareat forma *om.* *M* 7 huius *om.* *C* haec est *CM*, haec *om.* *N* 8 *ante* luminis *add.* huius *C* iungitur *AN* 9 corporis] coloris *N* et quia] quare *C* se] semet *C* ipsam *M* 10 debet] oportet *AN* ut] quod *A* est *om.* *N* iunctum *AM* 10—11 superficiei sit etiam coniunctum *om.* *N* 11 sit etiam . . coniungitur superficiei *om.* *A* iunctum *M* color *C* debet] oportet *AN* 13 de apprehensione] deprehensione *C* cum colore *om.* *M* fiet *N* 14 *ante* coniungitur *add.* cum *C* et] quia *C* 15 uisus] solis *C* 16 colori (*ante* qui) *om.* *N* 17 qui] quia *A*, quod *CN* 18 quando *om.* *C* coniungitur *CN* adiungitur (*post* lumen)] iungitur *A*, coniungitur *N* 20 Et] Quia *C* 23 simplicium *N* lumini *om.* *N* 24 est *om.* *M*

colorem formae corporali quae est in materia corporali in potentia, hoc est quia color in corpore in potentia est. et cum tu comparaueris inter unamquamque harum formarum, inuenies formam corporalem quae est in materia in potentia, quod apparet sensui, quando adiungitur ei forma infusa super eam a forma spirituali, sicut color, qui est in corpore, in potentia est, sed apparet sensui, quando adiungitur ei lumen infusum corpori a lumine solis; et sic inuenies formam infusam materiae a forma spirituali apparentem sensui, quando adiungitur formae corporali quae est in materia in potentia, hoc est, quia haec et illa fient unum, sicut lumen superfusum super superficiem corporis apparet sensui, cum adiungitur superficiei corporis et ipsum et color fiunt unum.

36. D. Iam manifestum est mihi quomodo forma spiritualis fit corporalis, cum adiungitur materiae corporali, propter quatuor modos quos dixisti. ergo manifesta mihi quomodo est possibile ut forma accidentalis generetur ex substantia spirituali.

M. Ad hanc interrogationem possunt fieri duae responsiones. una est ut dicatur quod forma corporalis non est accidens per se, sed substantia, quia ipsa perficit essentiam materiae in qua sustinetur, et non dicitur quod sit accidens nisi comparatione sui ad materiam quae eam sustinet. secunda responsio est ut dicatur quod haec forma, etsi sit accidens, non fluxit ab essentia substantiae simplicis, id est materia quae sustinet formam eius, sed est deducta ex forma eius, quae est accidens materiae sustinentis se, et tamen haec forma substan-

---

1 colore *M* est *om.* *C* 3 comparaueris tu *N*, tu *om.* *C* 4 est *om.* *C* 5 iungitur *ACN* 7 sensum *N* iungitur ei *A*, coniungitur ei *N*, ei adiungitur *C* 8 et] quia *C* formam *om.* *M* 9 apparente *CMN* sensum *AN*, in sensu *C* coniungitur *ACM* 10 in (*ante* materia) *om.* *A* 13 fiunt] sunt *N* 14 Iam] Nunc *A* 15 corporalis fit *N*, sit corporalis *M*, sit forma corporalis *A* 16 propter quatuor modos quos dixisti] *cf. p. 158,8—17; 158,18—159,1; 159,1—12; 159,12—161,15* 17 possibile est *A* 18 spirituali] corporali *C* 20 una est] unaque *N* *post* quod *add.* hoc (*sic!*) *N* 21 ipsa *om.* *A* 22 et] quia *C* dicitur] *an* dicatur? 23 sustinet eam *AN* 24—27 etsi sit . . . haec forma *hic om.* *AC* 25 essentia substantiae] e natura materiae *M* 27 sustinentes *M* haec forma] *scil. substantiae simplicis forma, ex qua forma corporalis, quae v. 24 haec forma uocatur, deducta est*

tia est, quia ipsa perficit essentiam substantiae simplicis. et ob hoc dictum est de forma sustentata in substantia composita quod substantia est, eo quod defluxa est a forma substantiae simplicis quae substantia est. ergo cum forma sustentata in materia substantiae simplicis fuerit substantia sibi ipsi, et fuerit accidens propter sustentationem sui in materia substantiae simplicis: non est impossibile ut forma quae est defluxa ab ea in substantia composita sit etiam substantia sibi ipsi, et etiam accidens propter sustentationem sui in materia substantiae compositae.

37. D. Quare uocauerunt primam formam **substantialem** et non **substantiam**, cum ipsa perficiat essentiam materiae quae est substantia?

M. Ideo quia impossibile est ut habeat esse nisi in materia in qua subsistit.

D. Ergo si forma subsistens in materia composita est substantia, **falsum est aliquid esse accidens?**

M. Non potest dici absolute ut forma sit accidens, sicut quantitas et aliquae species qualitatis, quia quantitas est forma inseparabilis essentiae substantiae et perficit eam, et similiter aliquae qualitates sunt differentiae substantiales perducentes ad esse essentiam substantiae in qua sunt; sed in ceteris praedicamentis non potest dici quod sint substantiae.

D. Iam patefecisti mihi quod formae sustentatae in substantia composita sunt defluxae a substantia simplici, et soluisti dubitationes quas habebam in hoc. sed quid dices mihi si

---

1 *post* simplicis *add.* *AC*: id est materiam quae sustinet formam eius, sed est deducta ex forma eius, quae est accidens materiae sustinentis se, et (quia *C*) tamen haec forma etiam (etiam ... substantiae simplicis *om.* *C*) substantia est, quia perficit essentiam substantiae simplicis 1—3 et ob hoc ... defluxa est *om.* *C* 2 hoc *om.* *A* posita *M* 5 simplicis substantiae *C* 6 simplici *C* 7 possibile *M* est *om.* *M* deflua *M* 8 composita sit etiam substantia *om.* *N* 9—10 substantiae compositae *scripsi*: substantiae simplicis *AC*, *om.* *MN* 11 uocant *C* 12 essentia *M* materiae *om.* *C* 14 esse *om.* *C* 17 falsum] subiectum *C* est *om.* *N* 18—19 sicut quantitas *etc.*] *scil. non potest dici absolute accidens* 19 aliqua *CN* qualitatis] quantitatis *M* 20 *ante* substantiae *add.* et *N* et (*ante* similiter)| quia *C* 21 aliae *N* quantitates *MN* substantiales] spirituales *C* 22 *post* ceteris *add.* supradictis *A* 23 dubitationem quas (*sic!*) *N*, dubitationes (*sic!*) quam *C* dicis *AM*

conuersus dixero quod substantia simplex, sicut anima, non habet formam in se? et si opposueris mihi de formis infixis in essentia animae, dicam tibi quod hae formae accidentes sunt pertranseuntes super essentiam animae, sicut formae luminis super aërem, et non sunt stabiles in substantia eius nec commutantes essentiam eius; sed hae formae non attingunt ad animam nisi ex materia composita; sed cum opponitur ei, unit cum ea lineamenta sua et imprimit in ea figuras suas propter subtilitatem substantiae animae in se, et transeunt per eam sicut transitus formarum resultantium in politis corporibus super ipsa corpora. et cum ipsae formae non sint essentiales ipsis corporibus, et non sint nisi accidentia quae fluunt in eis: hoc remouet quod hae formae sensibiles sint deductae a substantiis spiritualibus.

M. Manifesta hanc oppositionem et aperi amplius, donec sequatur responsio ad eam.

D. Postquam omnis scientia et ratiocinatio non sunt nisi ex incomplexis intellectibus, quae sunt decem genera, debet esse ex hoc ut omne quod imaginatur in anima, et loquitur per illud, sit compositum ex his simplicibus intellectibus secundum uarios modos copulationis eorum et manerias compositionum ex differentiis, propriis et accidentibus. et quia scire hos intellectus incomplexos hoc est, subsistere formam cuiusque eorum in anima, quia anima est subiecta illis, quemadmodum materia est subiecta suis formis: ideo debet ex hoc ut scientia sit generatio et subsistentia omnium harum formarum in anima, de-

---

1—2 *cf. p. 168,19 sqq.* 2 mihi de formis *om. N*, mihi *om. CM* 3 dico *C* *ad v. 3 sqq. cf. p. 174, 9 sqq.* 5 sunt *om. AC* substantia] essentia *A*, substantiam *C* 6 commutantes] comitantes *C* communicantes *N* 7 sed] sicut *C* 8 opponitur, *scil. materia composita*, ei, *scil. animae* ea (*scil. anima*)] substantia *C* 9 substantiae *om. N* 10 pollitis *N* 12 sint *om. C* nisi *om. AC* 14 deductae sint *M*, sunt deductae *AC* 18 complexis *AM* quae] qui *N* debet] oportet *N* 19 ex] quod *C* loquitur (*scil. anima*)] loquatur *C*, locuntur *M*, locatur *N* 21 manerias] maternas *C* differentiis] diuersis *C* 22 et *om. C* 23 incomplexos] implexos *M*, *om. N* subsistere] sustinere *C*, sistere *N* uniuscuiusque *C* 24 anima est *om. N* subiecta] substantia *N* 25 est *om. N* subiecta] substantia *CN* suis] in suis *C* debet] oportet *N* 26 omnium *transp. post* formarum *A*

inde coniunctio et diuisio earum per differentias et per propria et per accidentia. ergo per hoc sunt similia accidentibus quae sunt in substantia discurrentia per eam et succedentia in ea. et cum hoc ita fuerit, et intellectus simplices, ex quorum copulatione emergunt scientiae et ex illis construitur locutio, fuerint collecti ex materia naturali et eius accidentibus, id est substantia quae sustinet praedicamenta; — et ordo animae est super ordinem huius materiae; et quod intelligitur de scientia, hoc est inhaerentia formarum sensibilium, id est accidentium subsistentium in substantia, et attractio earum ad uim imaginantem, et deinde impressio earum et perceptio in anima, propterea quod subtiliantur et attenuantur in duabus mansionibus, id est in sensu et existimatione —: ac per hoc manifestum est quod anima non habet propriam scientiam in se nec formas essentiales in se, nisi quia receptibilis est formarum, quando adueniunt ei, propter suam tenuitatem et simplicitatem et subtilitatem substantiae suae; et non aduenit ei scientia, nisi quando est superstans materiae et eius accidentibus, et quando unitur eius essentia cum formis accidentium; et describuntur in ea prius figurae accidentium et eorum lineamenta propter praesentiam et contactum, et imprimunt in ea impressionem qua anima percipit certitudinem ipsarum formarum quae sunt impressae in ea impressione formarum sensibilium in sensus et perceptione earum ab anima quando agunt in ea. ergo per hoc transeunt super animam transitu, et non permanent in ea cohaerentes in suo esse, quando agunt in ea. et quia omnis forma ex

---

1 per (*ante* propria) *om.* *A* 2 per (*ante* accidentia) *om.* *C* 3 succidentia *M* 4 et (*ante* cum)] quia *C*. *ad ea quae sequuntur cf. p. 171,11—16* quorum] eorum quorum *C* 5 construitur] constituitur *M* fuerint] et fiunt *C*, fuerit *M* 6 collecta *A* 7 praedicamenta] prima *M* ordo] orto *N* super] secundum *N* 8 huius] istius *M* 9 inhaerentia] de inhaerentia *C* 10 substantia] anima substantia *C* attractio] actio *C* 10—11 ad uim ... impressio earum *om.* *N* 10 imaginantem] imaginatiuam et imaginantem *C* et (*ante* deinde) *om.* *C* 11 quod] quae *A* subtiliatur et attenuatur *A* 12 in (*post* est) *om* *ACM* 13 sensus *A* extimatione *M* 14 propriam] primam *M*, *om.* *C* 15 quando] quando est *N* 16 tenuitatem suam *C* 17 et (*post* tenuitatem) *om.* *A* 16 17 suae substantiae *M* 17 et] quia *C* scientia ei *C* est] eius *A* 19 prius *om.* *C* 20 et] quod *C* 21 contactam *M* percipit] recipit *C* 22 formarum ipsarum *N*, ipsarum formarum *A* 24 eorum *C* ab] ex *N* 24—26 ergo ... agunt in ea *om.* *N* 26 et *om.* *C* forma] formarum *N*

formis accidentium est diuisibilis in se, quia est composita et non est simplex omnino, diuiserunt se etiam in essentia animae et disgregauerunt se et constituerunt se separatim singulae ipsarum formarum in essentia animae. et ideo conueniens fuit ut constitutio ipsarum formarum in essentia animae uocaretur intellectus, quia intelliguntur in ea et existunt in ea. et quia anima media est inter substantiam intellectus et sensum, debet ut, cum se inclinauerit ad sensum, elabatur ab ea apprehensio eius quod est in intellectu. similiter cum se diuerterit ad intellectum, eripitur ei apprehensio eius quod est in sensu, quia unumquodque extremorum oppositum est alteri, et cum intenderit uni, discedit ab alio, formis interim transeuntibus per essentiam eius et succedentibus in substantia eius, cum non sint essentiales in ea, sicut formae sensibiles transeuntes super sensum uisus, quia cum inflectitur ab aliis ad alias, perdit eas et non erunt existentes in eo. et hoc est quod mihi uidetur de formis quae habent esse in anima. — Sed ut hae formae sint essentiales animae et non separabiles a substantia eius, opus est ad certitudinem huius expositione longa. incipe ergo nunc ad hoc secundum fundamentum quod praeposuisti, scilicet quod formae sensibiles habent esse in essentia substantiae simplicis.

38. M. Si tu intellexisti in omnibus dictionibus quas induxisti remotionem scientiae intelligibilis a substantia animae, id est apprehensionis eius per se ipsum ad formas intellectas, non potest fieri hoc a te propter probationes significantes quod anima sciens est per se ipsam. et nunc breuiter recolli-

p. 165,6—12 = Falaqera III, §. 24.

2 diuiserunt] deserunt *A* etiam] et *MN* 4 et] quia *C* 5 ipsarum] ipsa *C*, *om.* *M* formarum *om.* *CM* in essentia animae *om.* *C* 6 intelliguntur] intelligitur *N* et existunt in ea *om.* *N* et (*ante* quia) *om.* *C* *ad v. 6—10 cf. infra p. 173,26 sqq.* 7 debet] oportet *AN* 8 ut *om.* *N* inclinauerit se *C* se *om.* *A* 9 quod est in . . . apprehensio eius *om.* *C* 11 et] quia *AMN* 12 formis] formarum *N* 13 et . . . eius *om.* *N* 14 super] per *N* 15 quia] et *A* aliis] eis *N* 16 et] cum *M* 17 quae] quod *C* ut] nec *A* formae] materiae *N* sunt *AMN* 20 ad] ab *AM* posuisti *CM* 21 sensibiles] simplices *AM* 23 dictionibus] rationibus *C* 24 intelligibilis] intellectualis *C* 25 apprehensionis *scripsi*: apprehensionem *ACM*, apprehensae *N* 26 probationes] propositiones *C* 27 et] quia *C*

gam radices ipsarum probationum hoc modo. — Si substantia animae est receptibilis descriptionum rerum et formarum earum, sunt in ea in potentia; et si sunt in ea in potentia, sciens est per se ipsam. — Item. Si anima apprehendit formas in se ipsa sine instrumento, sunt in ea in potentia. — Item. Si homines sunt communicantes in apprehensione alicuius rerum, scientia est in essentia eorum. — Item. Si homines apprehendunt scientiam sine disciplina, scientia est in essentia eorum — Item. Si anima praescit ea quae sunt antequam sint, tunc sciens est per se ipsam. — Item. Si anima est perceptibilis et sentiens a principio incrementi corporis, tunc sciens est per se ipsam. — Similiter et ceterae probationes quae hoc idem significant.

Si autem intellexisti remotionem scientiae sensibilis a substantia animae, hoc est apprehension*is* formarum sensibilium sine instrumento, fortasse potest hoc contingere secundum aliquem modorum. hoc est, non intelleximus quod formae sensibiles sint existentes in substantia animae, nisi sibi applicentur per instrumenta instituta ad apprehendendum eas. et quia anima facile potest apprehendere has formas sine instrumento secundum opinationem, sed hoc non fit nisi postquam apprehenderit eas instrumentis. — Et etiam non intelleximus quod hae formae sint existentes in anima, postquam accedunt ad eam et comprehendit eas, sicut est subsistentia earum in suis sustinentibus; sed intelleximus quod formae sensibiles sunt in anima in potentia, et ipsae formae sunt similes formis sensibilibus in effectu, et propter hoc coniunxerunt se illis et unierunt se cum illis. et quod intelleximus in nostra dictione, scilicet

1 probationum ipsarum *C* 2 est animae *C* 3 sunt (*post* earum)] non sunt *N* 4 apprehendi *N* ipsam *M* 6 alicuius] alterius *C* rerum] rei *A* 7 earum *C* 7—8 Item ... essentia eorum *om. C* 7 scientia (*ante* est) *om. A* 10—11 Item ... per se ipsam *om. C* 10 perceptibilis] receptibilis *N* 11 ipsam *om. A* 14 apprehensionis *scripsi*: apprehensionem *ACMN* 16 *ante* non *add.* quod *A* sensibiles *om. M* 17 sint] sunt *CN* sibi *om. N* 18 instrumenti *M* et *om. C* quia] *an* quod (*i. e. quod si*)? 19 opinionem *A* 20 sed] *vertendum erat* tamen postquam] cum *M*, *om. C* apprehendit *N* 21 Et] Quia *C* intellexerimus *M* quod] quia *A* 22 hae *om. N* sint] sunt *AC*, sicut *N* 23 eam] eas *A* est *om. N* subsistentia] substantia *CM* 24 sustinentibus] susistentibus (*sic!*) *C* 25 *ante* formis *add.* ipsis *C* 26—27 et unierunt se cum illis *om. N* 27 et] quia *C* quod] quia *M* intellexerimus *M* in] ex *M*

quod forma sensibilis est in substantia animae in potentia, haec est ratio, quia substantia animae facta est receptibilis formarum sensibilium, et quia formae sensibiles factae sunt impressae in ea et iunctae cum ea. sed cum diximus quod omnes formae sensibiles sunt inuentae in substantia animae in potentia, non intelleximus quod unaquaeque istarum formarum sit inuenta in substantia animae singillatim, sicut sunt in suis sustinentibus corporalibus; sed hoc intelleximus, quod forma animae sentientis est una simplex forma colligens in se ipsa omnes formas sensibiles, hoc est, quia haec forma potens est sustinendi omnes formas sensibiles in effectu, cum coniunctae fuerint ei, et sunt in ea in potentia. unde non debemus negare multas formas collectas esse in una forma, de qua re probationes praemisimus. et quod dicimus de forma huius animae, simile est ei quod dicitur de forma animae rationalis et de forma intelligentiae, hoc est, quia forma uniuscuiusque harum substantiarum collectiua est omnium formarum intellectarum; excepto hoc quod forma intelligentiae colligibilior est formarum quam forma animae. et cum hoc dicimus, non intelligimus quod unaquaeque istarum formarum sit in unaquaque istarum substantiarum singillatim, nec quod formae adueniant eis extrinsecus; sed intelligimus quod forma uniuscuiusque earum in se est uniuersalis forma, id est in natura et essentia sua est apprehendens omnis formae et sustinens illam; nec possemus dicere quod omnes formae existant in forma collectiua earum qualiscumque sit forma ex formis substantiarum uniuersalium, nisi essent ipsae formae in potentia.

2 receptibilis] transmutabilis *N* 3 sensibilium et quia formae *om.* *N* factae *om.* *N* 4 coniunctae *A* cum] in *C* dixerimus *C* 5 inuentae] iunctae *C* 5—7 in potentia ... substantia animae *om.* *N* 6 sit] sunt *C* 7 sigillatim *MN* 8 corporalibus] corporibus *M* hoc *om.* *A* intellexerimus *M*, intelligimus *N* sentientis] scientis *N* 9 forma (*post* simplex) *om.* *A* ipsam *M* 10 *ante* hoc *add.* et *N* 11 in effectu *post* fuerint ei *transpon.* *A* 13 praemisimus] *cf. p. 153,9—157,18* 14 simile] substantiae *N* 15 animae ... forma *om.* *N* intellectiuae *C* 17 est *om.* *A* intellectiuarum *C* 18 intellectiuae *C* et] quia *C* 19 hoc] haec *N* unaquaeque] una *C* 19 20 unaquaeque ... sit in *om.* *M* 20 formarum istarum *A* sigillatim *M* 21 nec] nisi *A* aduenient *A* 22 *post* forma *add.* ut *N* earum] illarum *C*, harum *M* in se *om.* *C* forma *om.* *C* 23 natura] materia *C* 24 possemus *scripsi*: possumus *ACMN* 25 earum *N*, rerum *C* qualitercumque *A*

39. D. Manifesta mihi hoc adhuc amplius.

M. Si substantia simplex apprehendit multas formas, non apprehendit eas nisi per suam formam; quia si forma substantiae simplicis apprehendit multas formas, aut apprehendit eas eo quod est in illa, aut eo quod non est in illa. si apprehendit eas eo quod est in illa, tunc formae multae in ea sunt. si autem apprehendit eas eo quod non est in illa, non est impossibile quod alia substantia quam substantia animae sit apprehendens formas ipsas, quod falsum est. — Et etiam, si forma substantiae simplicis apprehendens formas apprehendit eas eo quod in ipsa non est, omnino prohibetur ut inter istam formam et formas quas apprehendit sit conuenientia. si uero inter eas non fuerit conuenientia, non unientur aliquo modo. sed ratio conuenientiae inter duas formas haec est, ut forma substantiae simplicis sit potens recipiendi formam quae unitur cum ea, et sit parata uniri cum ea.

D. Quicquid dixisti de his ratiocinationibus, non erit ratum, donec stabilias a n i m a m h a b e r e i n s e f o r m a m. sed quae erit responsio tua contra me, si dixero quod anima non habet in se formam?

M. Substantia simplex aut habet propriam sibi formam, aut non habet propriam sibi formam. Non est autem possibile ut non habeat propriam sibi formam, quia non haberet esse. omne enim esse rei ex forma est. Et etiam, quia si substantia simplex non haberet formam sibi propriam, non esset

1 adhuc hoc *M*, hoc *om.* *C* 2 multas formas] omnes formas uel multas *C* 3 eas] eam *N* formam suam *MN* quia] et *MN* 4 eas] illas *C* 6 eas] illas *C*, *om.* *A* sunt in ea *CM* 7 autem *om.* *C* eas] illas *C* impossibile] possibile *N* 8 quod] ut *N* quam substantia *om.* *CN* 9 Et] Quia *C* si etiam *C* 10 simplicis substantiae *C* *post* simplicis *add.* esset *A* apprehendens formas *om.* *C* 11 ipso *C* prohibebitur *A* formam istam *A* 12 formas quas] formam quam *C* 13 unientur] unitur *C*, *om.* *N*, *lacuna hiante* 14 sed] si *A* 15 formam *om.* *N* 16 et ... ea *om.* *M* sit] sic *A*, *om.* *C* *post* parata *add.* est *A* 17 ratiocinationibus] rationibus *A* 19—20 *cf. supra 168,1—2* 21 sibi propriam *M* 22 aut non ... formam *M*, habet ... formam *om.* *C* formam sibi propriam *A* non est] et non est *C* autem] aut *MN*, *om.* *C* 23 formam sibi propriam *A*, propria (*sic!*) sibi formam *M* haberet] habet *N*. 24 rei esse *N* si *om.* *CM* 25 haberet] habet *C*

species differens ab alia. omnis enim differentia non est nisi per formam. Et etiam non esset possibile ut apprehenderet formam aliquam ex formis, quia non apprehendit formas nisi per suam formam. — Si autem substantia simplex habet formam propriam, aut erit receptibilis omnium formarum, aut nullius, aut unius. *et* si foret receptibilis unius formae in effectu, non esset differentia inter formam substantiae simplicis et formam substantiae compositae, quia substantia composita non est receptibilis nisi unius formae, et substantia simplex receptibilis est multarum. si autem non esset receptibilis alicuius formarum, substantia simplex non esset apprehendens aliquid ex rebus; sed manifestatio demonstrat contrarium huius. relinquitur ergo ut substantia simplex sit apprehendens omnes formas. Item. Postquam substantia simplex habet formam, aut est dissimilis omni formae aut similis omni formae. si fuerit dissimilis omni formae, non recipit aliquam formam. si autem fuerit similis omni formae, est receptibilis omnis formae; et si fuerit receptibilis omnis formae, in ea sunt omnes formae.

40. D. Cur non est substantia animae sicut substantia quae sustinet praedicamenta, quam existimo exspoliatam omnibus formis?

M. Esse huius substantiae exspoliatae a forma non est nisi in opinione, non in esse. non autem dicimus de substantia animae quod sit non exspoliata a forma secundum opinionem, sed secundum effectum et esse, quia non est impossibile ut diuidatur inter materiam animae et formam eius opinione, sicut

---

1 enim] autem *CM* 2 et] quia *C* etiam *om. A* apprehendet *C* 3 formas] formam *C* 4 suam per *C* autem *om. C* simplex substantia *C* 5 propriam formam *C* omnium *om. M* nullius] unius *C*, ullius *N* 6 unius] nullius *C* et *scripsi*: quia *ACMN* 7 esse *N* 7—8 simplicis et formam substantiae *om. N*, formam *om. C* 9 - 10 est receptibilis *M*, *om. C* 10 receptibilis non est *A*, non est receptibilis *N* formae *M* 11 aliquam *C* 12 huius] eius *C* 14 *ante* formam *add.* omnem *N* 15—16 aut similis ... dissimilis omni formae *om. C* 16 non] et non *C* recipiet *A* formam] formarum *N* 17 omnis] omni *C* et] quia *C* 18 fuerit] est *C* omnis] omni *C* 20 nouem praedicamenta *C* aestimo *AN* spoliatum *A* 22—25 *locus mihi mutilus esse aut corruptus uidetur* 23 autem *om. M* *ante* de *add.* quod *C* 24 non sit *AC* 25 quia] quod *C* 26 forma *M* *ante* opinione *add.* in *A*

est hoc impossibile in effectu et in esse. — Adhuc autem, si quis dixerit quod substantia animae non habet formam, et per hoc negauerit quod sint omnes formae in ea, et dixerit quod formae sint transeuntes super eam sicut transitus formarum in speculo: quamuis hoc adhuc ita sit, tamen non falsificabit esse similitudinem inter formam animae et formas quae transeunt per eam. sed quid posset dicere de causa compositionis instrumentorum animae, uel quomodo posset doceri anima, si formae stabiles non sunt in ea? similiter quid posset dicere de forma intelligentiae, in qua sunt omnes formae per se, quoniam nemo potest dicere quod scire res intelligentiae non sit essentiale? non enim inuenitur aliquando substantia intelligentiae non sciens res. sed postquam concedendum est quod forma intelligentiae collectiua est omnis formae, et omnes formae sunt in ea simpliciori esse quam sint in semet ipsis: cur etiam negat formam animae esse collectiuam omnis formae? excepto, quod in hoc est inferioris ordinis quam intelligentia, quia forma intelligentiae est perfectior et clarior quam forma animae: et tamen hae formae sunt in substantia animae subtilius quam in substantia quae sustinet formas sensibiles. — Quod ergo nos debemus intelligere de existentia omnium formarum sensibilium in forma animae, hoc est, scilicet unitio omnium formarum in eius forma, quia forma animae in sua natura et in suo esse

---

p. 170,20—171,8 = Falaqera III, §. 26.

---

1 hoc] etiam hic *C* 1—2 autem si quis] aliquis autem *C* 2—3 per] propter *C* 4 *ante* formae *add.* omnes *C* sint *scripsi*: sit *A*, sunt *CMN* 4—5 in speculo formarum *C* 5 ita sit] transit *C* tamen] quod *C* non *om.* *N* falsificauit *A* 6 esse] eam *C* similitudinem] similem *C* 9 formae] fortasse *C* stabiles non sunt] non sunt substantiales *A* similiter] sed *N* dicere] docere *N* 10 intellectiua *C* 11 potest *om.* *C* intellectiuae *C* 12 inuenitur *om.* *C* intellectiuae *C* 13 non sciens] nesciens *C* 14 intellectiuae *C* collectiua] collectam *N* (*cf. ad p. 186,16*) et omnes formae *om.* *N* 15 sint] sit *CN* semet] se *C* cur *om.* *N*, *lacuna hiante* etiam negat] *an* negat etiam? 16 collectam *N* *post* excepto *add.* hoc *C* 17 in hoc] nihil *N*, *om.* *C* intellectiua *C* 18 intellectiuae *C* clarior et perfectior *M* quam *om.* *ACN* 18—19 et tamen] quia tamen *A*, quia (*omisso* tamen) *C* 20 formas sensibiles] formas formas *N* Quod] Quid *C* 21 formarum omnium *N* 22 in *om.* *N* 23 forma (*post* eius) *om.* *N* *post* animae *add.* est *C*

est essentia collectiua essentiae omnis formae essentiali collectione, quia omnes formae unitae sunt in intellectu formae — omnes enim formae sunt, et ideo in intellectu formae unum sunt —, et intellectus formae est unitus cum forma animae, quia *ambae formae sunt; et formae particulares, scilicet omnes sensibiles, unitae sunt in forma uniuersali, scilicet* collectiu*a* [sunt] omnium formarum; et haec forma uniuersalis unitur cum *forma animae.* ergo formae quas collig*it* sunt existentes in forma animae.

41. D. Video quod non dimisisti mihi diffugium contradicendi quod omnes formae sunt existentes in anima. sed quae erit responsio tua ad id quod tibi opposui, scilicet quod scientia quae est in substantia animae acquisita est ex accidentibus quae sustinentur in substantia composita, et ista accidentia non sunt in anima essentialiter, ideo quod substantia animae altioris ordinis est quam substantia composita?

M. Quod substantia animae altioris ordinis est quam substantia composita, hoc non aufert existentiam formarum in substantia animae, quemadmodum sunt in substantia composita, sed potius hoc quod hae formae sunt inuentae in substantia composita dispersae et diuisae, non unitae, et sunt in substantia animae coniunctae, non diuisae, sed unitae. sed multo

1 essentia est *A*, est *hic om. C* 1—2 essentiali collectione quia omnes formas *om. M* 2 in *om. C* intellectum *M* 2—3 omnes . . . intellectu formae *om. A* 3 *ante* et *add.* rerum *C* in *om. C* intellectu] intellectiua *C* 4 et] quia *C* forma] intellectu *AC* 4-7 quia . . . omnium formarum] *locum correxi ex Falaqera, qui exhibet:* כי שתיהן צורות והצורות הפרטיות כלומר כל המוחשות מתאחדות בצורה הכללית כלומר האוספת לכל הצורות 4 ambo *ACMN* 5 formae . . . scilicet *om. ACMN* 6 collectiua *scripsi*: collectiuum *A*, collectiui *CMN* sunt *deleui cum Falaqera* 7 et] quia *C* 7—8 et haec . . . cum forma animae] *ita Falaquerae codex, in quo hic locus (a Munkio paululum immutatus) sic exhibetur:* וזו הצורה הכללית מתאחדת בצורת הנפש cum forma animae *scripsi cum Falaqera (cf. supra r. 4)*: cum anima *ACMN* 8—9 ergo . . . animae] *apud Falaqeram hic locus ualde corruptus est* 8 colligit *(scil. forma uniuersalis) scripsi*: colligunt *ACMN* 9 quod] quia *M* non *om. C* dimisisti] diuisisti *N* 11 id] hoc *C* tibi opposui] disposui tibi *C*. *ad sententiam cf. p. 164,4 sqq.* 15 est ordinis *C* quam] qua *M* 17—18 M. Quod . . . substantia composita *om. N* 17 animae] composita *A* est ordinis *C* 19 *ante* quemadmodum *add.* nisi *A* sunt *om. C* 20 sunt *om. N*

maior est unitio earum in substantia intelligentiae, sicut manifestabo tibi cum tractauero de forma intelligentiae uniuersali; hoc est quia hae formae sunt in substantia animae mediae inter formas corporales quae sustinentur in substantia composita et inter formas spirituales quae sunt in substantia intelligentiae. signum autem huius est quod substantia intelligentiae apprehendit esse in omnibus rebus, scilicet formam unientem simplicem, id est genera et species, et substantia animae apprehendit non-esse, id est differentias, propria, accidentia, quae attinguntur sensibus. et propter hoc cum anima uoluerit scire esse rei, adiungitur intelligentiae et unitur cum ea, ut acquirat per eam esse simplex. et cum adiuncta fuerit anima cum intelligentia et fuerint cohaerentes, aequaliter formae earum uniuntur inter se et fiunt unum. et quia genus est existens in forma intelligentiae, quia genus est esse, et differentia est existens in forma animae, quia differentia est praeter esse, et superponitur una super aliam, scilicet quia genus quod existit in intelligentia superponitur super differentiam quae existit in essentia animae: tunc anima percipit esse rei, quia coniunguntur simplicia esse, id est genus et differentia, cum eius essentia; et tunc perficitur ei scientia esse rei, id est definitio eius.

42. D. Manifesta mihi quomodo est esse nouem praedicamentorum, quae sunt uniuersitas formarum sensibilium, in substantia animae et intelligentiae.

M. Nouem praedicamenta sensibilia quae sunt in substantia composita habent esse in ea corporaliter, disperse, diuisibiliter,

---

p. 172,3—21 = **Falaqera** III, §. 26.

1 *et* 2 intellectiuae *C* 3 quia] quod *C* 4 formas] substantias *N* 5 in substantia intelligentiae *om.* *C* 6 huius] hoc *A* est *om.* *N* intellectiuae *C* 7 uniente *N* 8 genera et] generari in *N* et (*ante* substantia)] quia *C* substantia] scientia *C* 10 uoluerit anima *C* 11 intellectiuae *C* acquirat] demonstret *C* 12 *ante* adiuncta *add.* haec *N* cum (*ante* intelligentia) *om.* *M* intellectiua *C* 14 et (*ante* quia) *om.* *C* 14—15 et quia ... intelligentiae *om.* *Falaqera* 14 genus] ergo *C* 14—15 existens ... genus est *om.* *N* 14 intellectiuae *C* 16—17 una super aliam] *scil. intelligentia super animam* 17 alia *M* in *om.* *M* intellectiua *C* 20 id est] et *M* 21 esse *om.* *C* 22 nouem praedicamentorum *om.* *C* 24 intellectiuae *C* 25 in substantia composita] composita in (*omisso* substantia) *C*

sicut attingit ea sensus in substantia composita; et habent esse in substantia animae simplicius, quia sunt abstracta a substantia quae sustinet illa; et habent etiam esse in substantia intelligentiae simpliciori esse, quia unaquaeque earum est definita apud substantiam intelligentiae sua definitione sibi propria. ergo forma intelligibilis est contraria formae existenti in substantia composita, quia illa est substantialis pura, et haec corporalis pura. sed forma corporalis non est extra intellectum formae spiritualis, quia forma spiritualis est penetrans formam corporalem intrinsecus. et forma animalis est media inter utrasque formas, et est participans cum utroque extremorum; hoc est, quia spiritualis est eo quod non est sustentata in substantia composita, et est corporalis quia est similis in se ipsa formae sustentatae in substantia composita. et sicut debuit ut formae sustentatae in substantia composita essent in essentia animae esse spirituali, similiter etiam debuit ut hae formae essent in essentia intelligentiae multo spiritualius. similiter etiam debet ut omnes hae formae, tam spirituales ex illis quam corporales, sint in principio formae et origine eius, id est uoluntate. hoc est, quia quicquid est, est in essentia perfectionis et plenitudinis; et unaquaeque substantiarum est materia subiecta ei quod est superius ea, et agens in id quod est inferius ea, quia sicut hyle est uis recipiens formas sensibiles ex anima, similiter et anima est uirtus recipiens et hyle subiecta receptioni formarum intelligibilium, et totum est paratum ad recipiendum formam uoluntatis. — Sed quod tu arbitratus es, scilicet quod anima, cum se inflexerit ad intelligentiam, apprehendit quod est apud eam, et cum se inclinauerit ad materiam cor-

1 esse] et esse *M* 2 quia] quam *N* 3 esse etiam *N* intellectiuae *C* 4 substantiam *om. N* 5 intellectiuae *C* sua] id est *M* 6 contraria *om. C* 7 illa *om. A*, est *om. C* 10 forma animalis] formalis *AC* 10—11 participans est *C* 11 hoc] haec *N* 12—14 et est . . . composita *om. N* 14 et] quia *C* 15—16 animae . . . in essentia *om. A* 15 esse *om. N* 16 intellectiuae *C* 17 spiritualis *N*, *om. C* hae *om. N* 19 originem *A* essentia] ea essentia *AMN* 20 et (*post* plenitudinis)] quia *C* 21 unaquaque *C* 22 in id] aut *C* 23 hyle] uis *C* 24 et (*ante* anima) *om. MN* subiectum *C* 25 receptionum *C*, receptionis *M* 26 formas *C* quod] quia *C*, quid *N* tu *om. N* arbitratus esse *M*, arbitratur (*sic!*) es *N*. *ad sententiam cf. p. 165,6—10* 27 inflexit *C* intellectiuam *C* 28—174,1 et cum . . . apud eam *om. C*

poralem, apprehendit quod est apud eam, sic est ut arbitratus es. hoc est, quia, cum anima se inclinauerit ad materiam corporalem, apprehendit formas quae sustinentur in ea apprehensione corporali in effectu, et apprehendit eas in se ipsa apprehensione spirituali in potentia; et cum se erexerit ad intelligentiam, apprehendit eas apprehensione intelligibili, id est cognitione suarum definitionem et quid sunt. sed hoc non facit debere ut transitus formarum super animam, sit sicut transitus luminis super aërem, ita ut non sint essentiales ei, sicut arbitratus es. hoc est, quia formae nisi essent essentiales animae, non unirentur cum ea nec prodirent in effectu. et de quo sumes signum certitudinis eius quod dixi de his formis, hoc est, quod substantia animae recipit formam intelligibilem a substantia intelligentiae in somnis animaliter, id est [exemplariter] imaginabiliter, et post somnum sentit eas anima corporaliter et materialiter. et secundum hoc exemplum considerabimus esse omnis inferioris in superiori, donec ueniat ad materiam primam quae sustinet omne. sed manifestabitur tibi hoc, cum tractauero de materia prima uniuersali et de forma prima uniuersali.

43. D. Iam manifestum est mihi necessario esse formae sensibilis in substantia simplici, et soluta est quaecumque fuerat dubitatio in hoc, scilicet quomodo erat existentia formarum sen-

---

p. 174,7—18 = Falaqera III, §. 27[c].

---

3 sustinentur] *i.* (*i. e.* scilicet) *M* 5 et] quia *C* intellectiuam *C*, intelligentia *M* 6 *post* eas *add.* in se ipsa *A* 7 suarum *om.* *N* sed *om.* *C* 9 essentiales] aequales *N* 9—10 sicut arbitratus es] *cf. supra pag. 163,3 sqq.; 164,24—26; 165,12 sqq.* 10 hoc est quia] hoc quia est *A* nisi formae *A* 11 non] cum *A* uniretur *M*, inuenirentur *C* et] quia *C* 13 hoc] haec *N* quod] quia *MN* 14 intellectiuae *C* exemplariter, *quippe quod eiusdem uerbi, altera interpretatio esse uideatur, deleui. Falaqera*: בלומר דמיונית. 15 imaginaliter *C* et (*ante* post) quia *C* post] postquam *C* 16 et (*ante* secundum)] quia *C* 17 omnes inferiores *C* superiore *C* perueniat *A* 17—18 primam materiam *N* 18 quae] quod *C* 19 tractatio *C* 21 *M in marg.*: Epylogus formae *om.* *N* 22 fuerit *AC* 23 erit *M* existentia] essentia *N* 23—175,3 formarum . . . est existentia *om.* *N*

sibilium in substantia animae, et quomodo debebat esse in ea existentia harum formarum, propterea quod substantia animae est apprehendens illas, et quomodo est existentia multarum rerum in una. et similiter soluta est dubitatio de hoc, scilicet quod existentia formarum sensibilium et scitarum apud animam transeuntium super eam erat sicut transitus luminis super aërem. et stabilitum est quod primum dixisti, scilicet quod formae sensibiles quae sunt in substantia composita impressae sunt a substantiis simplicibus. et manifestum est mihi hoc secundum **compositionem**. sed iam promisisti mihi quod hoc idem ostenderes secundum **resolutionem**, hoc est resoluendo **impressiones ipsas impressas a quibuscumque substantiis simplicibus in substantiam compositam et ab aliquibus simplicibus substantiis in alias**, ut per hoc manifestetur mihi **quantitas substantiarum simplicium et qualitas**. incipe ergo manifestare hoc.

M. Incipiam nunc elicere scientiam essendi substantias simplices secundum modum imprimendi alias substantias in aliis secundum ordinem resolutionis, quamuis hoc manifestum sit secundum regulam compositionis. sed interrogo te prius de duobus quibus eges ad scientiam huius capituli.

D. Quae sunt haec?

M. Concedis quod **corpus quiescens** est in semet ipso et non habet actionem in se?

D. Non dicerem nisi hoc, nisi quia uideo corpora simplicia, sicut ignem et aërem et aquam, quorum unumquodque mouetur in loco.

---

1 debet *C*, debeat *M* 4 una] illa *C* est soluta *M* scilicet *om.* *ACM* 5 scitarum] scientiarum *AC* 6 *ante* animam *add.* ipsam *C* 7 et] quia *C* primum] prius *A* 10 hoc *ante* 9 manifestum *transp.* *C*, *om.* *N* compositiones *A* sed] et *A* 10—11 mihi promisisti *C*. *ad sententiam cf. p. 138, 16 sqq.* 11 ostendens *N* 12 hoc est resoluendo *om.* *C* ipsas *om.* *MN* 13 a quibuscumque substantiis simplicibus] ab aliquibus substantiis uel quibuscumque simplicibus *C*, a quibuscumque uel ab aliquibus substantiis simplicibus *M* 13—14 a quibuscumque ... compositam et *om.* *N* 13—14 compositam substantiam *M* substantiis simplicibus *MN* 16 qualitas] quantitas *M* 18 substantiam *C*, subiectas *N* 21 regulam] ordinem *N* 23 D. Quae sunt haec *om.* *N* 25 in se *om.* *A* 26 nisi quia] ubique *M*, nisi *om.* *C*; *exsperlaueris* nisi dicerem 27 ignem et aërea *(sic!)* *C*, aërem ignem *M*

M. Postquam non est motus uniuscuiusque illorum ex eo quod corpus sunt, sed ex eo quod sunt qualitates cum suis qualitatibus, scies per hoc quod motus eorum non sunt causae prohibentes quin corpus sit quiescens in semet ipso et non habens actionem.

D. Quid signum est quod motus elementorum non sunt ex eo quod corpus sunt?

M. Si motus elementorum essent ex eo quod corpus sunt, non essent diuersi.

D. Quare hoc?

M. Si essent ex essentia corporis, non esset motus eorum nisi unus, quia corpus unum est.

D. Cur non corpus unum mouetur diuersis motibus?

M. Quia diuersi motus non sunt nisi ex essentiis diuersis.

D. Quare hoc?

M. Quia unus motus pendet ex una essentia et non debet separari ab ea nisi eius destructione. similiter non debet accedere motus secundus, nisi remotione prioris motus.

D. Iam intellexi ex eis quae dixisti quod motus elementorum non sunt ex eo quod corpus sunt, et iam certum est mihi quod corpus quiescens est in se ipso et non habet actionem. et hoc est unum eorum de quibus interrogasti. sed quid est secundum?

M. Quaero etiam, si actio opus habet agente, an non?

44. D. Postquam actio accidens est non existens per se, necesse est dicere quod agentem habet per quem est subsistentia eius et esse.

---

1 illorum] eorum *N* ex] de *N* 2 corpus] corpora *CM*; *sed cf. r. 7 et 8 et 20* sed ex eo quod sunt *om. C* qualitates sunt *N*, sunt quantitates *M* qualitatibus] quantitatibus *M* 3 sunt *om. N* 4 habet *CMN* 8 esset *N* 11 esset *N* motus eorum non esset *M* 13 corpus unum non *C* 15 Quia] Quod *A* diuersis essentiis *A* 17 pendet] praecedet *N* essentia] natura *M* 18 eius destructione] destractione *(sic!)* unius *A*, ex eius destructione *C* 19 motus secundus] motui secundus *C* 20 quae] quod *M* 21 sunt corpus *C* et iam] et cetera *C* 22 corpus] motus *M* se] semet *A* 25 etiam *om. N* an] aut *A* 26 per] in *N* 27 subsistentia] substantia *C*

M. Ergo actiones quae sunt in corpore necesse est concedere agentem habere praeter corpus.

D. Non potest esse nisi hoc.

M. Corpus est compositum continuum ex partibus. ergo necesse est dicere quod continuatorem habet et compositorem suarum partium.

D. Sic est.

M. Compositio et retentio non sunt nisi motione partium compositi et attractione aliarum ab aliis, deinde et retentione uniuscuiusque illarum in loco ubi perduxit eam motio et attractio.

D. Hoc sic est.

M. Ergo debet ut sit hic essentia praeter corpus, cuius proprietas sit attrahere partes corporis absolute et retinere.

D. Hoc necessarium est. sed manifesta quod corpus sit compositum ex partibus probatione aperta.

M. Quod corpus sit compositum ex partibus, scietur ex modo resolutionis in illas in opinione et secundum modum diuisionis eius in septem partes et secundum diuisionem eius in substantia et mensura et figura, et quia inuenitur habens profunditatem in ea parte quae est opposita suo motui naturali.

D. Adde explanationem, etsi hoc sit sufficiens.

M. Corporis sparsi et tenuis paene est eadem comparatio ad corpus conglobatum et spissum, quae est substantiae intelligibilis ad substantiam sensibilem; et spissitudo corporis est ex coniunctione multarum partium et constrictione. et in hoc est manifestatio eius de quo interrogasti.

D. Iam intellexi hoc et apprehendi quod alia substantia est hic compositrix et coniunctrix partium corporis simplicis.

---

5 habet *om.* *N* 8 remotione *AC* 9 attractione] alterntione *AC* ab] ex *N* 11 alteratio *A* 13 debet] oportet *AM* hic sit *C* praeter] inter *C* 14 sit *om.* *N* attrahens *M* 16--17 probatione . . . ex partibus *om.* *A* scietur] societur *C* 18 modum *om.* *C* 21 in *om.* *M* motu *C* 22 explanationem] de explanatione *M* sit hoc *C* deficiens *C* 23 tenuis *(sic!)* et sparsi *C* eadem est *C*, est *om.* *N* 24 quae *om.* *C* est] et *C* 26 et] quia *C* qua *M* 29 hic *om.* *C* et coniunctrix *om.* *CN*

M. Quid ergo sequitur hoc?

D. Sequitur hoc quod haec substantia sit componens partes diuersorum corporum et retentrix illarum, sicut compositionem elementorum et retentionem in lapidibus, herbis et animalibus.

M. Aspice etiam herbas et animalia, et inuenies in eis actionem huius substantiae fortiorem et manifestiorem.

D. Manifesta mihi hoc amplius.

M. Non uides quod unumquodque uegetabilium et animalium opus habet materia, ex qua recuperet recompensatum quod resolutum est ex illo? et etiam per hoc opus habet ui quae attrahat partes ipsius materiae et coagulet eas cum illis, scilicet partibus corporis. et iterum opus habet uirtute retinente partes, cum se coagulant. similiter etiam opus habet uirtute conuertente partes materiae et assimilante eas partibus quibus coniunguntur. et tunc opus habet uirtute expellente foras superfluum materiae. ergo debet esse ex hoc ut in uegetabilibus et animalibus sit substantia efficiens has operationes his uirtutibus.

D. Sic est. sed quae est necessitas quae me compellat dicere quod hae operationes fiunt ab una substantia, non a diuersis, et multis uirtutibus, non una?

M. Si istae operationes fierent a multis substantiis, et non esset possibile ut una istarum substantiarum esset altior et perfectior alia, cum operationes eius non ita essent: tunc scias per hoc quod substantia quae est efficiens eas una est. Et etiam,

---

2 D. Sequitur hoc *om.* *N* haec] hoc *N*, *om.* *C* compones *N* partes *om.* *M* 3 diuersorum] diuisorum *M* corporum *om.* *N* illorum *C* compositionem] compositum *A* 4 elementorum et retentionem *om.* *N* et (*post* herbis) *om.* *C* 6 et (*post* herbas) *om.* *C* 7 manifestatiorem *M* 8 mihi *om.* *AMN* 9 et *om.* *C* 10 reciperet *M* 11 etiam *om.* *A* opus per hoc *C* quae] qua *AN* 12 cum illis *post* 13 corporis *transp.* *M* 12—13 scilicet partibus corporis *om.* *N*, *fortasse recte. at glossema, si quid est, e uerborum serie eicere nolui, cum omissis his uerbis illud* cum illis *intellegi uix possit* 13 et] qua *C* 13—14 retinente ... uirtute *om.* *C* 15 assimulante *M* coniungantur *C* 16 tunc] item *M* foras *om.* *M* 20 me *om.* *C* 21 dicere *om.* *C* operatione *N* fiunt] sint *C* 22 a diuersis] aduersis *M* 23 istae] illae *A* fierent] fuerent (*sic!*) *M* et *om.* *N* 24 esset] est *N* 25 cum *om.* *N* non *om.* *C* 26 etiam *om.* *CN*

quia hae operationes eiusdem generis sunt, scilicet quia attractiua eiusdem generis est cum expulsiua et digestiua; sed retentio est quies motûs.

D. Certum est iam quod hae operationes fiunt ab una substantia. sed certifica quod fiant diuersis uirtutibus.

M. Si uirtus huius substantiae esset una, operatio eius non esset nisi una.

D. Cur hoc?

M. Quia esse actionis pendet ab esse uirtutis; et etiam, quia aliqua istarum operationum est prior alia.

45. D. Iam certum est mihi quod substantia componens partes uegetabilium et animalium una est, et operationes quae fiunt in illis sunt ex uirtutibus quibus haec substantia perficit suas operationes naturales. sed quid responderes dicenti quod hae operationes fiunt a quatuor elementis?

M. Iam praecessit dictio quod corpus quiescens est in semet ipso, et quod non habet actionem.

D. De corporibus elementorum ita est. sed fortasse in qualitatibus est hoc?

M. Postquam qualitates opus habent motore, scias ex hoc quod non sunt agentes per se ipsas.

D. Iam acquisiui scientiam quod hic est substantia componens partes corporis simplicis et compositi et retinens illas. et manifestum est quod substantia quae agit in duobus corporibus una est, eo quod utraeque operationes unius generis sunt. et manifestum est quod uires huius substantiae diuersae sunt propter diuersitatem operationum.

M. Bene intellexisti. sed quid sequitur hoc etiam?

D. Hoc sequitur ut sit hic substantia uniuersalis

---

1 quia (*ante* hae *et post* scilicet)] quod *C* attractiua] attractam *(eodem errore quo p. 136,18; 159,3; 170, 14. 16* collectam *pro* collectiua *in isto codice scriptum est) N* 2 eiusdem] eius de *N* est] et *N* 4 iam] mihi *C* hae *om. N* fiunt] sunt *C* 9 Quia *om. A* esse *om. M* 10 quia] quod *AC, om. N* operationum istarum *C* 11 certum] manifestum *C* componens] compositionis *N* 13 sunt *om. N* 16 praecessit] *cf. p. 175,24 sqq.* 17 semet] se *AC* 19 qualitatibus] quantitatibus *M* est *om. C* 20 qualitates] quantitates *M* hic] haec *ACN; sed cf. p. 177,13.29* duo *M* 26 est *om. A* quod *ante* manifestum *transp. C* diuersae] diuisae *M* 28—180,3 etiam ... Vnde hoc debuit *om. C* 29 hic] haec *AM*

componens partes corporis uniuersalis et retinens illas.

M. Vnde hoc debuit?

D. Inde, unde hoc debuit: ut corpus uniuersale esset simile corpori particulari simplici et corpori particulari composito ex elementis in intellectu compositionis et retentionis. ergo debet ut factor eorum sit unus in intellectu.

M. Decens est hoc. sed quid sequitur hanc dictionem etiam?

D. Sequitur hoc ut haec substantia uniuersalis agens in corpus uniuersale sit attribuens substantiae particulari agenti in corpus particulare essentiam eius et uirtutem. ergo substantia particularis est obuia substantiae uniuersali, et operatio particularis obuia est operationi uniuersali.

M. Ergo cum inuenta fuerit aliqua ex actionibus particularibus manifesta in corporibus particularibus ex substantia particulari, nonne etiam opus est ut inueniatur etiam actio uniuersalis manifesta in corpore uniuersali ex substantia uniuersali secundum primam considerationem?

D. Videtur mihi quod innuis de substantiis uniuersalibus, quas prius uocasti animas tres et intelligentiam, et designantur hae substantiae per substantias particulares quae sunt in uegetabilibus et animalibus.

M. Non uolui nisi hoc. sed hoc est necesse, an non?

D. Cum attendo quod corpus particulare opus habet corpore uniuersali, et similiter natura particularis opus habet natura uniuersali, eo quod per illam est esse eius et existentia, uideo quod secundum hanc considerationem debet ut animae particulares opus habeant animabus uniuersalibus

---

4 unde] unum *C*, *om. A* debuit hoc *M* 6 in] et *C* debet] oportet *N* 7 in *om. CN* 8 sed quid *om. C* 9 etiam *om. A* 10 Sequitur *om. N* hoc *om. C* ut *om. M* 11 corpore *C* 11—12 uniuersale . . . corpus *om. N* 11 agente *C* 12 particulari *C* essentia eius *C*, eius essentiam *M* uirtute *N* 14 est *om. ACN* operationi] compositioni *C* 15 ex actionibus aliqua *N* 17 ut *om. N* 18 ex substantia uniuersali *om. C* 21 quas prius uocasti] *ut p. 69,18; 144,1 et saepius* intellectiuam *C*, intelligentia *M* 24 hoc] haec *N* an] aut *C*, autem *N* 25 habet opus *A* 26 secundum *om. C* debet] oportet *AN* 28 habent *MN* animabus] animalibus *C*

et intelligentia uniuersali, quia per illas est esse earum et existentia.

M. Addes etiam ad hoc scientiam, cum attenderis quod ex illis altior attribuit inferiori.

D. Quomodo est hoc?

M. Quia inferiores ex substantiis uestiunt lumen ab altioribus earum, et totum uestit lumen factoris primi alti et sancti, sicut iam manifestum est, cum dicebamus de fluxu substantiarum aliarum ex aliis.

46. D. Declara mihi impressionem altiorum ex his substantiis in inferiores ex eis, et declara descriptiones et figurationes quae sunt aliarum ex aliis secundum ordinem resolutionis, sicut promisisti.

M. Nonne es tu uidens in uegetabilibus motum crescendi et alendi et generandi, et per hoc contestaris substantiam quae agit hos motus, id est animam uegetabilem, sicut contestatus es per compositionem partium corporis et retentionem earum substantiam quae agit hoc, id est naturam?

D. Manifestum est hoc sic esse.

M. Similiter etiam considerabis motum immutationis in sensus et motum cogitandi et cognoscendi et ratiocinandi, et contestaberis per hoc substantias quae agunt hos motus, id est animam animalem et animam rationalem et intellectiuam.

D. Quae est ratio definiens quod substantia quae agit has

---

p. 181,6—7. 10—11; 181,14—15 = Falaqera III, §. 27[b].

---

1 intellectiua *C* eorum *C* 3—4 M. Addes ... inferiori *om. A* 3 etiam ad haec *C*, ad hoc etiam *N* scientia *C* 4 tribuit *N* 8 dicebamus] diximus *N. ad sententiam cf. p. 107,11—109,3* substantia *N* 10 substantiis *om. A* 12 ordinem] modum *C* 14 M.] D. *M* *ante* in *add.* quod *C* 15—18 et per hoc ... id est naturam] *errat Guttmann (l. cit. p. 155,2), qui his uerbis finem paragraphi 27 Falaqerae contineri, sed, propter interpretis latini Falaqeraeque discrepantiam, haud bene reddi putat. immo illa Falaqerae ab interprete latino p. 184,14—17 paene ad uerbum redduntur* 15 substantiam] scientiam *C* 17 retetionem *C* 18 *post* hoc *add.* modo *M* 20 considerabitur *N* innutationis *C*, mutationis *M*, immutationis in sensus et motum *om. N* in] et *CM* 21 cogitandi] agitandi *C*, congitandi *N* et (*ante* cognoscendi) *om. AN* ratiocinandi et cognoscendi *C*, cognoscendi *om. N* et (*ante* contestaberis) *om. A* 22 contestabis *C* haec *N* substantia *M* agunt] ag̅ *M* motus] scilicet motus *C*, id est motus *N*, *om. A* 23 intellectiuam] til'a *M*

actiones non est una, et alia ex substantiis quae sunt in homine est praeter aliam?

M. Quia illarum aliquae inueniuntur separatae ab aliis, quia si una substantia essent, non absolaretur herba in crescendo, nec animalia in sensu et motu, nec homines in cogitatione et cognitione.

D. Iam manifestum est mihi quod alia istarum substantiarum est praeter aliam secundum modum quem praedixisti. sed manifesta mihi quomodo est attributio aliarum aliis, et ostende modum quo operationes istarum substantiarum sunt unius generis et sibi sunt similes.

M. Scientia impressionis harum substantiarum aliarum in aliis diuiditur duobus modis. unus eorum est scientia actionis et passionis; secundus scientia causae actionis et passionis. pro qua ergo illarum quaeris?

D. Postquam modo mea intentio est scire esse harum substantiarum et quomodo debent esse aliae ex aliis, ergo opus non habeo nunc nisi scientia passionis. uideo enim quod dictio de causa passionis altior et dignior est hac praesenti disputatione.

M. Certe sic est. sed nunc praepara te ad intelligendum quod interrogasti post praeparationem horum principiorum positorum.

D. Iam praeparaui me ad hoc. sed quae sunt principia praeposita?

M. Vnum principiorum positorum est ut scias, quod duae res cum similes sibi fuerint in aliquo intellectuum et communi-

---

1 non] et non *N* alia] aliqua *C* est *om.* *C* 3 M. *om.* *M* 4 absolaretur (*i. e. sola fieret?*)] assolaretur *M*, assolarem *N* 5 cognitione] in cognitione *M* 7 quod] quia *AM* alia] aliqua *N* praeter *om.* *A* 9 mihi *om.* *AMN* 10 *post* quo *add.* modo *MN* istarum substantiarum *om.* *C* 11 sunt sibi *A* 12 impressiones *N* 14 secundus scientia] secundum scientiam *C*, secundus . . . passionis *om.* *N* *ante* actionis *add.* et *M* 15 illarum ergo *C* 16 mea *om.* *N* est intentio *C* 16—17 harum substantiarum esse *A* 17 debent] dicuntur *N* ex] ab *C* ,18 nunc *om.* *C* scientia] ut sciam scientiam *C* quod] quia *A* 22—23 post . . . positorum *hic om.* *C* 24 *post* me *add.* post praeparationem horum principiorum pete (*l.* positorum) *C* (*cf. v.* 22—23) ad hoc] adhuc *C* 26 positorum *om.* *C* quod] quoniam *A* 27 cum similes] consimiles *MN* in intellectuum *M*, intelligibilium *N* et *om.* *A* communicauerunt *AM*, coadunauerint *C*

cauerint in eo, quamuis ille intellectus aliter fuerit in uno quam in alio, tamen debet esse unus. uerbi gratia esse caloris in igne et in eo quod uicinius est ei aëris, numquid debet ut calor qui est in igne sit ille qui est in aëre, quamuis dissimiliter?

D. Non debet esse aliter.

M. Ergo non est absurdum ut dicatur quod calor qui est in aëre est ex calore qui est in igne, sed debet ut dicatur impressus ab eo.

D. Sic est ut dicis.

M. Postquam inuenisti substantias et earum operationes diuersas uno modo et conuenientes alio, debes scire quod intellectus in quo conueniunt unus est.

D. Sic est.

M. Si aliqua istarum operationum perfectior est quam alia, numquid perfectior non debet esse causa alterius?

D. Sic debet esse.

M. Ergo cum inueneris operationes naturales, quae sunt unius generis cum operationibus animae uegetabilis et similes illis, et operationes naturae sunt minus quam operationes animae crescibilis, numquid non debes concedere quod anima uegetabilis causa est naturae?

D. Sic opus est, non solum in anima crescibili et natura, sed etiam in omnibus substantiis.

M. Ergo audi nunc dictionem quomodo operationes harum substantiarum sunt unius generis et sibi similes, quousque scias per hoc generationem aliarum ex aliis.

D. Audio, et audire desidero, quia non uidi hanc sententiam apud aliquem sapientum, et existimo quod nihil est utilius et efficacius ad perueniendum ad perfectionem scientiae huius capituli.

---

2 tamen] inde *C* unius *C* coloris *M* 3 est uicinius *A* debet] oportet *AN* ut] quod *N* 5 debet] dicitur *N* 7 est (*ante* ex) *om. C* debet] oportet *N* 8 ab] ad *N* 10 eorum *N*, earum *post* operationes *transp. M* 11 uno] in uno *N* modo *om. N* alio] in alio *N* quod] et *N* 14—16 M. Si . . . Sic debet esse *om. N* 14 operationum istarum *M* 17 Ergo *om. A* naturales *om. M* 18—20 similes illis . . . anima crescibilis *om. M* 19 operationes (*ante* naturae)] operationibus *N* 24 Ergo audi nunc] *cf. supra p. 182,9-11* 26 hoc] has *C* generationes *C* 27 et] quod *N* sententiam] scientiam *C* 28 sapientium *N* utilius] hutilius *M*

M. Vnde hoc scis?

D. Quia cum inuenerim actiones harum substantiarum sub uno genere et sibi similes, et suspenderim me erigendo ab inferiori ad superius propter similitudinem quae est inter illas, possibile mihi fuit accedendi ad altius extremum esse, et inueni tunc principium motus.

M. Verum est. sed scisti etiam causam quae praecessit inter nos, scilicet causam actionis et passionis, et inspexisti ibi ordinationes operationum, et contemplatus es omnia oboedientia esse mandato diuino, et uidisti quod bonitas est mouens omnia illa.

47. D. Comple iam, doctor bone, quod promisisti de declaratione huius capituli profundi, et dator bonitatis retribuat tibi.

M. Quae est actio quae cognoscitur esse ex natura?

D. Attrahere et retinere, mutare et pulsare.

M. Quae est actio quae est ex anima uegetabili?

D. Vegetare et generare.

M. Quid est uegetare et quid est generare?

D. Generare est procreare rem ex se consimilem; uegetare est mouere partes uegetabiles a centro ad extrema.

M. Attrahere autem et pulsare est mouere partes alimenti in loco motu opposito. ergo debent esse sub uno genere cum motu partium uegetabilium a centro ad extrema.

D. Hoc debet esse,

M. Mutare est conuertere corpus alimenti a sua forma et

p. 184,14—17 = Falaqera III, §. 27^e.

1 Hoc unde *A* 2 inueneris *C*, inuenit *M* actiones *om.* *C* 3 et (*ante* suspenderim) *om.* *M* . 4 *ante* ad *add.* usque *C* 5 altius] alterius *CN* esse] *i. e.* rei esse, *ut p. 143,13* inuenire *A* 7 sed] si *A* scisti] cisti *M* 7—8 quae praecessit inter nos] *cf. p. 46,2—47, 3; 106,17—109,3; 182,14* 9 operationum ordinationes *C* 10 esse *om.* *A* 11 mouens *om.* *C* 12 de *om.* *C* declamatione *A* 13 dator] doctor *C* tibi *om.* *N* 15 *Falaqera ordine paulum mutato praebet*: attrahere, mutare, retinere et pulsare *ante* mutare *add.* et *M* 16 Quae est] Quaeque *N* 17 et *om.* *MN* 18 uegetare *om.* *M* quid est (*post* et) *om.* *AC* 19 est] et *A*, est procreare *om.* *N* se] re *AM* consimile *M* 20 est] et *C* uegetabilis *C* 20—21 uegetabiles . . . mouere partes *om.* *N* 20 *ante* ad *add.* usque *C* 21 mouere] in omnes *C* 22 debet *M* esse *om.* *C* 23 partium *om.* *N* uegetabilis *M*, uegetabili *CN* 25 conuertere *om.* *N*

assimilare formae eius quod alitur. ergo debet etiam ut haec actio sit sub uno genere cum generare.

D. Hoc etiam debet esse.

M. Quandoquidem hoc ita est, debet ut una substantiarum agentium has actiones sit imprimens in aliam unam uim ex suis uiribus per quam agit id quod agit.

D. Hoc sic esse debet.

M. Quod autem perfectius est, agit in minus perfectum et imprimit in illud.

D. Sic est.

M. Actio naturae minus est quam uegetabilis.

D. Quid signum est ad hoc?

M. Signum huius est motus animae uegetabilis circa corpus in omnibus suis extremis; et natura non sic est. Et etiam quod id in quod tantum natura agit, non est adeo perfectum, sicut id in quod agit anima uegetabilis.

D. Iam intellexi per te has actiones quod sunt unius generis. sed quid intelligis de ui retentiua in anima uegetabili?

M. Retentio est quies motûs et eius debilitas.

D. Quid signum est huius?

M. Signum huius est, quod motus fortior est quam quies. ergo cum fuerit motus, erit uirtus; et cum fuerit quies, erit debilitas.

D. Quid ergo euenit nobis ex hac ratiocinatione?

M. Euenit hoc quod anima uegetabilis est agens in naturam, quia perfectior est ea et fortior.

48. D. Iam ostendisti mihi actionem animae uegetabilis in

---

p. 186,11—14 = Falaqera III, §. 28ᵃ.

---

1 alitur] alteri *M* etiam] esse *A* 2 sit *om. C* 3 etiam *om. C* 4 hoc *om. CN* debet] oportet *AC* 4—5 agentium substantiarum *CMN* 6 id *om. M*, id quod agit *om. N* 7 debet esse *om. MN* 8 Quod] Quia *C* est autem perfectius *C* agit *om. C* 8 *et* 11 minus] unus *N* 13 motus est *C* 14 omni suis et extremis *N* Et] Quia *C*, *om. M* 15 etiam] illud *N*, *om. M* natura agit tantum *N* natura] non *M* adeo] tantum *C* 17 has] hac *N* 19 eius *om. M* 20 Quod *AMN* 21 quod] quia *AN* 22 motus *om. N* et cum fuerit *om. N* 24 euenerat *M* ratiocinatione] ratione *C* 27 uegetabilis animae *A*

natura; et patuit mihi quomodo earum actiones sunt sub uno genere. ostende etiam actionem animae sensibilis in animam uegetabilem et quomodo actiones earum sunt sub uno genere.

M. Quae est actio animae sensibilis in anima uegetabili?

D. Mouere partes uegetabiles ad extrema.

M. Quae est actio animae sensibilis in animali?

D. Sensus et motus.

M. Nonne debet ut utrique motus sint sub uno genere, eo quod uniuscuiusque eorum est mouere corpus in loco?

D. Sic debet.

M. Postquam mouere animae animalis est mouere totum corpus et commutare de loco ad locum alium totaliter, et mouere animae uegetabilis est mouere partes corporis sine mutatione totius de loco ad locum: nonne opus est ut actio animae animalis fortior sit quam uegetabilis?

D. Sic esse debet.

M. Et etiam, quia anima animalis superat uegetabilem, ideo quod anima animalis coniungitur formis corporum, quae conueniunt ei in subtilitate, cominus uel eminus, et extrahit eas a formis earum corporalibus, anima autem uegetabilis coniungitur essentiae corporum, quia conuenit eis in crassitudine, et hoc prope et continue tantum.

D. Hoc sic est.

---

p. 186,7—8. 12—14 = Falaqera III, §. 28b. p. 186,18—23 = Falaqera III, §. 29.

---

1 naturam *N* mihi *om. A* actiones eorum *(sic!) M*, eorum actiones *N* 2 sensibilis animae *C*, a se sensibilis *N* 3 earum] harum *C* 5—6 M. Quae est ... ad extrema *om. N* 7 sensibilis animae *CM* 9 debent *AMN* ut] ubi *A*, *om. N* sint] esse *N* 12 animae animalis est mouere *om. N* 13 locum *om. MN* alium *om. C* 14—16 est mouere ... sit quam uegetabilis *om. N* 14 mutatione] motione *M* 15 *ante* locum *add.* aliud *(sic!) M* 18 anima animalis] animal *A* 19 ideo] uel *M* quod] quia *MN* anima animalis *om. C* 20 cominus uel eminus] cominus et eminus *C*, communius et eminentius *N*, *ante 10* coniunguntur *transp. M* et *om. A* 21 earum] eorum *N. sed cf. p. 152,20—22:* hoc est, quia forma ipsius formae unitur cum essentia formae quae est in potentia in essentia simplicis substantiae 22 corporum] corporeae *C* quia] quae *C* 23 et continue tantum] *sic etiam N, non, quod ex eo affert Munk l. cit. p. 55, n. 3,* et [per] contactum 24 D. *om. M*

M. Ergo debet esse ut anima animalis sit agens in animam uegetabilem, ideo quia perfectior est ea et fortior.

D. Hoc sic esse debet.

M. Secundum hanc considerationem quam tibi ostendi in his tribus substantiis erit similiter dicendum de **anima rationali** et de **intelligentia**; et ne sermo prolongetur, sed exeat in publicum, abbreuiabo dictionem in hoc.

D. Abbreuia ergo dictionem et innue illud mihi totaliter secundum morem tuum.

M. Actio animae animalis est sentire formas grossorum corporum in tempore et moueri per loca et resonare et modulari sine ordine qui significet intellectus; actio autem animae rationalis est sentire formas intelligibilium subtiles et moueri in intelligibilibus in non-tempore et in non-loco et resonare et modulari cum ordinatione et comparatione significante intellectus; actio autem intelligentiae est apprehensio omnium formarum intelligibilium in non-tempore et in non-loco, sine inquisitione, sine negotio et sine alia causa praeter suam essentiam, quia est perfectione plena.

D. Quid est signum quod substantia intelligentiae est praeter substantiam animae rationalis?

M. Prius debes perscrutari, quid est signum quod intelligentia sit substantia. sed hoc non pertinet ad id in cuius uia sumus. Sed signum quod substantia intelligentiae est

---

p. 187,10—19 = **Falaqera** III, §. 80.

---

1 anima *om.* *C* 4 tibi *om.* *C* ostendisti *C* 6 de *om.* *C* intellectiua *C* et (*ante* ne) *om.* *C* 7 in] ad *AN* 8 innue] ostende *C* mihi illud *M* 10 animalis animae *C* grossorum] crassorum *AM* 11 moueri *scripsi*: mouere *ACMN* et modulare *C*, *om.* *N* 12 qui] quod *C* animae *om.* *M* 13 intellectuum *C* mouere *C* in *om.* *C* 14 in (*ante* non loco) *om.* *C* et resonare *om.* *C* 15 cum] et *M* et] in *M* comparatione] compositione *MN* 16 intellectiuae *C* 17 in non-tempore] et sine tempore *CMN* in non-loco] et loco *C*, sine loco *MN*. *cum v. 14—17* resonare . . . et in non loco *apud Falaqeram exciderint, quod propter homoioteleuton accidisse ueri simillimum est, inde quoque lectioni* (*v.* 7) in non-tempore et in non-loco *aliquantum subsidii prouenire puto* 18 alia] aliqua *C* 19 quia] et *N* 20 Quod *AMN* intelligentiae] *sic etiam* *C* 21 rationali *M* 22 deberes *M* perscrutari] percunctari *AMN* quid] quod *AMN* intellectiua *C* 24 intelligentia *N*, intellectiuae *C*

praeter substantiam animae rationalis, est id ipsum signum quod anima rationalis est praeter animam animalem et animam uegetabilem. Et etiam signum ad hoc est, quod anima rationalis apprehendit extrinsecum, intelligentia apprehendit essentiam. et essentia simplicior est extrinseco. ergo forma in-
49. telligentiae simplicior est formâ animae. — Vides ergo, si intellexisti, actionem intelligentiae in animam rationalem et actionem animae rationalis in animam animalem, et quomodo actiones harum substantiarum sunt sub uno genere et sunt similes.

D. Videtur mihi quod iam intellexerim hoc per te. sed ostendam tibi intellectum meum.

M. Dic ergo quomodo est hoc.

D. Inueni substantiam intelligentiae subtiliorem substantiis intelligibilibus et perfectiorem eis; et inueni eam sustinentem omnem formam et applicantem se omni rei et percipientem et cognoscentem omnem rem; et inueni animam rationalem inferiorem ea in hoc, eo quod anima est sustinens aliquas formarum nec applicatur omni rei nec est cognoscens omnem rem; similiter inueni animam sensibilem inferiorem anima rationali in hoc. et quia actiones uniuscuiusque istarum substantiarum sunt sub uno genere et similes, didici quod perfectior et fortior ex illis est causa agens in debiliorem et imperfectiorem, sicut praedictum est de ceteris substantiis.

M. Bene intellexisti. sed quid sequitur hoc?

D. Sequitur hoc quod quicquid est in substantiis inferioribus, est et in superioribus; sed non quicquid est in superioribus, est et in inferioribus, sicut uegetatio et generatio sunt in

---

1 *et* 2 est *om.* *C* 2 est *om.* *C* 2 et animam *om.* *M* 3 Et] Quia *C* etiam *om.* *C* signum] tum *C* ad] in *C* 4 extrinsecus *C* intellectiua *C* 5 formae intellectiuae *C* 7 actiones *C* intellectiuae *C* in] et *AM* animae rationalis in animam *om.* *N* 10 per te hoc *M* 12 ergo *om.* *C* 13 D. *om.* *N* intellectiuae *C* 14 intellectibus *C*, intellectis *MN* inueni eam *om.* *C* eam] etiam *A* 15 formarum *C* omni rei] in omni re *C* percicipientem *(sic!)* *N* 17 in] et *A* formas *A* 18 nec] naturae *M* 20 actione *N* 21 fortior et perfectior *C* 22 *ante* imperfectiorem *add.* in *M* 21 est *om.* *C* substantiis] subiectis *N* 23 praedictum est] *cf. p. 188,23* 24 M.] D. *C* haec *A* 25 D.] M. *C*, *om.* *N* Sequitur haec *A*, Hoc sequitur *C*, *om.* *N* *ante* inferioribus *add.* scilicet *C* 26 est (*ante* et) *om.* *C* in (*post* et) *om.* *C* sed] et *A*, *om.* *C* 27 et (*ante* in)] etiam *N*, *om.* *C* in (*post* et) *om.* *A*

anima animali, sed sensus et motus non sunt in uegetabili, et sicut sensus et motus sunt in anima rationali, sed rationalitas et cognitio non sunt in anima animali. et uidetur mihi quod iste intellectus proficiet usque ad scientiam materiae uniuersalis et formae uniuersalis quae est collectiua omnis formae. et ex hoc scietur quod substantiae, quanto fuerint superiores, tanto erunt magis collectiuae omnium formarum et communiores et magis comprehendentes, donec perueniatur ad materiam primam uniuersalem sustinentem omnia.

M. Opus est ut funderis in scientia actionum aliquarum ex his substantiis in alias, sicut consueuimus in hac disputatione.

D. Quid uides in hoc?

M. Video ut tu defigas intuitum tuum in affirmando esse has substantias et in perscrutando uires uniuscuiusque earum et in assignando uniuscuiusque earum operationes et in comparando actiones uniuscuiusque harum substantiarum cum actionibus ceterarum et diuidendo impressiones aliarum in aliis et communitatem earum et diuersitatem et quicquid inquisitionis illarum continetur intra species quaestionum logicarum, ut per hoc tibi pateat locus similitudinis et generalitatis quae est inter illas, scilicet quod sunt unius generis. et tunc tibi patebit actio aliarum in alias, et cognosces perfectionem aliarum ex imperfectione aliarum; et quod tu debes scire, scilicet quod in-

---

p. 189,24—190,19 = Falaqera III, §. 81.

---

1 sed] et *N* 2 anima *om.* *C* rationali] rationali non rationali *N* 3 et (*ante* uidetur)] quia *C* mihi *om.* *M* 4 perficiet *MN* ad] in *C* 5 collectam *N* 6 *ante* substantiae *add.* omnes *C* 7 omnium formarum *om.* *AMN* 10 M.] Sed *CM*, Et *N* fundaris *C* in *om.* *C* scientiam *M* 11 sicut *om.* *M* 11 consoeuimus *M*, consuemus *N* 14 tu *om.* *C* diffigas *C*, designas *M* 14—15 has substantias esse *C* 15—16 et in assignando uniuscuiusque earum *om.* *N*, in *et* uniuscuiusque earum *om.* *C* 17 uniuscuiusque *om.* *C* harum] earum *C* substantiarum *om.* *C* 18 ceterarum] causarum *N* 20 illarum] earum *C* *ante* continetur *add.* et *N* intra] inter *C*, et inter *M* ut] et *C* 21 pateat] placeat *A* et *om.* *C* quae est *om.* *A*, quae est inter illas *post* *v.* 22 generis *transp.* *C* 22 scilicet . . . generis *om.* *M* quod] quae *C* tunc] per hoc *M* patebit tibi *M* 23 alias] aliis *N* aliarum (*ante* ex)] aliquarum *M* 24 aliarum (*post* imperfectione)] aliquarum *C*

telligere substantias simplices et apprehendere, quod possibile est apprehendere de scientia illarum, est requies maior et suauitas maxima animae rationalis. et secundum stabilimentum animae in scientia illarum et diffusionem suam in illis et apprehensionem suarum formarum et proprietatum et cognitionem actionum earum et passionum erit eius stabilitas in scientia deitatis et applicatione sui ad ipsam. ergo sollicitus esto in speculatione substantiarum simplicium, et studiosus esto uehementer, maxime in substantia animae et intelligentiae, quia sustinent omnia et in eis sunt formae omnium.

50. D. Postquam aperuisti mihi portam speculandi substantias simplices et excitasti me ad uiam ducentem ad scientiam illarum, redeamus ad id in quo eramus, scilicet ad asseuerandum materiam et formam in intelligibilibus, sicut eas asseuerauimus in sensibilibus.

M. Cum affirmata fuerit scientia esse substantiarum intelligibilium, paene manifestabitur tibi esse materiae et formae. sed fac moram in speculatione harum substantiarum, et desiderium non properet ad cetera quae sequuntur, quia secundum quod fuerit apprehensio scientiae illarum, erit tua apprehensio in scientia eorum quae sequuntur, et e contrario.

D. Certe iam certificatum est mihi esse istarum substantiarum secundum modum considerandi actiones diuersas et secundum modum generalitatis harum actionum et similitudinis earum. sed cupio ut assignes mihi nunc de uniuersitate

---

1—2 quod possibile est apprehendere *om.* *C* 1—2 est possibile *N* 3 et] quia *C* 5 formarum suarum *A*, suarum *om.* *C* 6 earum actionum *C* 7 et *om.* *A* applicationem *MN* esto sollicitus *M* 8 *post* simplicium *add.* ut euenerit *C* et studiosis esto uehementer *om.* *C* 9 intellectiuae *C* quia] quae *N* sustinet *CN* 11 portas *C* 12 uiam ducentem] manducentem *N* ad (*ante* scientiam) *om.* *N* 13 ad (*post* scilicet) *om.* *C* asserendum *A*, adseuerandam *C* 14 in *om.* *A* intellectibus *C* eas *om.* *N* 15 asseueramus *N* 16 sensibus *A* 18 sed] .f. et (*i. e.* scilicet et) *N* 19 secuntur *CM* (*ita illi codices in hac uoce constanter*) 20 fuerit apprehensio tua *M* scientia *M* tua apprehensio (*post* erit) *om.* *C* 22 istarum] harum *C* 23 *uerbis* secundum modum generalitatis *in C et N additur glossema* scilicet quod sunt unius generis, *quod in C post* generalitatis, *in N post* actionum *insertum est* 25 uniuersitate] uniuersalitate *AM*, unitate *N*

et intelligentia uniuersali, quia per illas est esse earum et existentia.

M. Addes etiam ad hoc scientiam, cum attenderis quod ex illis altior attribuit inferiori.

D. Quomodo est hoc?

M. Quia inferiores ex substantiis uestiunt lumen ab altioribus earum, et totum uestit lumen factoris primi alti et sancti, sicut iam manifestum est, cum dicebamus de fluxu substantiarum aliarum ex aliis.

46. D. Declara mihi impressionem altiorum ex his substantiis in inferiores ex eis, et declara descriptiones et figurationes quae sunt aliarum ex aliis secundum ordinem resolutionis, sicut promisisti.

M. Nonne es tu uidens in uegetabilibus motum crescendi et alendi et generandi, et per hoc contestaris substantiam quae agit hos motus, id est animam uegetabilem, sicut contestatus es per compositionem partium corporis et retentionem earum substantiam quae agit hoc, id est naturam?

D. Manifestum est hoc sic esse.

M. Similiter etiam considerabis motum immutationis in sensus et motum cogitandi et cognoscendi et ratiocinandi, et contestaberis per hoc substantias quae agunt hos motus, id est animam animalem et animam rationalem et intellectiuam.

D. Quae est ratio definiens quod substantia quae agit has

---

p. 181,6—7. 10—11; 181,14—15 = Falaqera III, §. 27[b].

---

1 intellectiua *C* eorum *C* 3—4 M. Addes ... inferiori *om. A* 3 etiam ad haec *C*, ad hoc etiam *N* scientia *C* 4 tribuit *N* 8 dicebamus] diximus *N*. *ad sententiam cf. p. 107,11—109,3* substantia *N* 10 substantiis *om. A* 12 ordinem] modum *C* 14 M.] D. *M* *ante* in *add.* quod *C* 15—18 et per hoc ... id est naturam] *errat Guttmann (l. cit. p. 155,3), qui his uerbis finem paragraphi 27 Falaqerae contineri, sed, propter interpretis latini Falaqeraeque discrepantiam, haud bene reddi putat. immo illa Falaqerae ab interprete latino p. 184,14—17 paene ad uerbum redduntur* 15 substantiam] scientiam *C* 17 retetionem *C* 18 *post* hoc *add.* modo *M* 20 considerabitur *N* innutationis *C*, mutationis *M*, immutationis in sensus et motum *om. N* in] et *CM* 21 cogitandi] agitandi *C*, congitandi *N* et (*ante* cognoscendi) *om. AN* ratiocinandi et cognoscendi *C*, cognoscendi *om. N* et (*ante* contestaberis) *om. A* 22 contestabis *C* haec *N* substantia *M* agunt] ag̅ *M* motus] scilicet motus *C*, id est motus *N*, *om. A* 23 intellectiuam] til'a *M*

actiones non est una, et alia ex substantiis quae sunt in homine est praeter aliam?

M. Quia illarum aliquae inueniuntur separatae ab aliis, quia si una substantia essent, non absolaretur herba in crescendo, nec animalia in sensu et motu, nec homines in cogitatione et cognitione.

D. Iam manifestum est mihi quod alia istarum substantiarum est praeter aliam secundum modum quem praedixisti. sed manifesta mihi quomodo est attributio aliarum aliis, et ostende modum quo operationes istarum substantiarum sunt unius generis et sibi sunt similes.

M. Scientia impressionis harum substantiarum aliarum in aliis diuiditur duobus modis. unus eorum est scientia actionis et passionis; secundus scientia causae actionis et passionis. pro qua ergo illarum quaeris?

D. Postquam modo mea intentio est scire esse harum substantiarum et quomodo debent esse aliae ex aliis, ergo opus non habeo nunc nisi scientia passionis. uideo enim quod dictio de causa passionis altior et dignior est hac praesenti disputatione.

M. Certe sic est. sed nunc praepara te ad intelligendum quod interrogasti post praeparationem horum principiorum positorum.

D. Iam praeparaui me ad hoc. sed quae sunt principia praeposita?

M. Vnum principiorum positorum est ut scias, quod duae res cum similes sibi fuerint in aliquo intellectuum et communi-

---

1 non] et non *N* alia] aliqua *C* est *om.* *C* 3 M. *om.* *M* 4 absolaretur *(i. e. sola fieret?)*] assolaretur *M*, assolarem *N* 5 cognitione] in cognitione *M* 7 quod] quia *AM* alia] aliqua *N* praeter *om.* *A* 9 mihi *om.* *AMN* 10 *post* quo *add.* modo *MN* istarum substantiarum *om.* *C* 11 sunt sibi *A* 12 impressiones *N* 14 secundus scientia] secundum scientiam *C*, secundus . . . passionis *om.* *N* *ante* actionis *add.* et *M* 15 illarum ergo *C* 16 mea *om.* *N* est intentio *C* 16—17 harum substantiarum esse *A* 17 debent] dicuntur *N* ex] ab *C* ,18 nunc *om.* *C* scientia] ut sciam scientiam *C* quod] quia *A* 22—23 post . . . positorum *hic om.* *C* 24 *post* me *add.* post praeparationem horum principiorum pete (*l.* positorum) *C* *(cf. v. 22—23)* ad hoc] adhuc *C* 26 positorum *om.* *C* quod] quoniam *A* 27 cum similes] consimiles *MN* in intellectuum *M*, intelligibilium *N* et *om.* *A* communicauerunt *AM*, coadunauerint *C*

cauerint in eo, quamuis ille intellectus aliter fuerit in uno quam in alio, tamen debet esse unus. uerbi gratia esse caloris in igne et in eo quod uicinius est ei aëris, numquid debet ut calor qui est in igne sit ille qui est in aëre, quamuis dissimiliter?

D. Non debet esse aliter.

M. Ergo non est absurdum ut dicatur quod calor qui est in aëre est ex calore qui est in igne, sed debet ut dicatur impressus ab eo.

D. Sic est ut dicis.

M. Postquam inuenisti substantias et earum operationes diuersas uno modo et conuenientes alio, debes scire quod intellectus in quo conueniunt unus est.

D. Sic est.

M. Si aliqua istarum operationum perfectior est quam alia, numquid perfectior non debet esse causa alterius?

D. Sic debet esse.

M. Ergo cum inueneris operationes naturales, quae sunt unius generis cum operationibus animae uegetabilis et similes illis, et operationes naturae sunt minus quam operationes animae crescibilis, numquid non debes concedere quod anima uegetabilis causa est naturae?

D. Sic opus est, non solum in anima crescibili et natura, sed etiam in omnibus substantiis.

M. Ergo audi nunc dictionem quomodo operationes harum substantiarum sunt unius generis et sibi similes, quousque scias per hoc generationem aliarum ex aliis.

D. Audio, et audire desidero, quia non uidi hanc sententiam apud aliquem sapientum, et existimo quod nihil est utilius et efficacius ad perueniendum ad perfectionem scientiae huius capituli.

---

2 tamen] inde *C* unius *C* coloris *M* 3 est uicinius *A* debet] oportet *AN* ut] quod *N* 5 debet] dicitur *N* 7 est (*ante* ex) *om.* *C* debet] oportet *N* 8 ab] ad *N* 10 eorum *N*, earum *post* operationes *transp.* *M* 11 uno] in uno *N* modo *om.* *N* alio] in alio *N* quod] et *N* 14—16 M. Si . . . Sic debet esse *om.* *N* 14 operationum istarum *M* 17 Ergo *om.* *A* naturales *om.* *M* 18—20 similes illis . . . anima crescibilis *om.* *M* 19 operationes (*ante* naturae)] operationibus *N* 24 Ergo audi nunc] *cf. supra p. 182,9-11* 26 hoc] has *C* generationes *C* 27 et] quod *N* sententiam] scientiam *C* 28 sapientium *N* utilius] hutilius *M*

M. Vnde hoc scis?

D. Quia cum inuenerim actiones harum substantiarum sub uno genere et sibi similes, et suspenderim me erigendo ab inferiori ad superius propter similitudinem quae est inter illas, possibile mihi fuit accedendi ad altius extremum esse, et inueni tunc principium motus.

M. Verum est. sed scisti etiam causam quae praecessit inter nos, scilicet causam actionis et passionis, et inspexisti ibi ordinationes operationum, et contemplatus es omnia oboedientia esse mandato diuino, et uidisti quod bonitas est mouens omnia illa.

47. D. Comple iam, doctor bone, quod promisisti de declaratione huius capituli profundi, et dator bonitatis retribuat tibi.

M. Quae est actio quae cognoscitur esse ex natura?

D. Attrahere et retinere, mutare et pulsare.

M. Quae est actio quae est ex anima uegetabili?

D. Vegetare et generare.

M. Quid est uegetare et quid est generare?

D. Generare est procreare rem ex se consimilem; uegetare est mouere partes uegetabiles a centro ad extrema.

M. Attrahere autem et pulsare est mouere partes alimenti in loco motu opposito. ergo debent esse sub uno genere cum motu partium uegetabilium a centro ad extrema.

D. Hoc debet esse,

M. Mutare est conuertere corpus alimenti a sua forma et

---

p. 184,14—17 = Falaqera III, §. 27[a].

---

1 Hoc unde *A* 2 inueneris *C*, inuenit *M* actiones *om.* *C* 3 et (*ante* suspenderim) *om.* *M* . 4 *ante* ad *add.* usque *C* 5 altius] alterius *CN* esse] *i. e.* *rei* *esse, ut p. 143,13* inuenire *A* 7 sed] si *A* scisti] cisti *M* 7—8 quae praecessit inter nos] *cf. p. 46,2—47, 3; 106,17—109,3; 182,14* 9 operationum ordinationes *C* 10 esse *om.* *A* 11 mouens *om.* *C* 12 de *om.* *C* declamatione *A* 13 dator] doctor *C* tibi *om.* *N* 15 *Falaqera ordine paulum mutato praebet*: attrahere, mutare, retinere et pulsare *ante* mutare *add.* et *M* 16 Quae est] Quaeque *N* 17 et *om.* *MN* 18 uegetare *om.* *M* quid est (*post* et) *om.* *AC* 19 est] et *A*, est procreare *om.* *N* se] re *AM* consimile *M* 20 est] et *C* uegetabilis *C* 20—21 uegetabiles . . . mouere partes *om.* *N* 20 *ante* ad *add.* usque *C* 21 mouere] in omnes *C* 22 debet *M* esse *om.* *C* 23 partium *om.* *N* uegetabilis *M*, uegetabili *CN* 25 conuertere *om.* *N*

assimilare formae eius quod alitur. ergo debet etiam ut haec actio sit sub uno genere cum generare.

D. Hoc etiam debet esse.

M. Quandoquidem hoc ita est, debet ut una substantiarum agentium has actiones sit imprimens in aliam unam uim ex suis uiribus per quam agit id quod agit.

D. Hoc sic esse debet.

M. Quod autem perfectius est, agit in minus perfectum et imprimit in illud.

D. Sic est.

M. Actio naturae minus est quam uegetabilis.

D. Quid signum est ad hoc?

M. Signum huius est motus animae uegetabilis circa corpus in omnibus suis extremis; et natura non sic est. Et etiam quod id in quod tantum natura agit, non est adeo perfectum, sicut id in quod agit anima uegetabilis.

D. Iam intellexi per te has actiones quod sunt unius generis. sed quid intelligis de ui retentiua in anima uegetabili?

M. Retentio est quies motûs et eius debilitas.

D. Quid signum est huius?

M. Signum huius est, quod motus fortior est quam quies. ergo cum fuerit motus, erit uirtus; et cum fuerit quies, erit debilitas.

D. Quid ergo euenit nobis ex hac ratiocinatione?

M. Euenit hoc quod anima uegetabilis est agens in naturam, quia perfectior est ea et fortior.

48. D. Iam ostendisti mihi actionem animae uegetabilis in

---

p. 186,11—14 = Falaqera III, §. 28ᵃ.

---

1 alitur] alteri *M* etiam] esse *A* 2 sit *om.* *C* 3 etiam *om.* *C* 4 hoc *om.* *CN* debet] oportet *AC* 4—5 agentium substantiarum *CMN* 6 id *om.* *M*, id quod agit *om.* *N* 7 debet esse *om.* *MN* 8 Quod] Quia *C* est autem perfectius *C* agit *om.* *C* 8 *et* 11 minus] unus *N* 13 motus est *C* 14 omni suis et extremis *N* Et] Quia *C*, *om.* *M* 15 etiam] illud *N*, *om.* *M* natura agit tantum *N* natura] non *M* adeo] tantum *C* 17 has] hac *N* 19 eius *om.* *M* 20 Quod *AMN* 21 quod] quia *AN* 22 motus *om.* *N* et cum fuerit *om.* *N* 24 euenerat *M* ratiocinatione] ratione *C* 27 uegetabilis animae *A*

natura; et patuit mihi quomodo earum actiones sunt sub uno genere. ostende etiam actionem animae sensibilis in animam uegetabilem et quomodo actiones earum sunt sub uno genere.

M. Quae est actio animae sensibilis in anima uegetabili?

D. Mouere partes uegetabiles ad extrema.

M. Quae est actio animae sensibilis in animali?

D. Sensus et motus.

M. Nonne debet ut utrique motus sint sub uno genere, eo quod uniuscuiusque eorum est mouere corpus in loco?

D. Sic debet.

M. Postquam mouere animae animalis est mouere totum corpus et commutare de loco ad locum alium totaliter, et mouere animae uegetabilis est mouere partes corporis sine mutatione totius de loco ad locum: nonne opus est ut actio animae animalis fortior sit quam uegetabilis?

D. Sic esse debet.

M. Et etiam, quia anima animalis superat uegetabilem, ideo quod anima animalis coniungitur formis corporum, quae conueniunt ei in subtilitate, cominus uel eminus, et extrahit eas a formis earum corporalibus, anima autem uegetabilis coniungitur essentiae corporum, quia conuenit eis in crassitudine, et hoc prope et continue tantum.

D. Hoc sic est.

---

p. 186,7—8. 12—14 = Falaqera III, §. 28b. p. 186,18—23 = Falaqera III, §. 29.

---

1 naturam *N* mibi *om. A* actiones eorum *(sic!) M*, eorum actiones *N* 2 sensibilis animae *C*, a se sensibilis *N* 3 earum] harum *C* 5—6 M. Quae est ... ad extrema *om. N* 7 sensibilis animae *CM* 9 debent *AMN* ut] ubi *A*, *om. N* sint] esse *N* 12 animae animalis est mouere *om. N* 13 locum *om. MN* alium *om. C* 14—16 est mouere ... sit quam uegetabilis *om. N* 14 mutatione] motione *M* 15 *ante* locum *add.* aliud *(sic!) M* 18 anima animalis] animal *A* 19 ideo] uel *M* quod] quia *MN* anima animalis *om. C* 20 cominus uel eminus] cominus et eminus *C*, communius et eminentius *N*, *ante 10* coniunguntur *transp. M* et *om. A* 21 earum] eorum *N. sed cf. p. 152,20—22:* hoc est, quia forma ipsius formae unitur cum essentia formae quae est in potentia in essentia simplicis substantiae 22 corporum] corporeae *C* quia] quae *C* 23 et continue tantum] *sic etiam N, non, quod ex eo affert Munk l. cit. p. 55, n. 3,* et [per] contactum 24 D. *om. M*

M. Ergo debet esse ut anima animalis sit agens in animam uegetabilem, ideo quia perfectior est ea et fortior.

D. Hoc sic esse debet.

M. Secundum hanc considerationem quam tibi ostendi in his tribus substantiis erit similiter dicendum de anima rationali et de intelligentia; et ne sermo prolongetur, sed exeat in publicum, abbreuiabo dictionem in hoc.

D. Abbreuia ergo dictionem et innue illud mihi totaliter secundum morem tuum.

M. Actio animae animalis est sentire formas grossorum corporum in tempore et moueri per loca et resonare et modulari sine ordine qui significet intellectus; actio autem animae rationalis est sentire formas intelligibilium subtiles et moueri in intelligibilibus in non-tempore et in non-loco et resonare et modulari cum ordinatione et comparatione significante intellectus; actio autem intelligentiae est apprehensio omnium formarum intelligibilium in non-tempore et in non-loco, sine inquisitione, sine negotio et sine alia causa praeter suam essentiam, quia est perfectione plena.

D. Quid est signum quod substantia intelligentiae est praeter substantiam animae rationalis?

M. Prius debes perscrutari, quid est signum quod intelligentia sit substantia. sed hoc non pertinet ad id in cuius uia sumus. Sed signum quod substantia intelligentiae est

---

p. 187,10—19 = Falaqera III, §. 80.

---

1 anima *om.* C 4 tibi *om.* C ostendisti C 6 de *om.* C intellectiua C et (*ante* ne) *om.* C 7 in] ad *AN* 8 innue] ostende C mihi illud *M* 10 animalis animae C grossorum] crassorum *AM* 11 moueri *scripsi*: mouere *ACMN* et modulare *C*, *om.* *N* 12 qui] quod C animae *om.* *M* 13 intellectuum C mouere C in *om.* C 14 in (*ante* non loco) *om.* C et resonare *om.* C 15 cum] et *M* et] in *M* comparatione] compositione *MN* 16 intellectiuae C 17 in non-tempore] et sine tempore *CMN* in non-loco] et loco *C*, sine loco *MN*. *cum v. 14—17* resonare . . . et in non loco *apud Falaqeram exciderint, quod propter homoeteleuton accidisse ueri simillimum est, inde quoque lectioni* (*v.* 7) in non-tempore et in non-loco *aliquantum subsidii prouenire puto* 18 alia] aliqua C 19 quia] et *N* 20 Quod *AMN* intelligentiae] *sic etiam* C 21 rationali *M* 22 deberes *M* perscrutari] percunctari *AMN* quid] quod *AMN* intellectiua C 24 intelligentia *N*, intellectiuae C

praeter substantiam animae rationalis, est id ipsum signum quod anima rationalis est praeter animam animalem et animam uegetabilem. Et etiam signum ad hoc est, quod anima rationalis apprehendit extrinsecum, intelligentia apprehendit essentiam. et essentia simplicior est extrinseco. ergo forma in-
49. telligentiae simplicior est formâ animae. — Vides ergo, si intellexisti, actionem intelligentiae in animam rationalem et actionem animae rationalis in animam animalem, et quomodo actiones harum substantiarum sunt sub uno genere et sunt similes.

D. Videtur mihi quod iam intellexerim hoc per te. sed ostendam tibi intellectum meum.

M. Dic ergo quomodo est hoc.

D. Inueni substantiam intelligentiae subtiliorem substantiis intelligibilibus et perfectiorem eis; et inueni eam sustinentem omnem formam et applicantem se omni rei et percipientem et cognoscentem omnem rem; et inueni animam rationalem inferiorem ea in hoc, eo quod anima est sustinens aliquas formarum nec applicatur omni rei nec est cognoscens omnem rem; similiter inueni animam sensibilem inferiorem anima rationali in hoc. et quia actiones uniuscuiusque istarum substantiarum sunt sub uno genere et similes, didici quod perfectior et fortior ex illis est causa agens in debiliorem et imperfectiorem, sicut praedictum est de ceteris substantiis.

M. Bene intellexisti. sed quid sequitur hoc?

D. Sequitur hoc quod quicquid est in substantiis inferioribus, est et in superioribus; sed non quicquid est in superioribus, est et in inferioribus, sicut uegetatio et generatio sunt in

---

1 *et* 2 est *om.* *C* 2 est *om.* *C* 2 et animam *om.* *M* 3 Et] Quia *C* etiam *om.* *C* signum] tum *C* ad] in *C* 4 extrinsecus *C* intellectiua *C* 5 formae intellectiuae *C* 7 actiones *C* intellectiuae *C* in] et *AM* animae rationalis in animam *om.* *N* 10 per te hoc *M* 12 ergo *om.* *C* 13 D. *om.* *N* intellectiuae *C* 14 intellectibus *C*, intellectis *MN* inueni eam *om.* *C* eam] etiam *A* 15 formarum *C* omni rei] in omni re *C* percicipientem *(sic!)* *N* 17 in] et *A* formas *A* 18 nec] naturae *M* 20 actione *N* 21 fortior et perfectior *C* 22 *ante* imperfectiorem *add.* in *M* 21 est *om.* *C* substantiis] subiectis *N* 23 praedictum est] *cf. p. 183,23* 24 M.] D. *C* haec *A* 25 D.] M. *C*, *om.* *N* Sequitur haec *A*, Hoc sequitur *C*, *om.* *N* *ante* inferioribus *add.* scilicet *C* 26 est (*ante* et) *om.* *C* in (*post* et) *om.* *C* sed] et *A*, *om.* *C* 27 et (*ante* in)] etiam *N*, *om.* *C* in (*post* et) *om.* *A*

anima animali, sed sensus et motus non sunt in uegetabili, et sicut sensus et motus sunt in anima rationali, sed rationalitas et cognitio non sunt in anima animali. et uidetur mihi quod iste intellectus proficiet usque ad scientiam materiae uniuersalis et formae uniuersalis quae est collectiua omnis formae. et ex hoc scietur quod substantiae, quanto fuerint superiores, tanto erunt magis collectiuae omnium formarum et communiores et magis comprehendentes, donec perueniatur ad materiam primam uniuersalem sustinentem omnia.

M. Opus est ut funderis in scientia actionum aliquarum ex his substantiis in alias, sicut consueuimus in hac disputatione.

D. Quid uides in hoc?

M. Video ut tu defigas intuitum tuum in affirmando esse has substantias et in perscrutando uires uniuscuiusque earum et in assignando uniuscuiusque earum operationes et in comparando actiones uniuscuiusque harum substantiarum cum actionibus ceterarum et diuidendo impressiones aliarum in aliis et communitatem earum et diuersitatem et quicquid inquisitionis illarum continetur intra species quaestionum logicarum, ut per hoc tibi pateat locus similitudinis et generalitatis quae est inter illas, scilicet quod sunt unius generis. et tunc tibi patebit actio aliarum in alias, et cognosces perfectionem aliarum ex imperfectione aliarum; et quod tu debes scire, scilicet quod in-

---

p. 189,24—190,19 = Falaqera III, §. 31.

---

1 sed] et *N* 2 anima *om.* *C* rationali] rationali non rationali *N* 3 et (*ante* uidetur)] quia *C* mihi *om.* *M* 4 perficiet *MN* ad] in *C* 5 collectam *N* 6 *ante* substantiae *add.* omnes *C* 7 omnium formarum *om.* *AMN* 10 M.] Sed *CM*, Et *N* fundaris *C* in *om.* *C* scientiam *M* 11 sicut *om.* *M* 11 consoeuimus *M*, consuemus *N* 14 tu *om.* *C* diffigas *C*, designas *M* 14–15 has substantias esse *C* 15—16 et in assignando uniuscuiusque earum *om.* *N*, in *et* uniuscuiusque earum *om.* *C* 17 uniuscuiusque *om.* *C* harum] earum *C* substantiarum *om.* *C* 18 ceterarum] causarum *N* 20 illarum] earum *C* *ante* continetur *add.* et *N* intra] inter *C*, et inter *M* ut] et *C* 21 pateat] placeat *A* et *om.* *C* quae est *om.* *A*, quae est inter illas *post* *c* 22 generis *transp.* *C* 22 scilicet . . . generis *om.* *M* quod] quae *C* tunc] per hoc *M* patebit tibi *M* 23 alias] aliis *N* aliarum (*ante* ex)] aliquarum *M* 24 aliarum (*post* imperfectione)] aliquarum *C*

telligere substantias simplices et apprehendere, quod possibile est apprehendere de scientia illarum, est requies maior et suauitas maxima animae rationalis. et secundum stabilimentum animae in scientia illarum et diffusionem suam in illis et apprehensionem suarum formarum et proprietatum et cognitionem actionum earum et passionum erit eius stabilitas in scientia deitatis et applicatione sui ad ipsam. ergo sollicitus esto in speculatione substantiarum simplicium, et studiosus esto uehementer, maxime in substantia animae et intelligentiae, quia sustinent omnia et in eis sunt formae omnium.

50. D. Postquam aperuisti mihi portam speculandi substantias simplices et excitasti me ad uiam ducentem ad scientiam illarum, redeamus ad id in quo eramus, scilicet ad asseuerandum materiam et formam in intelligibilibus, sicut eas asseuerauimus in sensibilibus.

M. Cum affirmata fuerit scientia esse substantiarum intelligibilium, paene manifestabitur tibi esse materiae et formae. sed fac moram in speculatione harum substantiarum, et desiderium non properet ad cetera quae sequuntur, quia secundum quod fuerit tua apprehensio scientiae illarum, erit tua apprehensio in scientia eorum quae sequuntur, et e contrario.

D. Certe iam certificatum est mihi esse istarum substantiarum secundum modum considerandi actiones diuersas et secundum modum generalitatis harum actionum et similitudinis earum. sed cupio ut assignes mihi nunc de uniuersitate

---

1—2 quod possibile est apprehendere *om.* *C* 1—2 est possibile *N* 3 et] quia *C* 5 formarum suarum *A*, suarum *om.* *C* 6 earum actionum *C* 7 et *om.* *A* applicationem *MN* esto sollicitus *M* 8 *post* simplicium *add.* ut euenerit *C* et studiosis esto uehementer *om.* *C* 9 intellectiuae *C* quia] quae *N* sustinet *CN* 11 portas *C* 12 uiam ducentem] manducentem *N* ad (*ante* scientiam) *om.* *N* 13 ad (*post* scilicet) *om.* *C* asserendum *A*, adseuerandam *C* 14 in *om.* *A* intellectibus *C* eas *om.* *N* 15 asseueramus *N* 16 sensibus *A* 18 sed] .f. et (*i. e.* scilicet et) *N* 19 secuntur *CM* (*ita illi codices in hac uoce constanter*) 20 fuerit apprehensio tua *M* scientia *M* tua apprehensio (*post* erit) *om.* *C* 22 istarum] harum *C* 23 *uerbis* secundum modum generalitatis *in* *C* *et* *N* *additur glossema* scilicet quod sunt unius generis, *quod in* *C* *post* generalitatis, *in* *N* *post* actionum *insertum est* 25 uniuersitate] uniuersalitate *AM*, unitate *N*

harum substantiarum regulam generalem quae addat mihi scientiam ad hoc capitulum.

M. Aspice propinquiorem sphaerarum sensibilium tibi, et deinde per ordinem sursum, quia tu inuenies quod rotae, quanto sunt superiores, tanto sunt maioris corporis et subtilioris essentiae et fortioris actionis et simplicioris motus.

D. Iam consideraui hoc, et inueni sicut dixisti.

M. Aspice etiam motum corporis uniuersalis, et attende motus omnium sphaerarum quae sunt infra illud.

D. Iam attendi, et inueni eas omnes moueri propter motum primum propter quem mouetur corpus uniuersale.

M. Quod tu uides de motu corporis uniuersalis, fit causâ corporis aut alterius rei causâ?

D. Existimo quod corpus uniuersale mouetur hoc motu propter se ipsum.

M. Est possibile ut cetera corpora quae sunt infra corpus uniuersale moueantur non per se ipsa, sicut concessisti, et quod corpus uniuersale moueatur per se ipsum?

D. Cur non est hoc possibile?

M. Si hoc fuerit possibile, possibile erit ut essentia corporis uniuersalis sit extra essentiam ceterorum corporum quae sunt infra ipsum.

D. Quid signum est quod essentiae corporum sunt una?

M. Signum huius est communio eorum in motu.

D. Vides tu quod communio quam habent superiores sphaerae et inferiores in motu, facit debere esse etiam communionem earum in essentia?

---

1 addant *A* 3 sensibilium] intelligibilium sensibilium *N* 4 tu *om. C* 5 sunt (*ante* superiores) *om. A* maiores *N* subtiliores *N* 7 D.] M. *N* hoc *om. N* *post* inueni *add.* hoc *C* 10 eas] has *N* 11 uniuersale] utile *C* 12 Quid *N* uniuersalis corporis *M*, uniuersalis *om. C* causa (*post* fit)] enim *M* (*sed ablatiuus* causâ *ante uerbum quod ex eo aptum est positus est etiam III 53, p. 198,5*) 17 uniuersale] utile *C* 17—18 moueantur ... corpus uniuersale *om. C* 17 per se ipsa] pf epia *N* concessisti] consensisti *M*, concecisti *N*. *ad sententiam cf. 175,24 sqq.; 179,16—17* 20 fuerit hoc *C*, hoc fuit *N* *alterum* possibile *om. A* 21 *ante* uniuersalis *add.* primi *C* 22 *ante* ipsum *add.* se *C* 24 eorum *om. C* 25 habent *om. C* 26 debere esse etiam] etiam debere etiam *C*, etiam *om. N* 26—27 earum communione (*sic!*) *M*, communionem eorum *CN*

M. Attende etiam remanere earum et durare, quia in hoc differentia est.

D. Si omnia corpora sunt mobilia propter motum corporis uniuersalis, cur motus horum corporum sunt diuersi in parte, cum motus corporis uniuersalis sit unus in parte una?

M. Ex hoc patescit quod motus corporis uniuersalis non est per se.

D. Quomodo est hoc?

M. Si motus eius esset per se, non posset diuersificari ab eo motus alicuius ex corporibus, quae mouentur per ipsum, in parte sui motus.

D. Vides quod dictio de motu corporis uniuersalis, scilicet quod non est per se, non facit debere dici quod omne mobile motorem habet usque in infinitum?

M. Dictio quod omne mobile motorem habet usque in infinitum, destruitur propter defectum mobilium in extremo inferiori. et propter hoc, quod prohibetur ut motus sit per se, et ut motus omnis sit causa motus.

D. Quid dices, si ego conuersus dixero quod motus corporis uniuersalis per se est?

M. Iam manifesta est mihi falsificatio huius ex praemissis; et manifestabitur etiam amplius propter diuersitatem corporum in motu et in esse eius et priuatione eius.

D. Adde manifestiorem dictionem in hoc.

M. Si corpus uniuersale mobile est per se, debet esse mouens simul et mobile.

D. Quomodo est hoc?

M. Quia non potest esse pars eius mouens tantum, aut mobilis tantum.

D. Cur non?

---

1 etiam] tibi *C* eorum *AC* indurare *C* 5 cum] est *M* corporis *om.* *N* 6 patescit] patefac *C* uniuersalis corporis *N* 13 mobile *om.* *CN* 15 motorem habet] habet motorem *N*, ! h *C* 17 et propter hoc quod] *i. e.* et propter hoc est, quod quod] quia *AM* prohibetur] debetur *C* ut] quod *C*, non *N* sit *om.* *N* 18 omnis *om.* *M* motus sit causa *CN*, motus *om.* *M* 19 ego *om.* *C* 20 est *om.* *AMN* 21 manifestum *C* 23 *post* eius *add.* manifestiorum *(cf. v. 24)* *N* 25 est mobile *M* 26 mobile et mouens simul *A* est *om.* *C* 30—193,3 D. Cur . . . D. Iam ostendisti mihi *om.* *C*, *in quo tamen uerba p. 193,1—2:* deberet esse . . . est impossibile *post p. 193,9* mobile per se *subiecta sunt*

M. Quia, quomodo potest esse pars eius non mobilis, cum sit mobile per se? si enim esset mobile per se, deberet esse totum mobile et totum mouens; quod est impossibile.

51. D. Iam ostendisti mihi quod inconueniens esset, si dicerem quod corpus uniuersale est mobile secundum se totum.

M. Sequeretur etiam hoc quod motus partium corporis non sequerentur se ad inuicem, et motus primus non pulsaret secundum, et quod patiens esset a non agente.

D. Iam manifestum est mihi quatuor modis quod corpus uniuersale non est possibile ut sit mobile per se; sed est adhuc alius modus quo hoc iterum ostendatur?

M. Certe alius est modus praeter praemissos, scilicet considerare quod caelum coepit esse et non est aeternum.

D. Iam intellexi hoc ex te. sed si caelum non est mobile per se, potest esse ut sit motum sine medio a motore primo?

M. Non credebam te posse dubitare quod caelum, quod est substantia sustinens praedicamenta, moueretur sine medio a primo motore, propter ea quae praecesserunt in hoc de probationibus logicis secundum duos modos quos posuimus pro regula adinueniendi esse substantiarum simplicium, scilicet modum inspiciendi descriptiones factoris primi et descriptiones substantiae sustinentis praedicamenta, et modum speculandi impressiones et actiones harum substantiarum in alias; et quod substantia sustinens praedicamenta est ex alia essentia a qua fluit. et sic scies per hoc quod haec substantia non fluit a

p. 193,26—194,11 = Falaqera III, §. 8.

3 mobile totum *M* 4 mihi *om.* *AN* est inconueniens *C* si] scilicet *C* diceretur *A*, dicere *C* 6 hoc] ex hoc *C* motus] motiuum *A* 7 sequeretur *ACN* 8 a non agente] ante agentem *N* 10 *post* per se *add.* quia deberet esse totum mobile et totum mouens, quod est impossibile *A*, *quae ex v. 1—2 huc illata sunt* 11 adhuc] etiam *C* hoc *om.* *A* ostenditur *A*, ostendebatur *C* 12 est *om.* *A* considare *C* 15 sine *om.* *M* 17 dubitare] *interpretandum erat* opinari 18 est *om.* *N* sustinens substantia *M* praedicamenta *om.* *M* medio] medio amodo *N* 19 motore primo *C* 21 ad inueniendum *C* scilicet] solum *C*, secundum *M* modo *C* 22 inspiciendum *C* 23 modum] medium *N* speculandi *om.* *N* 24 quod *om.* *C* 25 ex alia est *N* a *om.* *N* 26 fluit (*post* qua)] fuit *M* per hoc *om.* *C* haec] hoc *N*

motore primo. — Et etiam dico quod si spissum non coniungitur subtili nisi per medium conueniens utrique extremorum et non recipit eius impressionem nisi per medium, sicut corpus humanum non recipit actionem animae rationalis nisi per medium spiritus animalis, et sicut non recipit homo intelligentiam nisi per medium animae rationalis, et sicut uis uisibilis non coniungitur corporibus nisi per medium pupillae et aëris subtilis, et sicut anima uniuersalis non coniungitur corporibus nisi per medium caeli quod est medium inter corporalia et spiritualia: similiter manifestatur per hoc etiam quod inter substantiam sustinentem praedicamenta et factorem primum sunt substantiae mediae.

D. Non dubito ex certitudine probationum quas praemisisti stabiliri substantias medias inter substantiam sustinentem praedicamenta et factorem primum; sed uellem ut multiplicares cognitionem esse harum substantiarum. ergo auge in hoc manifestationem.

M. Nonne dicis quod aliquid sensibilium est superius alio, et superius eorum est supra inferius?

D. Quare non dicam hoc?

M. Quae causa est in hoc?

D. Causa in hoc est elongatio inferioris a superiori, et ideo non est possibile ut sit in ordine eius.

M. Nonne etiam dicis quod substantia intelligibilis est superior et subtilior quam substantia sensibilis?

D. Non dico nisi hoc.

M. Nonne etiam dicis quod aliqua substantia intelligibilis est superior et subtilior alia?

D. Vnde hoc esse debuit?

---

1 etiam *om.* *N* si *om.* *C* iungitur *N* 3 eius] e et *C* 4 actiones *M*, impressionem *N* 5 et] quia *C* intelligentia *M*, intellectiuam *C* 7 corpori *M* 7—8 nisi per medium . . . non coniungitur corporibus *om.* *A* 7 pupullae *M* 8 corpori *C* 10 manifestetur *AMN* etiam *om.* *C* 13 probationem *om.* *N* 15 sustinentem] quae sustinet *M* 16 esse *om.* *M* 17 ergo . . . manifestationem *om.* *C* 18 aliquid] aliquod *AN* (*sed cf.* 196,1), aliud *M* *ante* sensibilium *add* substantiarum *C* 22 est] est haec *M*, haec est *N* 24 *post* substantia *add.* aliqua *C* 24 *post* subtilior *add.* est *C* *post* sensibilis *add.* est *A* 27 aliqua *om.* *CN* 29 esse] est *N*

M. Vnde debuit quod aliquid sensibilium est superius et subtilius alio. |

D. Quid ergo sequitur hoc?

M. Sequitur hoc quod dicam, scilicet quod, si aliqua corporum sensibilium fuerint nobiliora aliis, et quod est superius ex illis, est nobilius inferiori: debet ex hoc ut ultimum eorum quae sunt in superioribus sit nobilius et fortius, et ultimum in inferioribus *sit* uilius.

D. Non debet esse nisi hoc.

M. Ergo proportio ultimi superioris sensibilium ad ultimum superius intelligibilium erit eadem proportio, quae est ultimi inferioris sensibilium ad ultimum inferius intelligibilium; et per hoc scies esse substantiarum simplicium mediarum inter factorem primum et substantiam sustinentem praedicamenta.

52. D. Iam certificatae sunt substantiae simplices secundum modos quos propalasti.

Sed adhuc mihi accidit hic dubitatio de illis, hoc est quod considero dictionem nostram quod formae sustentatae in substantia sustinente praedicamenta impressae sunt a substantiis simplicibus et deductae ab illis. et deprehendo intellectum promptum esse ad percipiendum hoc, et non prohibetur concedere hoc propter praemissas probationes demonstrantes hoc, quia hae formae sunt accidentia, et non est prohibitum quin ipsae sint deductae a substantiis simplicibus et coniunctae cum illis, sicut effluxio luminis solis a sole et coniunctio eius cum

p. 194,4—14 = Falaqera III, §. 9.

1 *post* Vnde *add.* hoc esse *A* aliquod *N* est] esset *M* 3 sequetur *A* 4 aliqua *om.* *N*, *lacuna hiante* 5 fuerit *N* et *om.* *A* 6 illis] his *N* debet] oportet *N* ultimum] nullum *C* *post* eorum *add.* ex his *N* 7 ultimum] multum *C* 8 sit *scripsi*: est *ACMN* 10 proportio] propositio *M* ultimi *om.* *C* 11 proportio] propositio *M* est *om.* *C* 13 et] quia *C* esse *om.* *N* *ante* mediarum *add.* et *M* 14 sustinentem] quae sustinet *A* 15 simplicis *N* 17 accidit mihi *AM* hic *om.* *C* quod] quia cum *N* 17—18 quod considero dictionem nostram *om.* *C* 18 dictionem] dūnē *C* 19 sustinente] sustentatae *M* 20 et (*ante* deprehendo)] in *A* intellectum *om.* *C* 21 promptam *C*, propinquum *M* 21—22 et non . . . demonstrantes hoc *om.* *C* 23 quia] quod *AC* 24 a *om.* *N*

corporibus. sed qualiter dicam quod substantiarum simplicium aliae fluant ab aliis, et quod essentia substantiae sustinentis praedicamenta effluat a substantia simplici quae eam sequitur ordine?

M. Essentiae substantiarum simplicium non sunt defluxae, sed uires earum et radii, haec sunt quae defluunt et effunduntur; eo quod essentiae uniuscuiusque harum substantiarum finitae sunt et terminatae, non extensae usque in infinitum, sed radii earum fluunt ab illis et excedunt terminos suos et limites propter continentiam earum sub primo fluxu qui effluit a uoluntate. sicut lumen quod effluit a sole in aërem, quia hoc lumen excedit terminos solis et extenditur per aërem, et sol in se ipso non excedit finem suum; et sicut uis animalis effluit a uirtute rationali, cuius sedes est cerebrum, in neruos et lacertos, quia haec uirtus est penetrans et diffusa per omnes partes corporis, et substantia animae in se non est diffusa neque extensa: similiter quaelibet substantiarum simplicium extendit radium et lumen suum et diffundit in id quod est inferius ea, et tamen substantia in hoc retinet ordinem suum et non excedit finem suum.

D. Ergo secundum hanc dictionem debet ut ea quae fluunt a substantiis simplicibus sint uires et qualitates, non ipsae substantiae.

M. Manifestabo tibi quod radii qui fluunt ab unaquaque substantiarum non sunt praeter intellectum substantialitatis, etsi sint uires, eo quod sunt fluentes ab eis. — Et dico quod debet esse necessarium quod causa

---

p. 196,5—20 = Falaqera III, §. 10,

---

2 et *om.* *N* 3 effluit *ACN* 4 sequuntur *N* 6 haec] hoc *N* sunt *om.* *C* 7 eo quod *om.* *N* 8 substantiarum *om.* *N* 9 in *om.* *CM* excedunt] extendunt *MN* 10 et *om.* *N* 11 quod] qui *M* 12 aëre *M* 12 excedit] extendit *N* 13 excedit] extendit *C* et] quia *C* 15 in neruos] inter suos *C* est] sed *N* 16 et] quia *C* animae in se] a se ipsa *C*, in se *om.* *M* 17 nec *A* 18 diffudit *M* 19 eo *AMN* retinet in hoc *C* 20 excedit] extendit *N* 21 debet] oportet *N* 22 sint] sicut *A* quantitates *M* 24 qui] quae *C* 27 debet] oportet *N* quod (*ante* causa)] quia *N*

dignior est intellectu substantialitatis causato. et quandoquidem hoc sic est, debet ut totum lumen quod fluit ab altiori ad inferius sit non dignum intellectu substantialitatis uere nec perfecte, secundum comparationem eius ad substantiam primam quae est causa eius. et secundum hanc considerationem dicetur de his substantiis *quod* sunt diuersae in certitudine intellectus substantialitatis. ergo altius ex illis erit dignius hoc inferiori. — Sed quamuis inferius sit non aequale altiori in intellectu substantialitatis, non est tamen extra intellectum substantialitatis, quia fluit ex eo uirtus, quae est substantia ei quod fluit ex ea. ergo substantia inferior secundum aliquid est uirtus substantiae superiori ex qua fluit, et est substantia secundum aliquid uirtuti quae fluit ex illa. et propter hoc non est prohibitum quin substantia fluat ex substantia, quando fuerit substantia simplex ex qua fluit.

D. Manifesta hoc amplius.

53. M. Per se notum est quod quicquid fluit ab aliquo, eiusdem generis est cum eo a quo fluit, quamuis sint diuersa in dispositione. et quia substantia simplex est substantia influens, debet ut quod ex ea fluit sit substantia etiam, etsi utrae-

---

1 est dignior *A* *ante* intellectu *add.* in *AMN; sed cf. v. 8* quandoquidem] quanto quidem *C* 2 hoc *om. N, post* est *exhibet C* debet] oportet *N* ut] nec *A* 3 ad] ab *N* *post* substantialitatis *CMN iterum addunt*: causato (causatum *N*) et quandoquidem (quanto quidem *C*) hoc sic est (sic est hoc *M*), debet (oportet *N*) ut totum lumen quod fluit ab altiori ad inferius sit non dignum intellectu substantialitatis 4 sed comparatione *C* 5 et] quia *C* 6 quod *scripsi*: quae *ACMN* sunt *om. N* diuersae *om. M* in certitudine] incerte *M* 7 substantialitatis *om. N* altius] alicuius *C* dignior *C* hoc] ex hoc *C*; *sed nihil mutandum, cum sententia sit: dignius hoc intellectu quam inferius; cf. v. 1* 9 non est ... substantialitatis *om. CN* 10—11 quia fluit ... ex ea] *uerba aliquantulum obscura fortasse ita accipi possunt*: quia fluit ex eo (*scil.* altiore) uirtus (*quam intellego quod supra dictum est* inferius), quae est substantia ei (*i. e. tertiae cuidam rei alteri etiam inferiori*) quod fluit ex ea (*scil.* uirtute); *ut nihil mutandum sit* 10—11 ex eo uirtus ... quod fluit *om. C* 12 superioris *C* 13 secundum *om. C* propter] per *ACM* 14 ex] a *C* 17 *Amplonianus cap. 53 a uerbis v. 19* et quia *incipit* notum] motum *M* quod] quia *C* 19 et *om. C* simplex est substantia *om. N* influens] *in CN additur glossema* id est attribuens, *quod in C ante* influens, *in N post* influens *exhibetur* 20 debet] oportet *N* etiam *om. A*

que substantiae sint diuersae in dispositione. — Et etiam, quia fluxus rei non est ex eo quod ipsa sit accidens, ideo non prohibetur quin substantia fluat a substantia. Signum autem quod fluxus rei non est propterea quod ipsum fluens sit accidens, hoc est, quod res iam est accidens, et non est fluxa. et hoc significat quod fluxus non est nisi causâ subtilitatis luminis et uirtutis. — Et etiam, quandoquidem accidentia attribuunt suas essentias, cum sint debiliora quam substantiae: quanto magis debet ut substantiae conferant suas essentias. — Et etiam, quia causa, propter quam prohibetur ne corpora fluant a corporibus, haec est, quia quantitas est prohibens ne substantia conferat suam essentiam, propter crassitudinem quantitatis et suam circumscriptionem: ideo, quia substantiae simplices non habent quantitatem, non est prohibitum ut substantiae fluant ab eis. — Et etiam, quia uires et accidentia quae fluunt a substantiis, sicut lumen et calor et his similia, non fluunt nisi a uiribus et accidentibus quae sustinentur in ipsis substantiis, non ab essentiis ipsarum substantiarum. et manifestabitur per hoc quod omne defluxum simile est ei a quo fluit, et quod nihil fluit ab aliquo nisi sibi simile. ergo debet per hoc quod fluat a substantia simplici suum simile, id est substantia simplex. — Et etiam, quia si altiores non darent inferioribus suas essentias, non conferrent altiores inferioribus nomen suum et definitionem. sed illae conferunt eis nomina sua et definitionem. ergo dant eis essentias suas. sed postquam substantiae altiores dant substantiis inferioribus suas essentias, et essentiae earum sunt substantiae, palam fit per hoc quod essentiae substantiarum inferiorum acquisitae ab essentiis substan-

---

1 sunt *N* 5 quod *om. M* est (*ante* fluxa) *om. C* quod . . . fluxa] *uerba corrupta uidentur* 6 significat] signat *N* causa nisi *C*; *cf. III, 50; p. 191,12—13* 7 Et] Quia *AC* attribui *M*, attribunt *N* 8 quam *om. C* 9 debent *C*, oportet *N* 10 quia] quod *A* causa *om. N* prohibetur *post* fluant *transp. N* 11 haec] hoc *ACN* quia] quod *N* 15 eis] illis *C* 16 a substantiis *om. N* sicut] sunt *C* 17 in ipsis] ab ipsis *C* substantiis *om. C* 20 nihil] non *CM* nisi] non *N*, *ante* ab aliquo *transp. C* simile] substantiae *N* debet] oportet *N* per] ex *M* quod] ut *C* 21 simile id est *om. N* substantiae *N* 22 altiores si *CN* 23 conferent *N* inferibus *C* 24 definitionem (*ante* ergo)] diffinitiones (*cf. ad p. 5, 7*) *A* 25 sed] et *A* 26 essentias suas *AM* 27 eorum *M* substantiae sunt *C* quod] quia *A* essentia *A* 28 acquisitae *om. C*

tiarum altiorum substantiae sunt. — Et etiam, sicut formae sunt defluxae a formis, ita et substantiae a substantiis.

54. D. Fac me scire, postquam dictum fuerit de anima quod defluxa est ab intelligentia, quod aut est extra essentiam intelligentiae, aut est intra essentiam; quia si est extra essentiam intelligentiae, tunc non est defluxa ab ea; si uero fuerit intra essentiam intelligentiae, tunc non est inter illas differentia.

M. Anima est exiens ab essentia intelligentiae exitu uirtutis a re forti, et non est intrans essentiam eius. exitus autem a sua essentia non prohibet quin sit fluxa ab ea, quia quod fluit ab aliquo, exit ab essentia rei a qua fluit, et *est* discedens ab ea, quando fluit ab ea. similiter anima defluxa est ab intelligentia, et est exiens ab essentia intelligentiae, quando fluit ab ea; et exitus animae ab intelligentia, sicut uirtu*tis* a re forti, non est prohibens quin anima sit substantia, quia res fluxa ab intelligentia est substantia in se ipsa, etsi sit accidens ideo quod defluxa est ab alia substantia.

D. Vide quod postquam substantiae simplices fluunt aliae ab aliis, debet ut altiores ex illis diminuantur in se, quia inferiores fluunt ab illis.

M. Postquam substantiae inferiores sunt fluentes ab essentiis substantiarum superiorum exitu uirtutis a re forti, non exitu essentiae ab essentia: d e b e t e x h o c u t e s s e n t i a e s u b s t a n t i a r u m a l t i o r u m n o n m i n u a n t u r p r o p t e r g e n e r a t i o n e m s u b s t a n t i a r u m i n f e r i o r u m a b e i s; similiter

---

p. 199,21—200,18 = F a l a q e r a III, §. 11.

---

1 sunt substantiae *M* Et etiam] Quia et *C* 2 et *om. CN* 4 intellectiua *C* quod] quia] *C* aut] autem *ACN* essentiam intelligentiae] intellectiuae substantiam et essentiam *C* 4—5 intelligentiae aut est intra essentiam *om. N* 5—6 extra essentiam ... si uero fuerit *om. C* 6—7 defluxa ab ea . . . tunc non est *om. M* 7 intelligentiae *om. C* differentias *M* 8 est *om. N* intellectiuae *C* 9 exitus] exit *C* 10 a *om. M* quia] quoniam *N* 11 est *addidi: om. ACMN* discedens] descendens *C* 12 ab ea (*ante* quando) *om. C* intelligentia] *sic etiam C* 13 intellectiuae *C* et] quia *C* 14 et] quia *C* intellectiua *C* uirtutis *scripsi (cf. v. 22)*: uirtus *ACMN* 15 efluxa *N* 16 intellectiua *C* *ante* substantia *add.* in *C* etsi] et *C* 17 alia] illa *C* 19 debet] oportet *N* 23 debet] oportet *N* hoc *om. N* 24 non *om. A* miniantur *N* propter] per *M*

debet etiam ut hae uirtutes non separentur a suis essentiis, scilicet substantiae inferiores, etsi sint defluxae ab eis; sicut calor ignis non minuitur nec discedit ab eo, licet generet calorem in aëre qui est circa eum, et non est hic calor idem et, quia ignis potest remoueri, sed calor hic remanebit in aëre, et quia duo subiecta sunt diuersa, et quia calor qui accidit aëri diuersus est a calore qui est in igne in potentia. similiter cum lumen solis diffunditur super terram, non minuitur de lumine solis quod sustinetur in essentia eius, quamuis hoc fluat ab illo, et lumen quod est diffusum super terram non est idem ipsum quod sustinetur in essentia eius; signum autem huius est diuersitas subiectorum et diuersitas luminum in potentia et debilitate.

55. D. Iam manifestum est mihi quod uires quae defluxae sunt ab unaquaque substantiarum simplicium, etsi sint uires et radii eius a qua fluunt, tamen substantiae sunt, et designatae, propter uirtutem earum in semet ipsis et quia fluunt ab eis aliae uires; et soluta est dubitatio quam habebam in hoc. sed fac me scire quiddam quod subit mentem meam, licet non spectet ad praesens negotium, hoc est quia inueni quod substantiae simplices quanto magis descendunt, fiunt crassiores et spissiores, donec fiunt corporeae et determinatae. similiter inueni substantias compositas secundum hunc modum. similiter etiam inueni actionem quarundam in aliis manifestiorem quam aliarum in aliis. ergo quomodo potest esse ut uirtus di-

---

p. 200,20—201,4 = Falaqera III, §. 32.

---

1 etiam debet *M*, oportet etiam *N*, etiam *om.* *C* uirtutes] uires *AM* separantur *C* 2 sunt *N* 3 nec] non *C* licet] sic et *M* 4 qui] quod *C* hic (*ante* calor) *om.* *C* 5 hic (*ante* remanebit) *om.* *C* 6 sunt diuersa *om.* *N* 8 lumen solis cum *C* *post* cum *add.* est *A* 9 sustinentur *C* 10 fusum *AC* idem *om.* *AC* 11 in *om.* *C* 12 subiectarum *M* diuersitas (*ante* luminum) *om.* *C* 14 mihi *om.* *ACN* quod *om.* *N* fluxae *A* 16 eius *om.* *C* qua (*scil.* substantia) *scripsi*: quibus *ACMN* *ante* et designatae *add.* ergo sunt *A* designata *MN* 17 et] quia *C* 19 quoddam *A* mentem meam suberit *C* 20 quia] quod *A* 21 et spissiores *om.* *A* 22 eae corporeae] et corpore *C* inueni *om.* *C* substantias] a substantias (*sic!*) *N* 23 etiam] et *AM* 24 inueni *om.* *C* 25 aliis (*ante* ergo)] alias *ACN*

uina debilitetur et commutetur et corporetur, et ut actio factoris primi et sancti sit manifestior in aliqua substantia plus quam in alia, cum sit uirtus diuina finis totius uirtutis et supplementum et perfectio totius potentiae et maiestatis?

M. Non est possibile ut uirtus diuina debilitetur, sed desiderio eius uires erexerunt se et fecerunt umbram in inferioribus.

D. Cur hoc sic?

M. Quia omnis uirtus quae fluit ab aliquo circa illud fortior est. ergo debet ut uirtus quae fluit a factore primo et sancto sit fortior apud eum, quo magis est circa eum, quam est non penes eum et longius ab eo.

D. Haec diuersitas non conuenit uirtuti rei nisi cum ipsa uirtus fuerit non essentialis ei; et etiam, cum fuerit finita. et uirtus factoris primi essentialis non est finita. ergo non est possibile ut haec uirtus sit fortior circa eum, quam cum fuerit longe ab eo. hic autem intellectus sunt quos ego ignoro, scilicet quomodo est possibile ut aliquid possit elongari uel approximare rei infinitae et quae non comprehenditur loco, sed est in toto et totum in ipsa aequaliter.

M. Verum est quod uirtus factoris primi et sancti essentialis est non finita; et propter diuersitatem formarum in augmento et decremento, non debet propter hoc ut diuersificetur uirtus efficiens in se ipsa, nec ut sit propter hoc finita.

D. Cur non?

---

p. 201,5—7 = Falaqera III, §. 33[a].

---

1 et (*ante* commutetur) *om.* *A* corporetur] corrumperetur *AN*; *sed etiam Falaqera* ושיתגשם 2 plus *om.* *C* alia] aliqua *C* 3—6 finis . . . ut uirtus *om.* *C* 7 et fecerunt . . . in inferioribus] *Falaqera* וי' צל השפל, *i. e.* et fuit inferius umbra in *om.* *M* 9 Cur] Est *C* 10 uirtus] motus *C*, *om.* *N* 11 debet] oportet *N* factorum *N* 12—13 non est *A* 15 et etiam] quia etiam *C* finita] infinita *A* et (*ante* uirtus)] quia *C* 16 non est finita essentialis *A* 17 circa] aput *C* (*sic illa uox in C constanter*) cum *om.* *N* 18 sunt *om.* *CMN* 19 elongare *MN* uel] et *C* approupinquare (*sic!*) *C* 20 apprehenditur *M* *ante* loco *add.* in *C* 21 est] ista *A*, *om.* *C* ipso *C* 22 quod] quia *AMN* et sancti *om.* *C* 23 est *om.* *C* et] *an* sed? aucmento *M* 24 detrimento *CM* debet] oportet *N* 25 ipsa *scripsi*: ipso *ACMN* propter] per *C*

M. Quia receptio formae in materia a uirtute efficiente non est nisi secundum praeparationem materiae ad hoc, quia si materia coaptaretur receptioni unius formae perfectae sine diuersitate, uirtus non deficeret in hoc.

D. Cur ergo dixisti quod uirtus quae defluxa est a factore primo *quo magis est* circa eum, fortior est apud eum?

M. Caue ne diuersitatem uirtutis retorqueas in essentiam uirtutis, sed in essentiam rei recipientis eius actionem.

D. Quomodo est hoc?

M. Postquam materia quae proximior est fluxui uirtutis est paratior ad recipiendum eius actionem quam altera remotior, debet ut manifestatio uirtutis in materia propinquiori sit fortior quam in materia remotiori. et omnino haec scientia non est praesentis negotii: quia continetur sub scientia de uoluntate.

56. **D.** Quantum praecessit ad affirmandum esse substantiarum simplicium, sufficit. sed recollige praedicta de hoc, et deduc me compendiose ad intelligendum hoc.

M. Si uolueris hoc imaginari simul, erige te ab inferiori ad superius; et uidebis esse subtilius et simplicius et fortius et unitius, scilicet si materia, materia, si forma, forma, si motus, motus. et pone manifestum signum occulti et compositum simplicis et causatum causae, quia cum hoc impleueris, peruenies ad intellectum tuae inquisitionis.

---

p. 202,1—12 = Falaqera III, §. 33b p. 202,19—24 = Falaqera III, §. 34.

---

1 in] a *N* a] in *N* 2 secundum] propter *N* praeparationem] propriationem *C* 4 uirtute *C* 5 *ante* ergo *add.* hoc *N* 6 quo magis est *addidi ex pag. 201,11* 7 uirtutum *C* essentia *C* 8 eius actionem recipientis *M* 9 hoc est *A*, est *om. C* 10 proximior] proximorum *M*, propinquior *N* fluxu *MN* 11 paratiorest *C* 12 debet] oportet *N* manifestatio] manifestetur *C* uirtus *C* sit] si sit *C* 13 remotiore *M* et] quia *C* omnino] ideo *N* 13—14 haec scientia non omnino est *M* 14 praesens *C* 16 processit *N* 18 compendiose] pen̄ *N* 19 uolueris] noueris *C* haec *M* 20 et] quia *AMN* 20—21 et fortius et unitius] *Falaqera:* חוזק התאחדות, *i. e.* fortius unione 21 scilicet *om. AMN* *ante* si motus *add.* si forma *A* 22 signum *om. C* 23 et *om. C* causae] esse *C* impleueris hoc *M*

D. Iam satisfecisti mihi in hoc capitulo. sed quomodo imaginabo ordinem harum substantiarum, et quomodo est existentia aliarum in aliis?

M. Semper debes ut res sensibiles ponas exemplum intelligibilium, et tunc facilis erit apud te imaginatio rerum intelligibilium.

D. Quod exemplum ponam ordinis substantiarum intelligibilium?

M. Pone exemplum huius corpus uniuersale absolutum, quia ita est quod inferius exemplum est superioris, quia cum contemplatus fueris compositionem corporis absoluti et ordinem partium eius, facilis erit tibi cognitio ordinis substantiarum simplicium.

D. Declara mihi terminos aequidistantiae inter simplices substantias et inter partes corporis uniuersalis.

M. Pone materiam primam contra substantiam quae sustinet omnes formas corporis, quia materia est sustinens omnium formarum. et pone substantiam intelligentiae contra quantitatem, quia intelligentia habet duas uires propter quod diuisio accidit ei. et ordina substantiam animae contra figuram quae continet quantitatem. et ordina substantiam naturae contra colorem qui est ultima partium corporis, sicut natura est ultima substantiarum simplicium; et omnis etiam color per eam fit. Et sicut uisus, quo magis penetrauerit colorem et pertigerit ad figuram et quantitatem et substantiam, obscurius fiet ei esse et occultius propter subtilitatem suam, et quo magis

---

p. 203,9—13 = Falaqera III, §. 35. p. 203,16—204,12 = Falaqera III, §. 36.

---

2 harum substantiarum ordinem *C* harum] istarum *M* est existentia] existentiam eius *C* debes] oportet *N* intelligibilium] intellectum *C* 5 intelligibilium] intellectum *C* 7—8 D. Quod ... intelligibilium *om. A* 10 quia (*ante* ita)] et *C* quod *om. C* est *om. C* 12 eius partium *C* 14—15 substantias simplices *C* 17 formas] partes *M* 18 intellectiuae *C* 19 intellectiua *C* 20 substantiam animae] animam *N* 20—22 figuram .. naturae contra *om. A* 21 natura *N* 22 qui] quae *CM* 23 omnis *om. MN* etiam *om. C* 24 eam] eque *C* 25 pertigerit] peregerit *C* 26 ei *om. N* et (*ante* quo) *om. C*

redierit et exierit a substantia ad quantitatem et a quantitate ad figuram et a figura ad colorem, manifestius fiet ei esse propter crassitudinem suam: similiter quo magis penetrauerit intellectus id quod est post substantiam quae sustinet praedicamenta, scilicet substantias spirituales, donec perueniat ad materiam primam quae est contra substantiam, obscurius fiet ei esse et occultius propter suam subtilitatem; et e contrario, quo magis redierit a materia et exierit ad propinquiorem ex substantiis, declarabitur esse et manifestabitur propter suam crassitudinem. et hoc exemplum quod tibi proposui faciliorem faciet tibi cognitionem ordinis substantiarum spiritualium secundum gradus earum.

Et omnino debes ut cum uolueris imaginari has substantias, et qualiter tua essentia est diffusa in illis et qualiter est comprehendens illas, ut erigas tuum intellectum ad ultimum intelligibile et ut purges eum et mundifices ab omni sorde sensibilis et ut expedias illum a captiuitate naturae et ut accedas cum ui intelligentiae ad ultimum quod tibi possibile est apprehendere de certitudine substantiae intelligibilis, donec quasi denuderis a substantia sensibili et fias quasi ignarus eius. et tunc quasi includes totum mundum corporalem intra tuam essentiam et pones eum quasi in uno angulorum animae tuae; quia quando hoc feceris, tunc intelliges minoritatem sensibilis secundum magnitudinem intelligibilis. et tunc substantiae spirituales ponentur ad manus tuas; et positas ante occulos

---

p. 204,13—205,13 = Falaqera III, §. 37.

---

1 a (*ante* quantitate)] *om.* *C* 2 a *om.* *C* 2 ei *om.* *AMN* esse *om.* *C* *an* crassius fiet ei esse et manifestius propter crassitudinem suam, *ex Falaquerae*: יהיה גם אצלו הנמצא ויתגלה לעוביו (crassius, *non* crassum, *propter constantem interpretis latini in hoc loco usum*)? 3 *ante* similiter *add.* et *M* 5 perueniant *M* 6 primam *om.* *N* contra] circa *C* obscurius] occultius *C* 7 esse *om.* *C* occultius] obscurius *C* suam *om.* *N* et e contrario *om.* *C* 8 exit *M* 9 esse *om.* *MN* 10 quod tibi proposui *om.* *C* 13 Et] Quia *C* ut *om.* *N* 14 tua] tu *A* 15 intelligibile] intelligentiae *N* 16 sensibili *A* 18 cum ui intelligentiae] cum intellectiua *C* 19 denuderis] demonstrationis *N* 23—205,2 et pones .. essentiam tuam *om.* *C* 24 tunc *om.* *M* 25 posita *M*, potestas *N*

tuos considerabis eas comprehendentes te et superiores te, et uidebis essentiam tuam tamquam tu sis ipsae substantiae. et aliquando putabis quod sis aliqua pars illarum, propter ligationem tuam cum substantia corporali: et aliquando putabis quod sis omnes illae, et quod non est differentia inter te et illas, propter unitionem tuae essentiae cum essentiis earum et propter adiunctionem tuae formae cum formis earum.

57. D. Iam impleui quod iussisti, et eleuaui me per gradus substantiarum intelligibilium, et deambulaui in amoenitatibus earum floridis; et inueni corpora sensibilia in comparatione illarum in ultima uilitate et imperfectione, et uidi totum mundum corporalem natantem in illis, sicut nauicula in mari et auicula in aëre.

M. Bene uidisti et bene intellexisti. sed si erexeris te ad materiam primam uniuersalem et illustraberis eius umbra, ibi uidebis mirabilius omni mirabili. stude ergo in hoc et ama, quia haec est intentio propter quam est humana anima, et ibi est delectatio magna et felicitas maxima.

D. Fac me scire si uires harum substantiarum sunt finitae aut infinitae; et si sunt finitae, quomodo habuerunt esse a uirtute infinita; si autem infinitae, quomodo ab eis processit aliquid finitum ad effectum.

M. Voluntas enim, id est uirtus efficiens has substantias, finita est secundum effectum et non est finita secundum essentiam; et cum hoc ita sit, effectus eius erit finitus. sed uoluntas non est finita secundum effectum,

---

u. 205,23—206,5 = Falaqera III, §. 39.

---

1 apprehendentes *N* 3 4 tuam ligationem *C* 4 cum] et *M* 5 sis] non *C*, sit *N* 6 essentiae tuae *N* earum] illarum *M* propter] per *C* 8 Impleui iam *C* quod] quae *C* iussisti] dixisti *CM* 9 intelligibilium] intellectuum *C* et deambulaui *om. A* 9–10 in floribus amoenitatis earum *A* illarum] earum *C* 11 uilitate] utilitate *CM* perfectione *N* 12 natantem] uacantem *A* natantium *C* sicut] sic *A* mare *C*, mari et auicula in *om. N* et] uel *CM* 15 illustraberis] illustraueris *AM*. *Falaqera melius:* וחסית בצלו *i. e.* et confugeris sub eius umbra umbram *A* 20 infinitae aut finita *A* 21 a] in *C* infinita] finita *C* 22 processerit *C* 23 enim id *om. C* 25 et] quia *C* hoc *om. N*

nisi quia actio habet initium et ideo sequitur uoluntatem, et est non finita secundum essentiam, quia initium non habet. et e contrario dicendum est de substantia intelligentiae, scilicet quia habet principium, eo quod causata est; et non habet finem, eo quod simplex est et non temporalis.

D. Bene tibi eueniat. ostende quomodo imaginabor applicationem harum substantiarum spiritualium cum substantiis corporalibus et applicationem substantiarum spiritualium inter se aliarum cum aliis.

M. Aspice applicationem luminis cum aëre et applicationem animae cum corpore et applicationem intelligentiae cum anima et applicationem aliarum partium corporis et ordinationem earum cum aliis, scilicet figurae et coloris et quantitatis et substantiae, et considera secundum hoc quia unitio accidentis cum corpore et unitio accidentis cum anima et animae cum corpore est signum unitionis substantiarum spiritualium inter se aliarum cum aliis. similiter augmentum unitionis, quo corpus est subtilius, est signum ad hoc etiam.

D. Saepe audiui a sapientibus uocari has substantias spirituales circulos et rotas, et constat quod figura circuli siue rotae propria est corporis tantum.

M. Non sit tibi hoc extraneum, quia non uocauerunt has substantias circulos et rotas, nisi quia aliae sunt altiores aliis et aliae continentiores aliis.

D. Quis est intellectus huius altitudinis siue continentiae?

---

p. 206,10—18 = Falaqera III, §. 40. p. 206,22—207,2 = Falaqera III, §. 41.

---

1 initium] unitum *C* 1—2 et est . . . non habet *om. Falaq.* 2 *ante* essentiam *add.* in *C* 3 intellectiuae *C* 4 quia] quod *C* causata] creata *A* 4—5 habet non *C* 6 imaginabo *ACM* 7 applicatione *M* harum *om. N* spiritualium substantiarum *C* 7—9 cum substantiis . . . substantiarum spiritualium *om. C* 8 applicatione *M* 10 applicationem (post et) *om. C* 11 applicationem *om. C* intelligentiae] *sic etiam C* 12 aliarum] aliquarum *CM* 13 et *ante* coloris *et ante* quantitatis *om. A* 14 *et* 15 accidentis] actionis *C* 15 anima] substantia *A. Falaqera:* והתאחד המקרה בנפש 17 aliarum] et *N* 17 quo] qua *C* 18 ad hoc signum est etiam *C*, etiam *om. A* 19 audis *C* 20 circulares *N* et (*ante* rotas) *om. ACM* constat] contingit *C* quod] quia *N* 21 rota *A* proprie *C* 23 has substantia *N* 25 Quid *M*

M. Sicut est comprehensio sustinentis ad sustentatum et causae ad causatum et scientis ad scitum.

D. Potest inueniri huius comprehensionis signum in substantiis particularibus, ut per illud possimus aliquid perpendere de illis?

M. Aspice uirtutem naturalem, quia inueniemus eam comprehendentem corpus, quia est agens in eo, et ipsum est patiens ab ea et uestitum ea. similiter etiam aspice in anima uegetabili, quia tu inuenies eam agentem in naturam et dominantem ei, et inuenies naturam comprehensam ab ea et patientem. similiter etiam aspice intelligentiam et animam rationalem, quia tu inuenies unamquamque illarum concludentem quicquid est infra eas ex his substantiis et scientem et penetrantem illud et dominantem illi; et amplius hoc substantia intelligentiae, propter suam subtilitatem et perfectionem. et per has substantias particulares perpendes quod substantiarum uniuersalium aliae sunt continentes alias, et omnes sunt continentes substantiam compositam secundum hunc modum, scilicet continentiâ animae ad corpus et intelligentiae ad animam; hoc est, quia inferior ex his substantiis est contenta in altiori ex illis, quia sustinet eam et cognoscit eam. et anima uniuersalis sustinet totum mundum corporalem et imaginatur quicquid est in eo et uidet, sicut nostrae animae particulares sustinent nostra corpora et imaginantur et uident quicquid est in eis; amplius autem hoc intelligentia uniuersalis, secundum suam perfectionem et dilatationem et nobilitatem suae substantiae. et per hoc reuelabitur tibi quomodo est scientia factoris primi

---

p. 207,6–208,2 = Falaqera III, §. 42.

---

1 apprehensio *C*   4 ut] et *C*   possumus *ACM*   6 inuenimus *CM*   8 et uestitum ea *om.* *C*   ea] ab ea *A*   aspice etiam *M*   9 tu *om.* *C*   9 inueniens *N*   naturam] materia *C*   10 inuenie *(sic!)* *N*   11 intellectiuam *C*   12 inuenies tu *N*   13 infra] ita *M*   14 intellectiuae *C*   15 per] propter *N*   16 uniuersalium] utilium *C*   18 continentiam *M*   19 intellectiuae *C*   21 eam (*post* sustinet)] illam *C*   et] quia *C*   uniuersalis] utilis *C*   22 totum *om.* *C*   imaginat *CM*   23–24 sicut ... et uident *om.* *C*   24 nostra *om.* *A*   imaginant *M*, imaginatur *N*   25 hoc] haec *A*   intellectiua *C*   26 dilatationem] dn̄acoem̄ (*i. e.* dominacionem) *C*, dilationem *N*   27 tibi] sibi *N*   primae *N*

excelsi et sancti ad omnia, et quomodo sunt omnia fixa in eius scientia. scias autem quod sicut essentia substantiae corporalis et eius forma est contra essentiam animae spiritualis et eius formam, similiter est comprehensio substantiae spiritualis contra comprehensionem substantiae corporalis, sicut saepe audisti quod inferius exemplum est superioris. et postquam hoc ita est, manifestum est quia quod intelligitur de comprehensione substantiae spiritualis ad substantiam corporalem, hoc est, esse substantiae corporalis defigi in ea et contineri in ea, sicut esse omnium corporum constitui in corpore caeli et contineri in eo; et reuersio substantiae spiritualis ad se ipsam cum perpetuitate et mora sic est sicut recursus caeli circa se ipsum cum mutatione et reuolutione.

58. D. Adde explanationem in hoc.

M. Cum uolueris imaginari fabricam totius, scilicet corpus uniuersale et substantias spirituales continentes illud, considera conditionem hominis, quia inde sumes exemplum; hoc est, quia corpus hominis est contra corpus uniuersale, et substantiae spirituales mouentes illud contra substantias uniuersales mouentes corpus uniuersale, et inferior ex his substantiis obocdiens est altiori et deseruiens, donec motus peruenit usque ad substantiam intelligentiae. et tunc inuenies intelligentiam disponentem et dominantem illarum, et inuenies omnes substantias quae mouent corpus hominis sequentes eam et oboedientes ei et illam percipientem et iudicantem illas.

---

p. 208,6—13 = Falaqera III, §. 43. p. 208,15—209,9 = Falaqera III, §. 44ᵃ.

---

1 excelsi et sancti *om.* *C* quomodo] quoniam *A* omnia sunt fixa *A*, omnia fixa sunt *C* 2 autem] aut *M* corporalis] spiritualis *C* 3 contra] circa *C* 3—4 spiritualis et eius *om.* *N* 4 forma *M* est] et *C* 5 contra] circa *C* prehensionem *N* 6 Et] Quia *C* 7 est (*post* manifestum) *om.* *A* quod intelligitur] *cf. supra p. 206,25—207,2* 9 defigi *om.* *N* in ea (*post* contineri) *om.* *C* 10 esse] est *N* 11 et] quia *C* reuersio etc.] *cf. supra p. 206,30*: uocari has substantias spirituales circulos et rotas 11 substantiae] animae *C* 12 recursus *N* caeli *om.* *N* circa] contra *A* 14 explanationem] exemplationem *M* 16—18 et substantias ... corpus uniuersale *om.* *C* 16 illud *om.* *N* 19 illum *AN* uniuersales *om.* *N* 21 peruenient *A* usque *om.* *N* 22 intellectiuae *C* intellectiuam *C* 24 sequentes] sapientes *M* ei] illi *N* 25 percipientem] *melius Falaqera* המושל (*cod.* ומושל, omissa voce והוא) *i. e.* regentem

D. Iam reuelasti hic mihi secretum magnum et intellectum profundum, hoc est quia **motus inferior substantiarum uniuersalium est propter motum superiorum illis**; et **seruitus** illarum et oboedientia ad illas propter hoc est, donec motus perueniat ad **substantiam** altiorem. et sic **inueniuntur omnes substantiae seruientes et oboedientes ei et sequentes eam et mouentes se ad nutum eius**. et uidetur mihi quod **ordo animae particularis sequitur dispositionem mundi uniuersalis**; et si ex hac disputatione non esset alius profectus nisi hic, satis sufficere poterat, quia continet in se intellectum actionis et passionis uniuersalis, quae sunt finis ultimus sapientiae.

M. Bene intellexisti ex mea dictione quod inferiores ex substantiis seruiunt superioribus earum. sed adhuc intellige quod haec est uia perueniendi ad felicitatem perfectam et consequendi gaudium uerum, de quo est intentio nostra.

D. Iam manifestasti mihi in hoc **tractatu tertio** esse substantiarum intelligibilium, quod nullus praeter te potuit reuelare; et consecutus sum ego scientiam illarum, quam nemo acquisiuit praeter me, secundum posse meum; et initium speculandi in hoc capitulo. sed incipiamus in hoc **tractatu quarto** contemplari materiam et formam de quibus est nostra intentio; et certifica hoc quod praedixisti, quod in **intelligibilibus non inuenitur nisi materia et forma**, sicut in sensibilibus non inueniuntur nisi illa.

---

p. 209,15—16 = **Falaqera** III, §. 44b.

---

1 reuelasti] manifestasti *C* hoc mihi *M*, mihi hoc *AC* 2 quia] quod *N* inferior motus *C* 4 est *om.* *C* 5 done *N* peruenit *MN* sic] sicut *MN* 6 oboedientes] obientes *C* 7 et (*ante* sequentes) *om.* *AM* et (*ante* uidetur)] quia *C* 9 mundi *om.* *C* et] quia *C* 10 profectus *om.* *M* satis] facit *N* sufficere] proficere *C* quia] quod *A* 14 earum] arum *M* sed] et *A* 16 uerum gaudium *A* quo] quod *A* 17 hoc *om.* *A* 18 intelligibilium] intellectuum *C*, sensibilium *N* 19 ego] eorum *N* nemo] neme *N* acquisiuit] **** siuit *N* 23 hoc *om.* *ACN* *ante* quod *add.* et *M* in *om.* *AN* 25 inuenitur *N*

TRACTATVS QVARTVS.

DE INQVISITIONE SCIENTIAE MATERIAE ET FORMAE IN SVBSTANTIIS SIMPLICIBVS.

1. **M.** Iam manifestum est tibi ex his quae praecesserunt esse materiam et formam in substantiis compositis. similiter etiam tibi declaratum est ex tractatu qui praecessit istum esse substantias simplices ex probationibus necessariis. et si tu appetis scire esse materiam et formam in substantiis simplicibus, memor esto eorum quae dicta sunt de substantiis compositis, quia uia eliciendi scientiam materiae et formae in utroque modo est una.

D. Quomodo est hoc?

M. Si inferius defluxum est ab altiori, tunc totum quod est in inferiori debet ut sit in altiori.

D. Videris innuere quod rotae corporales sunt ad instar rotarum spiritualium, et quod istae defluxae sunt ab illis.

M. Non uolui nisi hoc.

D. Videtur tibi quod, si rotae corporales habent materiam et formam, ideo rotae spirituales erunt similiter?

M. Non debet nisi hoc.

---

p. 211,13—212,8 = Falaqera IV, § 1.

1—3 Tractatus quartus de inquisitione scientiae materiae et formae in substantiis simplicibus *N*, Hic incipit quartus *A*, *om.* *CM* 4 manifestatum *C* 6 *post* est *add.* tibi *C* praecedit *CM* 8 et] quia *C* esse *om.* *C* 11 una est *A* 12 hoc est *M* 13 influxum *C* ab altiori] a superiori *M* 14 debet] oportet *AN* altiori] superiori *N* 15 istar *M* 16 quod istae *om.* *M* sunt defluxae *M* 19 *ante* rotae *add.* et *C*

D. Quid signum est huius?

M. Signum huius [est] quod substantiae spirituales communes sunt in materia, sed diuersae in forma, hoc est, quia, postquam effectus earum diuersi sunt, nulli dubium est quin formae earum diuersae sint; et non est possibile quod materiae harum substantiarum sint diuersae, eo quod omnes simplices sunt et spirituales, et diuersitas non est nisi ex forma, et materia simplex non habet in se formam.

D. Quid respondebis, si dixero quod substantia animae est materia, et substantia intelligentiae est forma?

M. Non est possibile quod substantia animae sit materia, quia composita est, et quia intelligentia est superior ea et quia est agens. similiter etiam non est possibile ut substantia intelligentiae sit forma, quia est etiam composita. signum autem huius est communitas earum cum ceteris substantiis simplicibus in substantialitate et differentia earum in sapientia et perfectione.

D. Quid dices, si dixero quod hae substantiae non sunt nisi materia tantum?

M. Si hae substantiae essent materia tantum, non diuersificarentur et essent certe unum et nihil agerent, quia materia rei una erat, non diuersa in se, et quia actiones formarum sunt, non materiarum, quod manifestum est in sensibilibus.

D. Fortasse hae substantiae formae sunt tantum?

M. Quomodo est possibile ut formae sustineantur sine sustinente?

---

1 Quid *scripsi:* Quod *ACMN* 1—2 est . . . Signum *om. N* 2 est *deleui: habent ACMN* 3 sed] et *N* *ante* hoc *add.* M. *N* 4 nulli] ul'i (*i. e.* uniuersali) *N* 5—6 et non . . . sint *om. N* 5 quod] ut *C* 6 harum] earum *C* diuersae sint *M* 6—7 sunt simplices *M* 10 intellectiuae *C* est (*ante* forma) *om. AMN* 11 quod] ut *M* 12 est composita *A* intellectina *C* 13 etiam *om. N* intellectiuae *C* 16 eorum *N* 16—17 sapientia et perfectione] sapientiae perfectione *MN* 18 dicis *AM* *post* dices *add.* tu *M* 19 tantum materia *N* 20 M. Si . . . tantum *om. C* 21 nil *N* 22 et *om. C* 23 materiarum *corr. ex* naturam *N* 24 *ante* formae *add.* et *C* tantum *om. C*

D. Cur non? quandoquidem substantiae sunt.

M. Si hae substantiae simplices sunt una forma, unde factae sunt diuersae?

D. Fortasse sunt diuersae se ipsis?

M. Si diuersae essent se ipsis, in nullo conuenirent umquam.

D. Ergo sint diuersae in perfectione et in imperfectione.

M. Si sic essent diuersae in perfectione et in imperfectione, deberet hic esse sustinens aliquid perfectionem et sustinens imperfectionem.

D. Sustinens perfectionem forma est, et sustinens imperfectionem forma similiter.

M. Ergo formae iam sunt materiae, quia sunt sustinentes.

2. D. Iam intellexi ex praedictis quod substantiae simplices compositae sunt ex materia et forma. sed adiunge in hoc explanationem.

M. Non est etiam ex hoc possibile ut substantia intelligibilis sit una res tantum. similiter non est possibile ut sit duae materiae uel duae formae. ergo debet esse materia et forma tantum.

D. Quomodo potest esse ut substantia spiritualis sit composita, cum sit spiritualis?

M. Quandoquidem debet ut intellectus spiritualitatis sit praeter intellectum corporeitatis, et debet ut hic intellectus sustineatur in alio a se describente illam, tunc *substantia* spiritualis erit composita hoc modo. Et etiam diuisio substantiae spiritualis in intelligentia et anima, et diuisio intelligentiae et animae

---

1 D. Cur . . . sunt *om.* N 4—5 D. Fortasse . . . diuersae essent *om.* N 4 *post* Fortasse *add.* factae C diversae sunt M se] in se C 5 se] in se CN 7 sunt C 8 sic *om.* MN in perfectione et in imperfectione *om.* C imperfectione] non perfectione N 9 hic] hoc M, haec N 11 est forma M 11—12 forma . . . imperfectionem *om.* M 12 similiter] est AMN 13 iam formae M 15 adiunge] adauge M 16 explanationem in hoc M 17 ex hoc *om.* AMN 18 sit (*ante* duae) sint AN 19 uel] et C 22 cum] est M 23 debet] oportet N spirituales C, spiritualis N sint C 24 corporeitatis] spiritualitatis corporeitatis C debet] oportet N 25 discribente C tunc] ratio C substantia *addidi; cf. v. 21*: *om.* ACMN 26 composita erit N Et] Quia C 26—27 spiritualis substantiae C 27 in *om.* C intellectiua C intellectiuae C

in corporibus et separatio earum a semet ipsis est signum diuisionis materiae a forma. ergo comparatio uniuscuiusque harum substantiarum simplicium in diuisione sui a substantia spirituali erit talis, qualis comparatio materiae et formae simplicium in diuisione sui a substantia corporali. Et etiam, quod aliqua spiritualium est simplicior et perfectior quam alia, est signum quod supra spiritualitatem quae corpus sequitur est alia spiritualitas perfectior ea.

D. Certe si ita esset quod spiritualitas causa esset prohibens diuisionis, non posset esse ut anima separaretur ab intelligentia, nec ut una esset spiritualior altera. ergo diuisio animae ab intelligentia est signum quod spiritualitas non est una; et quandoquidem non est una, consequitur eam diuisio et accidit ei diuersitas.

M. Addam in hoc explanationem, et dicam quod sicut debuit quod aliquid corporum sit simplicius alio, et sit in eis materia et forma uicinior spiritualitati et simplicior, similiter debet ut alia ex substantiis spiritualibus sit simplicior alia, et sit in eis materia et forma fortioris simplicitatis et maioris spiritualitatis.

D. Multum grauat me imaginari has substantias simplices compositas esse ex materia et forma et imaginari inter eas diuersitatem et differentiam, cum sint omnes spirituales et simplices.

---

1 in] et *M* eorum *N*, *om.* *C* semet] se *AMN* 2 comparatio] operatio *N* 3 in] a *C* 4 talis *om.* *C* 4—5 in diuisione sui *post* 5 corporali *transp.* *C* 5 quod] quia *A* aliqua] alii quam *N* 6 alia] illa *AM* est] et *N* 7 quod] qua *C* supra] substantia *AC* *ante* spiritualitatem *add.* post *A* spiritualitatem] substantialitatem *M* 9 Certe *om.* *C* si ita] substantia *A* 10 ut] in *C* *ante* separaretur *add.* quod *C* intellectiua *C* 11 ut *om.* *M* 12 intellectiua *C* 13 consecuntur *N* 15 explanationem] exemplanationem *N* quod] ut *MN* 16 aliquid] aliquod *C*, quod *N* corpus *MN* sit] scilicet sit *A*, si sit *C* simplicius] spiritualius *AN* et sit] et si sit *C* 17 uicinior] uicina *C*, memor *M* 17–19 uicinior . . . et forma *om.* *N* 17 et simplicior *om.* *C* 18 *ante* spiritualibus *add.* scilicet *M* et sit] et si sit *C* 19—20 et maioris spiritualitatis *om.* *N* 21 grauat] grauate *A* me *om.* *M* imaginari] intelligere *N* 21—22 has . . . et imaginari *om.* *M*. 21 simplices substantias *C* 22 et (*post* forma)] quia *C* 23 differentias *M*

M. Quando grauauerit te imaginari substantias spirituales compositas esse ex duobus, considera earum diuersitatem a substantiis compositis et diuersitatem earum inter se; et tunc necesse erit tibi concedere differentias quibus differunt ab illis et inter se, et hae sunt formae constituentes ipsas.

D. Quamuis necesse sit concedere differentias substantiarum spiritualium propter formas constituentes eas, tamen quomodo necesse erit concedere differentias formarum, cum ipsae sint in ultima spiritualitate?

M. Debes te custodire ab hoc loco, quia hic error non est paruus. et quod debes imaginari de formis spiritualibus, hoc est, scilicet quod omnes sunt una forma, et quod non est diuersitas in illis ex se ipsis; quia spirituales sunt pure, et non accidit eis diuersitas nisi propter materiam quae eas sustinet, quia si fuerit proxima perfectioni, erit subtilis, et forma quae sustinetur in ea erit in fine simplicitatis et spiritualitatis, et e contrario. et pone exemplum huius lumen solis; quia hoc lumen in se est unum, et si obuiauerit ei aër subtilis, clarus, penetrabit eum et apparebit alio diuerso modo quam in aëre spisso, non claro. similiter dicendum est de forma.

3. D. Quid respondebis, si dixero quod substantia spiritualis alia non differt ab alia propter formam substantialem, sed accidit ei passio propter diuersitatem corporum, quae recipiunt eius actionem, et tum haec differentia aduenit suae actioni, non substantiae in se ipsa?

M. Non putaui quod tu opponeres de dubitatione huiusmodi propter praemissas probationes de assignatione diuersita-

p. 215,10—20 = Falaqera IV, §. 2.

1 te grauauerit *C* *ante* substantias *add.* has *C* 2 duobus] duoque *N* eorum *C* 4 concedere] cum ceterae *N* et (*ante* inter) *om.* *CN* 5 ipsas] illas *C* 6 differentiam *A*, differentia *N* 7 spiritualium] simplicium *C* constituentes] ɔti^{tes} *N* eas] ipsas *C* 8 erit necesse *CN* differentiam *ACN* formam *N* 9 ipsa *A* ultima] nulla *C* 10 te} scire *C* 11 hoc] sed *C* 12 est (*ante* diuersitas) *om.* *A* 14 nisi] mihi *M* 15 perfectio *M*, perfectior *N* 18 unum est *MN* ouiauerit (*sic!*) *C* clarus] elatus *M* 19 eum et apparebit *om.* *N* 20 dicendum similiter *A*, dicendum *om.* *C* 22 propter] per *AM* 24 tum] cum *MN*, ipsa *C* haec] hoc *N* putam *C* tu *om.* *N*

tis in substantiis simplicibus, tamquam si certum tibi non fuisset quod forma naturae est aliud a forma animae uegetabilis, et quod forma animae uegetabilis alia est a forma animae sensibilis, et quod forma animae sensibilis alia est a forma animae rationalis, et quod forma animae rationalis alia est a forma intelligentiae.

D. Iam certa est apud me differentia substantiarum simplicium; sed fortasse aliquando emerget alia dubitatio de illis. sed qualiter poteris satisfacere animae meae de differentia substantiae spiritualis, cum de ea nimis cupidus fuero?

M. Cum acciderit tibi haec dubitatio, recole quod sit in substantia animae ex accidentibus spiritualibus laudabilibus et honorabilibus; et tunc inuenies haec accidentia quae mutant animam ab eo quod erat, et fit per illa quod non erat, propter aduentum huius formae subtilis in ea, scilicet accidentis; et quando imaginaueris hunc intellectum, obuiabis cum illo intellectui qui te dubitare fecit, et ille expellet eum et constituet eius contrarium.

D. Multum dubitationis accidit mihi adhuc de diuisione substantiae simplicis in hyle et forma, et de differentia uniuscuiusque harum substantiarum ab alia, in tantum quod denego possibile esse diuidi rem quae spiritualis est. et ad remouendum hanc dubitationem appone dictionem sufficientem.

M. Contra primam dubitationem pone differentiam substantiae spiritualis a substantia corporali et differentiam substantiarum spiritualium inter se; et contra secundam dubitationem

1 in substantiis] inter substantiis *(sic!)* *N* 2 aliud est *M*, est alia *N* animae *om.* *N* et] quia *C* 2—3 et ... uegetabilis *om.* *N* 3 est *om.* *M* animi *N*; *corr. man. rec.* 4 sensibilis] lēēnſi' *N*; *corr. man. rec.* 4 sensibilis, et quod ... a forma animae *om.* *ACM* 5 quod] quia *M* intellectiuae *C* 8 sed] se *N* emergit *AMN* alia] aliqua *M* 9 satisfacere] facere satis *C* substantiae] amie' *C* 10 spirituali *C* 11 haec *om.* *N* in *om.* *N* 13 honorabilibus] horribilibus *MN* haec] hoc *N* quae] quod *C* mutant] m *** *N* 14 fit] sit *N* 16 intellectui] intellectum *ACN* 17 dubitare te *M* expellit *C* constituat *M* 18 eius] eum *C* 19 adhuc mihi *A* *ante* diuisione *add.* hac *A* 20 simplici *C* formam *A* 22 ad *om.* *M* remouendam *C* 23—24 appone ... primam dubitationem *om.* *N* 24 differentias *M* 25 a substantia corporali *om.* *C* differentias *M* 26 spiritualium] simplicium *A* contra *om.* *A* secundam dubitationem] illam dubitationem *A*, dubitationem secundam *C*

pone diuersitatem substantiae animae a se propter accidentia quae fiunt in ea. et amplius hoc recogita quod quicquid apprehendisti sensu aut intellectu, non apprehendisti nisi formam eius perficientem essentiam eius; ergo ipsa forma opus habet sustinente cui sit forma. et iudicabis tunc de substantia spirituali, cum cognoueris formam eius intellectu, scilicet quid sit, propter quam facta est huiusmodi quod habet materiam quae sustinet ipsam formam.

4 D. Iam patuit mihi ex modis quos praemisisti quod **substantia spiritualis constat ex materia et forma.** sed est alius adhuc modus quo hoc amplius elucescat?

M. Propter quod etiam amplius declarabitur quod substantiae simplices quae sunt superiores substantiis compositis compositae sunt ex materia et forma, hoc est quod saepe praedixi, scilicet quod inferius est ex superiori et est exemplum eius; quia si inferius fuerit ex superiori, debet ut ordo substantiarum corporalium sit ad instar ordinis substantiarum spiritualium; quia sicut substantia corporalis ordinata est tribus ordinibus, hoc est corpore spisso, et corpore subtili, et materia et forma ex quibus constant: similiter etiam substantia spiritualis disposita est tribus ordinibus; primo eorum substantia spirituali quae sequitur substantiam corporalem, deinde substantia spirituali quae est spiritualior illa, deinde materia et forma ex quibus composita sunt.

D. Patefac mihi quod **superius habet esse in inferiori,** ostensione aperta qua certificetur hic intellectus.

---

p. 217,12—24 = Falaqera IV, § 8.

---

27 a se] ad se *C* 3 nisi *om.* *A* 5 sustinentem *A* iudicabis] uidebis *M* 6 *ante* intellectu *add.* in *N* scilicet] id est *MN* 7 sit *om.* *N* est *om.* *M* habet] haec *A*, sunt habet *N* materia *M* 9 ex *om.* *N* 11 adhuc alius *M* amplius hoc *M* illucescat *C*, alucescat *N* 12 etiam *om.* *C* 13—15 substantiis . . . ex superiori *om.* *A* 14 materia et forma] forma materia *N* 15 scilicet *om.* *C* est *om.* *N* 16 ex] exemplum *N* debet] sed *A* 17 istar *M* 19 subtili corpore *C* 20 similiter] ita *A* etiam] et *C*, *om.* *N* disposita] ordinata *M* 22 substantia *om.* *M* 23 est *om.* *C* 25 in *om.* *N*

M. Signum quod omnes substantiae et formae spirituales, scilicet essentiae earum et actiones, habent esse in substantiis corporalibus, hoc est, quod omne quod est commune proprietatibus rerum inuenitur in eis. et cum superior ex proprietatibus fuerit inuenta in inferiori, nonne debet ut quaecumque fuerit infra eam, similiter etiam sit inuenta in ea? et omnino quod dictum est in logicis, scilicet quod superiores dant inferioribus nomen suum et definitionem, hoc etiam ostendit.

D. Certe hoc ita est.

M. Et ostendit etiam hoc, quod intellectus discernit formas a corporibus; et in hoc est signum quod eius forma conuenit omnibus formis, sicut manifestum est ex probationibus quas praemisimus, scilicet quod formae quae sustinentur in substantiis compositis defluxae sunt a substantiis simplicibus.

D. Iam declarasti quod non est possibile ut substantiae spirituales sint materia tantum nec forma tantum. sed quomodo existimabo eas simplices, cum sint compositae ex materia et forma?

M. Iam patuit hoc tibi ex praemissis. sed tamen adhuc addam explanationem et dicam quia, postquam non est impossibile ut sit compositum simplex, sic etiam non est impossibile ut simplex sit compositum, quia compositum simplex est ad id quod inferius est eo, et simplex est compositum ad id quod superius est eo.

D. Vide quod postquam materia est in substantiis simplicibus aliud a forma quae est in eis, an materia potuit esse

p. 218,4—14 = Falaqera IV, § 4. p. 218,20—24 = Falaqera IV, § 5.

1 quod *om.* *N* omne *M* 2 eorum *M* 3 est *om.* *M* quod] quia *C* omne quod] esse quod *C*, *om.* *N* 3 communius *AM*, cōine *C*, communis *N* 4—5 rerum . . . proprietatibus *om.* *A* 4 inueniuntur *C* cum] est *N* 5 debet] oportet *N* 8 *ante* hoc *add.* et *C* 10 Et *om.* *C* dicernit *M*, *om.* *C* 11 in] etiam *A* 12 omnibus] tribus *A* 13 praemisimus] *cf. p. 114,11 sq.* 15 non *om.* *N* ut] quod *C* 16 *ante* materia *add.* in *C* nec forma tantum *om.* *M* 17 eas *om.* *C* composita *A* 19 hoc tibi *A*, hoc *om.* *C* 19—20 addam adhuc *A* 20 et dicam *om.* *C* possibile *N* 21—22 compositum simplex . . . impossibile ut *om.* *N* 22 sit *om.* *N* 22—26 id quod . . . materia est *om.* *N* 23 est eo inferius *C* 25 substantiis *om.* *N* 26 quae est] quaeque *N* an] aut *CN*

absque *forma uno ictu oculi*, cum sit aliud a forma et opposita illi in sua essentia, *aut non potuit materia esse absque forma uno ictu oculi.* sed quomodo certa erit diuersitas materiae et formae, si neutra illarum potest esse sine altera uno ictu oculi?

M. Exspecta modicum, nec festines interrogando, quousque loquamur de materia uniuersali per se et forma uniuersali per se.

D. De quo ergo locuti sumus usque modo?

M. Nonne fuit tua inquisitio quod in intelligibili non est nisi materia et forma, sicut in sensibili non est aliquid praeter illa? et demonstraui etiam quod substantiae intelligibiles constant ex materia et forma, secundum hoc quod erant diuersae uno modo et conueniebant alio. item ostendi illud idem aliis modis, et falsificatum est quod sint materia tantum aut forma tantum. et acquisisti scientiam per hoc, *an* sit materia et forma in substantiis simplicibus. et postea assignauimus *quid* est unaquaeque illarum, et considerauimus *quomodo* est differentia unius ab alia; et tunc acquisisti scientiam *an* essent et *quid* essent et *qualiter* essent; sed *quare* sunt, tu elicies ex qualitate materiae uniuersalis et formae uniuersalis, quia non inquisiuimus in hac disputatione de materia uniuersali et forma uniuersali, eo quod non intendimus agere nisi de materiis substantiarum spiritualium. et posuimus exemplum ad assignandum materiam et formam in unaquaque substantiarum spiritualium materiam intelligentiae particularis et eius formam; et posui hoc pro regula ad assignan-

1 absque] sine *N* uno] ullo *AM* 1–3 cum sit . . . ictu oculi *om.* *N* 2 esse materia *M* 3 erit certa *M* 4 si] cum *N* illarum] earum *N* 6 M. *om.* *N* nec] ne *CM* 8 sumus locuti *M* usque] us *N* 9 nonne] no *N* tua] una *M* inquisitio] *cf. p. 211,3 sq.* in *om.* *CN* 10 aliquid] aliud *AMN* 11 et demonstraui] *cf. p. 212,3 sq.* etiam *om.* *AMN* constant] consistant *N* 13 item] iterum *M* ostendam *CMN* illud] aliud *A* 14 et falsificatum est] *cf. p. 212,11 sq.* sint] sicut *M* tantum (*post* materia) *om.* *C* aut] et *C*, at *N* 14–15 aut forma tantum *om.* *M* 16 in *om.* *N* simplicibus substantiis *C* quid] quod *C* 17 et *om.* *N* 18 acquisiui *A* 18–19 an esset et quid esset *A* 19 et qualiter essent] et quare essent *C*, *om.* *AN*; *ad sententiam cf. p. 43,16 sq.; 103,7–11* quare] qualiter *M* tu elicies] tunc elicies *A*, meliores *C* qualitate] quantitate *M* 20 in] de *C* 21 et forma uniuersali *om.* *MN* eo] et *C* materiis] substantiis *C* 23 et *om.* *N* 24 unaquaque *corr. ex* quacunque *C* intellectiuae *C* 25 et] quia *C* signandum *N*

dum substantiam intelligentiae uniuersalis et ceterarum substantiarum uniuersalium quae sunt infra eam.

D. Quomodo est hoc?

M. Cum fuerit intelligentia particularis composita ex materia et forma, debet ut intelligentia uniuersalis sit composita ex materia et forma. et iudicauimus in hoc per intelligentiam particularem de intelligentia uniuersali, sicut iudicauimus de esse intelligentiae uniuersalis per esse intelligentiae particularis.

5. D. Quid ergo faciemus?

M. Postquam constitutum est quod unaquaeque substantiarum simplicium composita est ex materia et forma, unde constitutum fuit quod intelligentia composita est ex illis: ergo debet ut consideremus dispositionem materiarum harum substantiarum uniuersalium et ordinemus alias cum aliis; similiter debet ut consideremus ordinem formarum harum substantiarum et disponamus alias cum aliis, sicut fecimus in materiis et formis substantiarum sensibilium, donec, cum ordinatae fuerint materiae et formae harum substantiarum intelligibilium et unitae nobis fuerint partes materiae spiritualis et partes formae spiritualis, speculabimur deinceps ordinationem materiae spiritualis cum materia corporali et ordinationem formae spiritualis cum forma corporali, donec, cum hoc fecerimus, unientur nobis partes materiae uniuersalis et partes formae uniuersalis; et cum effecta

p. 220,4—221,2 = Falaqera IV, §. 6.

1 intellectiuae *C* ceterarum] aliarum *C* 4 M. *om.* *C* intellectiua *C* 5 debet] sed *A*, oportet *N* intellectiua *C* uniuersalis] particularis *C* *ante* sit *add.* si *N* 6 indicamus *N* intellectiuam *C*, intelligentiam particularum de *om.* *M* 7 intellectiua *C* 7—8 intelligentia . . . per esse *om.* *N* 7 uniuersali] unde *C* 8 intellectiuae *C* uniuersali *M* particularis intellectiuae *C* 11 compositum *C* 12 *ante* quod *add.* sicut *C* intellectiuae *C* debet] oportet *N* 13 ut consideremus] *cf.* *c.* 7, *p.* 226,11 *sqq.* horum *N* 14 et] donec *C* debet] oportet *N* 14—15 ut consideremus] *cf.* *c.* 10 *sqq.*, *p.* 233,1 *sqq.* 15 substantiarum *om.* *C* 16 fecimus *om.* *N* 17 cum *om.* *C* 18 substantiarum *om.* *A* 18–19 nobis fuint *N*, fuerint nobis *CM* 19 et partes formae spiritualis *om.* *N*, partes *om.* *CM* 20 speculabimur] *cf.* *c.* 15 *sq.* ordinem *CN*, ordinatione *M* 21 ordinem *N*, *om.* *C* 22 unientur] inuenientur *C*, inuenitur *N* 22—23 uniuersalis materiae *C* 23 et partes formae uniuersalis *om.* *N* 23—221,1 et cum . . . formae uniuersalis *om.* *C*

fuerit unitio materiae uniuersalis et formae uniuersalis, considerabimus deinde unamquamque earum simul.

D. Rectum est quod tibi uidetur. sed impleatur uerbum in quo prius eramus, scilicet quod nulla proprietas cadit in materiam tantum, sed in materiam et formam simul; et fac me scire, si umquam materia habuerit esse absque forma et postea susceperit illam.

M. Quae est tua intentio in hac interrogatione?

D. Vt per hoc sciam, si materia per se habet esse, aut non.

M. Scias modo materiam non posse esse sine forma, quia esse rei non est nisi ex forma.

D. Quid signum est ad hoc?

M. Signum ad hoc est, quod esse aut est sensibile aut intelligibile, et sensus et intellectus non offendunt nisi in formam sensibilem aut intelligibilem.

D. Quae causa est in hoc?

M. Causa in hoc haec est, quod formae sensibiles et intelligibiles interponuntur inter formas intellectus et sensus et materias quae sustinet formas sensibiles et materias quae sustinent formas intelligibiles. et propter hoc non coniunguntur formae nisi cum formis, quia illae sunt quae coniunguntur sibi et obuiant sibi et maxime sunt conuenientes et sub uno genere.

D. Iam intellexi hoc. sed non interrogaui te de essentia materiae apud intelligentiam; sciebam enim quod intelligen-

---

p. 221,11—23 = Falaqera IV, §. 7.

---

1 *ante* considerabimus *add.* et *M* 4 prius *om.* *AMN* quod *om.* *M* 5 tantum in materiam *C* materia et forma *M* 6 umquam] unaquaeque *A*, nunc quam *N* materiae *C* habent *C*, habuit *AM* absque] sine *N* 7 susceperat *C*, suscepit *N* illam] eam *N* 8 intentio tua *C* 9 sciam] scientia *MN* per se *om.* C 12 est *om.* *A* ex] est *A* 13 D. Quid ... hoc *om.* *C* 14 quod] quia *N* est (*post* aut) *om.* *C* 15 offendunt] ostendunt *C* in *om.* *M* 18 In hoc causa est haec *A*, haec *om.* *C* et] aut *C* 19 *ante* intellectus *add.* et *C* 20—21 sensibiles ... formas *om.* *C* 22 nisi cum formis] *Falaqera* materiis, sed solum formis (ומפני זה לא ידבקו הצורות ביסודות אלא בצורות) 23 et (*ante* obuiant) quod *C* sibi (*post* obuiant) *om.* *C* 24 non *om.* *N* essentia] esse *MN* 25 intellectiuam *C* intellectiua *C*

tia non apprehendit rem nisi per coniunctionem suae formae cum forma illius; sed interrogaui te de esse materiae in se ipsa, quia si esse rei, ut dicis, non est nisi per formam, quomodo ergo possibile erit ut materia dicatur habere esse?

M. Sustine modicum et non festines, donec perueniamus ad agendum de materia uniuersali solummodo, et ibi loquemur de natura eius et quicquid possibile est dici de ea; unde redeamus ad id in quo eramus, scilicet ad dicendum quod in intelligibilibus non est nisi materia et forma. dicam ergo quod manifestum est tibi ex praemissis, scilicet quod inferius deductum a superiori. unde debet ut sphaerae sensibiles defluxae sint a sphaeris intelligibilibus. et inde debet etiam ut sphaerae intelligibiles sint compositae ex materia et forma, sicut sphaerae sensibiles fuerunt compositae ex materia et forma. et declaratum est omnino quod non est possibile ut substantia spiritualis sit materia tantum, nec forma tantum, sed composita ex utraque.

6. D. Iam patuit mihi hoc modo.

M. Iterum etiam patefiet tibi hoc alio modo, hoc est, quia unum sunt substantiae intelligibiles, communes uno modo et diuersae alio; unde sunt conuenientes in materia et diuersae in forma.

D. Certe iam patuit mihi hoc modo.

M. Iterum manifestabitur tibi hoc alio modo, hoc est, quia creator omnium debet esse unus tantum, et creatum debet esse diuersum ab eo. unde si creatum esset materia tantum aut forma tantum, assimilaretur uni, et non esset medium inter illa, quia duo sunt post unum.

---

p. 222,5—26 = Falaqera IV, §. 8.

---

2 interrogabam *C* 3 nisi *om.* *N* 4 ergo *om.* *A* erit possibile *N* 5 modicum] motum *A* 6 solummodo *om.* *C* et] etiam *N* 7 natura] materia *N* 8 in *om.* *C* duductum (*sic!*) *C* 11 ex *om.* *C* 12 debet] decet *C*, oportet *N* sphaerae *om.* *C* 13—14 sicut . . . et forma *om.* *A* 14 fuerint *N* et] quia *C* 16 nec] et *C*, aut *N* 18 mihi] tibi *A* modo *om.* *C* 19 Item *C* etiam *om.* *C* patescet] patebit *M* 21 unde] inde *MN* 23 modo *om.* *C* 24 Item *MN* tibi *om.* *C* 25 et quia *C* 26 esset] erit *M* *ante* materia *add.* a *C* tantum *om.* *A* 27 aut] uel *N* *ante* forma *add.* a *C* 27—223,2 assimilaretur . . . forma una tantum *om.* *C*

D. Si quis dixerit quod materia est una tantum aut forma una tantum, quae erit responsio tua?

M. Quomodo erit materia una, cum sit composita cum forma, et accessit ei mutatio et diuisio; aut quomodo potest forma esse una, cum sit composita cum materia, et accessit ei mutatio et diuisio etiam?

D. Iam manifestum est mihi esse materiae et formae secundum modos quos dixisti. sed est adhuc alius modus quo hoc manifestetur amplius?

M. Bene potest hoc etiam manifestari per hoc quod res nec omnino sunt diuersae nec omnino conuenientes; et per hoc quod omne intelligibile diuiditur in duo, in formam et formatum; et per hoc quod intellectus non apprehendit rem nisi habentem materiam et formam.

D. Quid est signum quod intellectus non apprehendit nisi rem constantem ex materia et forma?

M. Signum huius est quod ultimum ad quod intellectus apprehendendo peruenit, hoc est apprehensio *generis* et differentiae; et in hoc est signum quod materia et forma sunt finis rerum. et etiam quod intellectus, cum percipit rem, comprehendit eam, et non comprehendit eam, nisi quia finita est apud eum; res

---

p. 223,10—224,3 = Falaqera III, §. 9.

---

3 Quomodo] Quo *M* 4 accessit *C*; *an* accesserit? *sed apud mediae aetatis scriptores sententiae a coniunctione cum aptae, cuius uerbum modum coniunctiuum exhibet, alia nonnunquam quasi per parenthesim ita additur, ut uerbum modo indicatiuo enuntietur; cf. infra v. 5* mutatio] unitio *CN* et] aut *C* 5 esse forma *M* sit] est *CMN* accedit *C* 6 mutatio] unitio *CMN* et] aut *C* etiam *om.* *C* 7 manifestum est *om.* *N* *post* mihi *add.* quod *C* 8 adhuc alius modus est *C* 9 hoc *om.* *C* 10 etiam hoc *C* 12 omne] esse *C* 12—13 omne . . . per hoc quod *om.* *N* 12 *ante* in formam *add.* scilicet *C* forma *C* 13 rem nisi *om.* *C* 13—15 habentem (nītē *C*) formam et materiam *(sic!)* . . . non apprehendit *post v. 20* comprehendit eam *transp.* C 15 Quod *AMN* 15—16 rem nisi N, nisi quod intellectus rem *C* 17 ultimum ad quod *om.* *C* intellectus] nullus *C* 18 apprehendendo] comprehendendo *C* generis *scripsi ex Falaqera, qui habet* הגנוס *(i. e. γένος)*: corporis *ACMN*. *contra pro* corporis *exhibetur* generis *tr. II c. 1, p. 24,16* 18 et (*ante* in hoc) *om.* *M* 20 et (*ante* etiam) dicitur *C* cum intellectus *C* 21 et] tunc *C*; et non comprehendit eam *om.* *A*

autem non est finita nisi per suam formam, quia res quae infinita est non habet formam qua fiat unum et differat ab alia; et ideo essentia aeterna est infinita, quia non habet formam.

D. Perpendo ex tua dictione quod omne creatum, ex eo quod est finitum, habet formam qua factum est finitum.

M. Bene intellexisti. sed etiam intellige quod propter hoc materia est habens formam, quia creatum debet esse finitum, et non potest esse finitum, nisi sit habens formam. intellige etiam cum hoc quod omnis substantia intelligibilis est habens formam et materiam. — Et quod firmius est in hoc capitulo, hoc est quod dicam, scilicet quod si pars non est nisi totius, tunc partes rerum sunt sui totius sine dubio; et postquam partes sunt ex materia et forma, tunc totum etiam erit ex materia et forma.

Et propter quod etiam amplius manifestabitur quod omnia resoluuntur in materiam et formam, hoc est quod dicam, scilicet quod omnia quae resoluuntur impossibile est quin resoluantur aut in unam radicem aut amplius quam unam. Si resoluerentur omnia ad unam radicem, non esset differentia inter eam unam radicem et factorem unum. Et etiam necesse esset ut ipsa una radix aut esset materia tantum, aut forma tantum. si esset materia tantum, non esset possibile ut formae fierent per eam; et si formae non fierent, non haberent esse. si autem fuerit forma tantum, non posset existere per se; similiter nec esset possibile ut materiae fierent per eam.

---

p. 294,10—14 = Falaqera III, §. 10.

1—2 quia . . . habet formam *om.* *A* 1 infinita] finita *M* 2 qua fiat unum] *Falaqera* qua definiatur (יונדר בו.; *cf. Munk, Mélanges, p. 71,3)* 3 et] quia *C* essentia aeterna ideo non est *C* 4 D. *om.* *M* omne] esse *MN* 5 habeat *MN* 6 quod propter hoc] quapropter haec *C* 7 est habens] habet *M* *ante* debet *add.* non *AC* debet] decet *C* 8 et . . . finitum *om.* *C* 9 intellectualis *C* 10 materiam et formam *C* Et] Quia *C* firmus *A* est] sit *C* 11 pars *om.* *C* 12 *ante* sunt *add.* non *N* sui] nisi *N* et] quia *C* 13 erit] est *A* 15 Et *om.* *C* manifestabitur amplius *M* quod] quia *C* 16 materia et forma *A* 17 quae *om.* *C* *post* quin *add.* etiam *C* 19 resoluuntur *N* 20 eam *om.* A unum] primum *C*, *om.* *A* Et] Quia *C* 21 esset materia tantum aut *om.* *N* 22 si esset materia tantum *om.* *N* 25 nec] non *AC*

Et etiam, quia non potest esse quin ipsa una aut sit materia, aut sit forma, aut nec materia nec forma. si fuerit materia tantum aut forma tantum, sequitur quod praedictum est; et si fuerit nec materia nec forma, aut erit factor primus, aut aliud ab eo. sed non est possibile ut sit factor primus. similiter non est possibile ut sit aliud ab eo, cum nec sit materia nec forma, quia praeter factorem primum nihil est nisi materia et forma. — Si autem resoluuntur res in radicem amplius quam unam, aut erunt duae aut plures. Si fuerint duae, non potest esse quin sint aut duae materiae tantum, aut duae formae tantum, aut altera earum materia et altera forma, aut nec duae materiae nec duae formae. sed non est possibile quod sint duae materiae, nec duae formae. similiter non est possibile ut sint non duae materiae et non duae formae. restat ergo quod altera earum sit materia, et altera forma. Si autem fuerint amplius quam duae, illa multiplicitas aut resoluetur ad duo, aut non. si multiplicitas illa resoluitur ad duo, tunc duo sunt radices; si autem multitudo non resoluitur ad duo, et natura multitudinis fuerit opposita duobus, tunc oportebit ut sit aliud praeter factorem primum excelsum et sanctum quod sit nec materia nec forma. sed post factorem primum nihil est nisi materia et forma.

Et per quod etiam manifestabitur quod omnia sunt composita ex materia et forma, hoc est quod corpus quod est situm

---

p. 225,23—226,7 = Falaqera IV, §. 11.

---

1 esse quin *om.* *C* aut *om.* *AC* 2 aut (*ante* sit)] siue *AC* nec (*ante* forma)] aut *C* 2—4 si fuerit . . . nec forma *om.* *N* 2 fuerit] aut *C* 4 et si] si autem *C*, et *om.* *M* factor] forma *N* 5 sed] si *C*, sed si *N* est] esset *C* 6 aliud] aliquid *C* cum *om.* *C* nec] non *M* *post* sit *add.* nec *N* 7 praeter] propter *C* 8 et] uel *MN* 10 aut duae (*post* sint) *om.* *C* duae (*ante* formae) *om.* *C* 11 *post* tantum *add.* scilicet duae *C* *ante* materia *et ante* forma *add.* in *AC* 12 sed *om.* *C* 13 nec] aut *C* 13—14 similiter . . . duae materiae *om.* *N* 14 *et* 15 et *om.* *C* 17 ad (*bis*)] a *M* si resoluitur illa multiplicitas *C* illa *om.* *N* 18 sunt] sicut *N* radix *MN* ad] a *M* 19 natura] materia *CMN* oportet *C* 20 sanctum et excelsum *C* 21 materia nec *om.* *N* nihil] non *A* 22 nisi *om.* *A* et] uel *M* 23 Et] Quia *C* etiam per quod *C* 24 hoc] et hoc *N* est] fuit est *N* situm *om.* *N*

in extremo inferiori compositum est ex materia et forma, scilicet quod est substantia habens tres dimensiones; et si totum quod est, est continuum et extensum ab extremo superiori usque ad extremum infimum, et extremum infimum est compositum ex materia et forma: constat per hoc quod totum quod est ab initio extremi superioris usque ad extremum infimum est etiam compositum ex materia et forma.

7. D. Certe iam manifestum est quod in intelligibilibus non est nisi materia et forma; immo certissimum est quod in omni quod creatum est non est nisi haec duo.

M. Cum hoc etiam necesse est ut impleam quod tibi promiseram de ordinatione materiarum et formarum intelligibilium aliarum cum aliis, donec per hoc manifestius tibi fiat quod intelligibiles etiam habent materiam uniuersalem et formam uniuersalem.

D. Incipe ergo ab hoc.

M. Si forte innotuit tibi quod unaquaeque substantiarum intelligibilium constat ex materia et forma.

D. Iam manifestum est hoc mihi multis modis.

M. Sed omnes hae materiae et formae intelligibiles conueniunt in significatione materiae et formae. fient ergo uniuersale, sicut factum est in sensibilibus; hoc est quia, si fuerint materiae particulares participantes *in* sensu materiae, in eo quod omnes sunt materiae, debet ut id in quo communicant sit materia uniuersalis; similiter, si formae particulares sunt participantes in sensu spiritualitatis, in eo quod omnes sunt formae,

1 inferiori extremo *C* *post* forma *add.* per hoc quod totum quod est ab initio extremi superioris usque ad extremum *AC*; *cf. v. 5—6* 2 dimensiones] diuisiones *C* et] quare *C* 3 *alterum* est *om. CMN* 4 infimum] inferius *N* et extremum infimum *om. N* 6 superiorius *om. C* 6—7 etiam est *A*, *om. C* 8 iam *om. C* manifestastum *(sic!) C* *ante* quod *add.* mihi *M* in *om. C* intelligibilibus] intellectibus *AM* 11 tibi quod *C* promiseram] *cf. c. 5, p. 220,18* 13—14 tibi per hoc manifestius *M* 14 intelligibiles] intilens *(sic!) N* habent etiam *AM* 17 Si] *interpretandum erat* Profecto; *quod uitium uocabulis* إنّ profecto *et* إن si *permutatis uidetur ortum esse* substantiarum] formarum *C* 19 mihi hoc *CM* 20 hae *om. M* 21 fient] si etiam *M* 22 est *om. C* 23 in *addidi ex v. 26*: *om. ACMN* sensum *A* materiae] formae materiae *C* debet] oportet *AN* 25—227,1 materia . . . communicant sit *om. C* spiritualitatis] specialitatis *N*

debet ut id in quo communicant sit forma uniuersalis: tunc ergo debet ut in intelligibili sit materia uniuersalis sustinens omnes formas intelligibiles et forma uniuersalis similiter sustinens omnes formas intelligibiles. et secundum ordinationem partium materiarum et formarum in intelligibili cum materiis et formis in sensibili et ordinationem earum aliarum cum aliis, donec fiat ex eis materia uniuersalis sensibilis et forma uniuersalis sensibilis et materia uniuersalis intelligibilis et forma uniuersalis intelligibilis, similiter etiam erit ordinatio materiae uniuersalis intelligibilis cum materia uniuersali sensibili et *formae* uniuersalis intelligibilis cum forma uniuersali sensibili; et fient ambae materiae una materia, et fient utraeque formae una forma. et tunc cum conuenerit materia intelligibilium cum materia sensibilium et fuerint una materia, et cum conuenerit forma intelligibilium cum forma sensibilium et fient una forma: quid sequitur hoc?

D. Sequitur hoc quod praemisisti, scilicet quod in intelligibilibus et sensibilibus non est nisi materia et forma. sed ut compleatur mihi scientia huius intentionis certissime, propala mihi intellectum ordinationis et coniunctionis uniuscuiusque harum materiarum et formarum, et propala mihi unde debet hoc fieri, quia ego non sciscitor hoc nisi ut sciam bene uerba tua.

M. Videris aestimare quod unaquaeque harum formarum materiam habeat separatim, et quia diuersificatae sunt formae et sunt multae, idcirco etiam debeant materiae diuersificari et fieri multae.

D. Certe hoc aestimo.

M. Ergo secundum tuam aestimationem oportet ut non

---

1 *et* 2 debet] oportet *N* 2 in *om. C* 3—4 et forma . . . intelligibiles *om. C* 4 intelligibiles] intelligens *N* et] quia *C* 5 in (*ante* intelligibili)] et *C*, *om. M* in (*ante* sensibili)] et in *N* 6 ordinatione *N*, in ordinatione *M* eorum *N* fiet *AM* 8 intelligens *N* formae *C* 10 formae *scripsi*: forma *ACMN* 12 et fient] sicut *C* 13—14 cum materia . . . forma intelligibilium *om. C* 14 fuerit *MN* *ante* cum *add.* tunc *A* 15 et *om. C* quod *C* 16 Hoc sequitur *N* 17 et (*ante* sensibilibus) *om. C* 21 hoc decet (*sic!*) *C* 22 nisi *om. C* bene sciam *MN* 23 aestimare] existimare *M* harum *om. A*, *post* formarum *transp. C* 24 separatam *C* diuersitate *N* 25 debeant etiam *A* 27 existimo *M* 28 M. *om. N* aestimationem tuam *A*

sint formae diuersae aduenientes uni materiae. sed tu uides in artificialibus et naturalibus formas multas et diuersas uicissim aduenientes in una materia.

8. D. Certe hoc uideo, scilicet formas sibi succedentes in hac materia in actu. sed hoc non uideo in materia caelorum et in materia intelligibilium substantiarum.

M. Vides quod propter separabilitatem aut inseparabilitatem formae a materia debet ut eadem non sit materia formae inseparabilis, quae est materia formae separabilis?

D. Cur non?

M. Vides enim tu formas diuersas in eadem materia, et earum quaedam sunt inseparabiles.

D. Ita est ut dixisti. sed quid dices de materia substantiarum intelligibilium, si debet quod eadem sit materia substantiarum intelligibilium?

M. Postquam non discernis inter materiam caelorum et materiam naturae in essentia, quamuis sint diuersae formae singularum materiarum in separabilitate et in inseparabilitate, tunc etiam non discernas inter unamquamque harum et inter materiam substantiarum intelligibilium.

D. Cur non discernam inter illas, cum sit inter illas differentia, quanta est inter spiritualitatem et corporëitatem?

M. Videris existimare quod materia certa, quae est caelorum et elementorum, sit corporalis.

D. Certe sic existimo.

M. Cur hoc existimas, cum scias quod corporëitas forma est egens materia quae sustinet eam?

---

2 et naturalibus *om.* *N* 3 in *om.* *C* 4 sibi] sui *C* 6 intelligibilium] intellectuum *C* 7 aut] uel *N*, aut inseparabilitatem *om.* *M* 8 debet] oportet *N* formae *om.* *C* 10 non] hoc *C* 11 tu *om.* *C* 11–12 et earum] et erunt et earum *C* 13 ut dixisti *om.* *C* quod *A* dicis *N* substantia materiarum *C* 14 si] sed *C* debet] oportet *N* eadem *om.* *N* 15 intellectualium *C* 18 in (*ante* inseparabilitate) *om* *CN* inseparabilitate] inseparate *N* 19 discernis *C* 20 intellectualium *C* 21 discernas *A* 22 corporaeitatem *C* 23 aestimare *A* certa] circa *C* quae est] quaeque *N* 24 sit *om.* *N* corpus *C* 25 Sic certe *M*, Certe *om.* *C* aestimo *A* 26 aestimas *A* corporëitas scias quod *M* corporaeitas *C* 27 egens] agens *N* materiam *M* eam sustineat *(sic!)* *M*

D. Ostende ueritatem in hoc.

M. Ponamus quod materiae tres sint. earum alia est materia simplex spiritualis, qua nulla est simplicior, scilicet quae non induit formam; et earum alia est materia composita corporalis, qua non est alia magis corporea; et earum alia est media.

D. Hae sunt, sicut tu posuisti. sed quis fuit intellectus tuus de materia prima, quae non induit formam, et quare hoc dixisti?

M. Quia materia quae induit formam simplex est etiam et spiritualis, sed est alia ab ea quae non induit formam, sicut dixit Plato. sed uides quod materia corporalis, id est quantitas quae sustinet formam coloris et figurae, non est forma corpori quod eam sustinet, sicut qualitas, id est color et figura, est forma illi?

D. Vere sic est.

M. Aut, sicut corpus solum, denudatum, quod est simplicius corpore qualitatum, est materia sustinens qualitatem, numquid non similiter debet ut ipsum sit forma alii materiae quae est simplicior eo, idcirco quod resoluitur in eam?

D. Debet hoc etiam.

M. Ergo secundum hanc considerationem oportet ut quae magis corporea est ex illis sit forma simpliciori, donec perueniat resolutio ad materiam simplicem certissime.

D Hoc est sicut dixisti. sed in hac responsione tua quid est de eo quod quaesiui?

M. Hoc scilicet propter quod tu dubitasti quod materia

p. 229,2—12 = Falaqera IV, §. 12. p. 229,12—24 = Falaquera IV, §. 13.

2 sunt *M* 3 spiritualis *om.* *N* qua] quia *C* 4—5 est composita materia corporalis *A*, composita est cum materia corporis *C*, 4—6 composita . . . alia est *om.* *N* 6 alia earum *A* 7 tu *om.* *CN* sed] si *C* 8 prima materia *M* 10—11 et etiam *N* 11 non induit *om.* *N* 14 qualitas] quantitas *A* 14 id . . . figura *post 15* illi *transp.* *C* 18 corpore *scripsi*: corporis *ACMN*. *Falaqera*: והוא יותר פשוט מהגשם בעל האיכיות qualitatem] quantitatem *M* numquid] non quia *C*, nunequid *N* 19 debet] oportet *N* 20 eo] ei *C* 21 D.] M. *AC* Debet hoc] Ita oportet hoc *N* 22 hanc *om.* *N* 23 simplicior *CN* 25 responsio *C* 26 quid] quod *C* 27 propter] prae *C*, *om.* *N* quod *om.* *C* dubitasti] *cf.* *p.* 226,21 *sqq.*

substantiarum intelligibilium et materia substantiarum sensibilium non erat una, eo quod putasti materiam simplicium substantiarum corporalem esse. et ideo manifestaui tibi quod manifestum esse forma est occulti, propter quod debet ut materia substantiarum corporalium sit forma spirituali, quia resoluitur in eo; etsi sit materia ei quod est corpulentius eo; et non dixi quod manifestum de esse forma est occulti, nisi quia materia, quo propinquior est sensui, est similior formae, et ideo erit manifestior propter euidentiam formae et occultationem materiae, quamuis sit materia formae sensibili; et quo remotior fuerit a sensu, erit similior materiae, et per hoc erit occultior secundum occultationem materiae, quamuis sit forma materiae primae simplici, aut alicui quae est infra eam ex materiis. et quando fuerit materia corporalis sicut dixi, tunc scias quod non redigitur in materialitatem certe, nisi in materiam primam simplicem quae sustinet omnes formas et materias. et hoc est quod assignauimus in hac inquisitione in cuius uia sumus.

9. D. Iam intellexi nunc ex praedictis quod inferior ex substantiis forma est superiori ex illis, et quod superior ex illis materia est sustinens inferiorem, donec sic peruenitur ad materiam primam simplicem uere.

M. Bene intellexisti. sed quid sequitur hoc?

D. Sequitur hoc ut materia prima quae sustinet totum sit una. ergo dator bonitatis reddat tibi magnum me-

p. 230,16—231,15 = Falaqera IV, §. 14.

1 intellectuum *C* 2 substantiarum simplicium *A*, spiritualium substantiarum *C* 3 manifestaui] manifestum *C* *ante* quod *add.* hoc *N* 4 esse] est *A* formam *C* est] esse *A* *post* propter *add.* hoc *C* debet] oportet *N* 5 substantiarum corporalium materia *C* forma] substantia *M*, corpora forma *N* 6 ei] eo *C* corpulentius est *C*, est *om.* *N* 7 et] quia *C* non dixi *om.* *C* de] debet *A*, est de *N* (de esse *i. e.* rei esse) *post* forma *add.* ut dixi *C* 8 nisi *om.* *C* quo] quae *C* similior] simplicior *C* 11 et] quia *C* 13 simplici primae *C* alicui] aliter *A* 14 et] quia *C* sicut dixi *om.* *C* (*cf.* *v.* 7) 16—17 materias et formas *C*, formas et *om.* *N* 19 nunc *om.* *AC* inferiorum *N* 20 illis] ipsis *N*, 21 illis *om.* *C* 22 primam materiam *C* 23 intellexi *N* 24 *ante* Sequitur *add.* Si *C* 25 una *om.* *C* dator] auctor *M*

ritum, quia remouisti magnam ambiguitatem a corde meo per hoc quod dixisti.

M. Quomodo intellexisti hoc ex mea dictione?

D. Postquam innotuit mihi quod hoc quod est ex substantiis materia inferiori, est forma superiori, patuit per hoc quod omnia subiecta, et si sunt materiae subiectae secundum aliquid, scilicet quod subtilius ex substantiis est subiectum spissiori ex illis, quod omnes sunt formae sustentatae in materia prima. et didici quod omnino opus habent materia quae sustinet omnes, unde sunt finitae et pendentes ex uno fine. ergo necessarium fuit tunc dicere quod hic est materia prima quae sustinet eas omnes, et ipsa est materia prima uniuersalis de qua fuit nostra intentio. et per hoc patuit mihi quod diuersitas quae est inter substantias non accidit ex materia, sed ex forma, quia formae sunt multae, materia autem una.

M. Bene intellexisti. sed amodo interroga, quod tibi uidetur.

10. D. Iam declarasti mihi quod materia prima sustinens omnia una est, per hoc quod collegisti materias sensibilium et materias intelligibilium, donec omnes factae sunt una materia.

M. Debes etiam memorare quod praedictum est de inquisitione scientiae de materia prima uniuersali, scilicet quod, si totum habet unam materiam, debet ut eius proprietates sint in toto. et cum consideraueris omnes substantias, inuenies proprietates primae materiae et eius impressiones in eis; scilicet

---

p. 231,18—232,17 = Falaqera IV, §. 15.

---

4 quod hoc] per hoc *C* est *om.* *M* 5 materiae inferior *AC* 6 omnes *C* et si] et si et *C* 7 scilicet quod] si quod *C* subtilior *C* spissiori] superiori *C* 8 quod (*Falaqera* כי) *abundat; cf. Munk l. c. p. 73,3* 9 omnino] omnia *AC* materia *om.* *C* 11 fuit necessarium *A* 11—12 quae sustinet . . . materia prima *om.* *N* 12 et] quia *C* 14 sed] et *C* ex *om.* *C* 15 autem] aut *N* 16 quid *A* 18 prima materia *A* 19 per] propter *N* sensibilium et materias *om.* *M* materias *om.* *C* 20 factae] formae *N* 21 etiam *om.* *N* 22 uniuersalis *N* quod scilicet *C*, scilicet *om.* *N* 23 totum] tot *C* habent *C* una materiam (*sic!*) *N*. debet] oportet *N* 24 et] quia *C* cum] si *N* substantias omnes *M* 25 impressiones eius *C*

quod corpus est substantia sustinens formas multas diuersas, et praecipue natura et animae sensibiles, quia hae sunt imprimentes formas in corpore, et praecipue anima rationalis et intelligentia, quia omnes formae sunt in eis. et omnino omnes substantiae, quo fuerint superiores, erunt magis collectiuae formarum et similiores materiae primae quae sustinet omnes formas, quam ceterae substantiae quae sunt infra eas: quia, cum consideraueris has proprietates in substantiis, et quod sunt magis fixae et certiores in substantia, quo fuerit superior et propinquior extremo superiori: tunc palam fiet tibi quod hae proprietates defluxae sunt et acquisitae a materia prima uniuersali, quae communis est omnibus substantiis et continens eas, et dat eis nomen suum et definitionem. — Et cum consideraueris etiam quod omnia multa appetunt uniri, patescet tibi per hoc quod materia quae omnia sustinet una est, scilicet quod partes multae non appeterent uniri, nisi totum quod eas continet et complectitur unum esset. — Et etiam cum consideraueris communitatem rerum omnium et collationem earum ad unum, palam fiet tibi per hoc quod hic est res uniuersalis omnibus communis qua omnes participant, hoc est quia si res non participarent aliquid quod esset eis commune, non conuenirent in aliquo nec participarent eo, quia diuersitas suarum radicum prohibet conuenientiam in ramis suis et adhibe ad hoc considerationem specierum genere diuersarum, quia hae species, eo quod sunt diuersae genere, non fuit possibile ut conuenirent in uno genere sibi communi. et amplius hoc considera quod substantia et accidens absoluta, quia sunt duo opposita, non est possibile ut conueniant in uno genere, propter diuersitatem quae est in essentia eorum. et iuxta hoc exemplum considerabis prohiberi res conuenire in uno, cum sint non conuenientes in una materia.

3 intellectiua *C* 6 *post* similiores *add.* formarum *N* primae *om.* *N* 10 tibi *om.* *M* 12 quae] quia *C* *post* quae *add.* est *A* 13 et] quia *C* cum consideraueris etiam] etiam cum (*omisso* consideraueris) *C* 14 *post* multa *add.* quae desideraueris *C* uniri] unum *C* per hoc *om.* *N* 15 sustinet omnia *M* 15—16 non appetunt (appetunt *etiam* *C*) uniri multae partes *M* 16 uniri] unum *C* 17 et] quia *C* 19 hic est *om.* *A*, est *om.* *M* communis omnibus *M* 20 qua] quo *C* est *om.* *N* 21 eis commune esset *A*, eis esset commune *M* non *om.* *N* 22 eo] in eo *A* quia] quod *N* 23 ramis] minis *M* 29—30 res prohiberi *M*

D. Iam declarasti mihi quod materia prima uniuersalis una est. declara nunc ergo quod forma prima uniuersalis una est, et collige mihi formas diuersas, sicut collegisti materias, donec per hoc conficiatur mihi scientia, quid est materia uniuersalis et forma uniuersalis.

M. Sustine modicum, donec experiar qualiter intelligis de materia prima, et collige dicta de hoc.

D. Postquam omnia quae sunt diuersa sunt formà, et quaecumque sunt diuersa per formam, debet ut conueniant in materia: ergo sequitur ex hoc quod materia eorum quae sunt sit una.

M. Bene intellexisti quod dictum est de materia prima uniuersali. ausculta ergo nunc quod dicetur de forma prima uniuersali. debes considerare formam uniuersalem secundum materiam uniuersalem, quia uia scientiae illarum una est.

D. Quomodo est hoc?

M. Scias quod forma uniuersalis perficit essentiam materiae uniuersalis; et quia hoc sic est, debet ut essentia uniuscuiusque illarum sit debito essentiae alterius.

D. Si materia est materia sibi ipsi, an forma est forma sibi ipsi?

M. Quomodo erit ut sit, cum non sit essentia materiae expoliata a forma, nec essentia formae sit existens in non-materia uno ictu oculi? et ex hoc habetur fortius signum quod essentia uniuscuiusque illarum non habet esse nisi debito alterius.

D. Ita est. sed adhuc appono explanationem.

---

p. 233,7–19 = Falaqera IV, §. 16. p. 233,23–25 = Falaqera IV, §. 17ᵃ.

---

1 declarasti] determinasti *C* 2 est una *C* 2—3 declara . . . una est *om.* *C* 3 collegisti *om.* *A* 4 mihi] in *C*, nisi *M* quid] quod *AN*, quae *M* 7 prima *om.* *C* dicta *om.* *N* 9 diuersa sunt *N* debet] decet *C*, oportet *N* 10 materiam *AM* quod] ut *C* 13—14 ausculta . . . prima uniuersali *om.* *A* 13 asculta *MN* 15 uia scientiae illarum *om.* *N* 17 perficiet *N* 18 debet] oportet *N* 19 debito (*Falaqera*: בחיוב, *i. e.* per necessitatem)] debita *CN* 20 D. *om.* *C* materia] forma *C* 20—21 an . . . ipsi *om.* *MN* 21 ipsi *om.* *C* 22 ut] nisi *MN* sit] hoc *C* 23 spoliata (*sic!*) *C* 24 ex *om.* *M* habetur] sequitur *C* 25 illarum] earum *N* 26 appono] adde *C*

M. Et etiam postquam materia non meretur intellectum essendi nec eius nomen, nisi propter formam, scies etiam per hoc quod essentia uniuscuiusque illarum alterius debito est.

D. Quomodo est hoc?

M. Quia planum est quod materia non habet esse nisi propter formam, palam factum est etiam quod non est possibile ut sit sine ea.

D. Ponamus quod materia non sit sine forma, quid est quod prohibet materiam non esse, et formam esse?

M. Si forma non est nisi per existentiam materiae formatae, tunc non est possibile ut sit forma sine materia, quia non perficitur esse nisi ex coniunctione earum.

D. Postquam forma dat esse materiae, cur non habebit esse per se?

M. Si dederis esse formae, et appropriaueris eam, per illud dices quod intellectus formae est intellectus esse, uel aliud?

D. Dico quod intellectus esse est intellectus formae.

M. Quomodo unum eorum erit aliud, cum sit alterum proprietas alterius?

D. Sit hoc ita, sicut materiae essentia est una, cum sit eius proprietas unitas.

M. Nescis quod unitas est forma materiae, et est alia ab ea, et forma non est nisi unitas?

D. Quid signum huius?

M. Signum huius est materia descripta per eam, et proprietas debet ut sit aliud a descripto.

D. Quomodo erit essentia unitatis aliud a materia, cum sit materia una sibi ipsi?

M. Hoc signifiat quod forma non est nisi debito essentiae

---

1 M. *om.* N Et] Quia *C* 2 propter] per *A* forma *N* 3 quod] quia *MN* essentia *om. C* 6 formam] materiam formam *C* quod] quia *C* 8 quid] quod *C* 9 prohibet] probet *N* 15 *ante* dederis *add.* tu *C* 16 illud] id *AN* esse] essentiae *A*; *sed esse est* τοῦ *esse; cf. p. 143,13 saepius* 17 esse est intellectus *om. N* 18 unum] unde *N* aliud] illud *C*, uniuersalium *M* 20 materia essentiae *C*, essentia materiae *N* 21 eius *om. C* unitas] unita *N* 22 quod] quia *N* alia est *A* 24 Quid *scripsi*: Quod *ACMN* 25 est descripta materia *M*, materia est descripta *N* 26 debet] oportet *N* 27 aliud *om. C* 28 ipsi *om. N* 29 signat *AN*, signum est *M* est *om. N*

materiae, postquam unitas forma est essentiae materiae, et materia est materia essentiae unitatis.

D. Secundum quod dixisti, non uidetur forma materiae nisi unitas communicans essentiam materiae.

M. Non est nisi hoc.

11. D. Manifesta ergo quomodo omnes formae sunt unitas.

M. Forma aut est una, aut multae.

D. Sic est. sed quid respondebis dicenti alicui quod intellectus unitatis est praeter intellectum formae?

M. Si unitas est aliud a forma, aut erit ei materia, aut forma. sed non est possibile ut unitas sit materia formae, eo quod ipsa est proprietas materiae. similiter non est possibile ut unitas sit forma formae, quia sequeretur hoc quod forma esset materia ei, et quod forma haberet formam, usque in infinitum.

D. Iam intellexi hoc modo. sed ostende alio modo quod forma est unitas, ostensione aperta.

M. Aspice proprietates unitatis, quia tu inuenies eas affixas formae; hoc est quia unitas est efficiens multitudinem et retinens illam et dans ei esse et continens eam et existens in omnibus partibus eius et sustentata in eo quod est sibi subiectum et dignior eo quod est sibi subiectum; similiter hae proprietates inueniuntur in forma, quia forma constituit essentiam eius in quo est et acquirit ei esse et *est* retinens illud et continens illud et est in omnibus partibus eius et sustentata in materia sibi subiecta et superior ea et materia infra eam. et postquam scisti has proprietates, pone unamquamque illarum medium terminum inter formam et unitatem, et conficietur tibi ex hoc argumentatio necessaria demonstrans quod forma est unitas.

---

p. 235,18—26 = Falaqera IV, §. 17b.

---

1 postquam . . . essentiae materiae *om.* *N* 2 est materiae essentiae *A*, essentiae est materia *C* 8 alicui dicenti *M* 9 formae *om.* *C* 10 alia *MN* ei] a *M* materia] forma materia *C* 12 est ipsa *A* 13 unita *C* formae] formarum *C* 14 ei *om.* *A* usque *om.* *C* 16 *ante* alio *add.* hoc 18 tu] cum *M* affixas] a fixas *M* 24 est *addidi*: *om.* *ACMN* et continens illud *om.* *M*, illud *om.* *C* 26 sibi subiecta . . . et materia *om.* *A* 27 scisti] sisti *N* 28 inter] infra *C* argumento *C* 29 forma] substantia *M*

D. Tam magnum est quod acquisiui; et puto quod hac intentione dictum est quod **numerus est origo rerum**, quia unitas est origo numeri, quia si poneretur **unitas** loco **numeri**, esset propinquius ueritati.

M. Non erat rectum ut diceretur quod unitas esset radix totius, quia unitas est forma tantum, et totum non est forma tantum, sed forma et materia. sed hoc esset rectius ut dicatur quod **tria sint origo omnium**, scilicet ut **unum sit** loco **formae**, et **duo** loco **materiae**.

D. Manifesta mihi quomodo **unum simile est formae** et **duo similia materiae**.

M. Iam ostendi tibi quod **proprietates unitatis conueniunt formae**; sed **proprietates duorum qualiter conueniant materiae**, ostendam tibi.

(1.) Dico ergo quod duo posita sunt sub uno, et unum est supra ea; similiter materia subiecta est formae et forma est supra eam.

(2.) Et etiam, quia forma una est, et duo multitudo diuisibilis; similiter materia est multiplicabilis et diuisibilis. et propter hoc materia est causa multitudinis rerum et diuisionis earum, quia assimilata est duobus.

(3.) Et etiam, quia proprietas formae una est, id est constituere essentiam, et proprietates materiae duae sunt. una earum est sustinere formam; et haec proprietas est opposita proprietati formae, hoc est quia ex materia sustinente formam et ex forma perficiente essentiam materiae constituitur essentia

---

u. 296,5—297,18 = **Falaqera IV, §. 18.**

---

1 et] quod *C* 3 est origo . . . poneretur unitas *om.* *N* quia *om.* *M* si] et *M* disponeretur *M* unitas *om.* *C* 4 ueritati] unitati *AC* 5 ut] si *M* 6 est (*post* unitas)] cum *M* 6—7 et totum non est forma tantum *om.* *N* 7 sed forma] sed forma et forma *N* sed (*ante* hoc)] et *C* 8 sint] sunt *MN* 9 loco] similia *C* 10 est simile *N* 11 *post* similia *add.* sunt *N* 12 ostendi tibi] ostenditur *C* ueniunt *N* *post v. 12* conueniunt formae *Falaquera iterum addit quae p. 295,23—25 dicta sunt* 13 sed] si *A* proprietas *M* duarum qualitatum *C* 14—15 ergo tibi (*omisso* Dico) *C* 16 ea] est *N* 17 supra] super *AM* 18 est una *C* 19 similiter . . . diuisibilis *om.* *N* 20 causa est *N* et] etiam *C* 21 assimulata *C* 22 unam *N* constituens *C* 23 proprietas *MN* 24 hoc *N* 26 materiae essentiam *C*

omnis rei, et perficitur eius natura; et haec proprietas conuenit materiae ex uno primo, opposito contra unum formae, unum uidelicet primum, quod est medietas duorum quos assimilauimus materiae. et proprietas secunda materiae est multiplicitas et diuisibilitas; hoc est quia forma diuiditur et multiplicatur propter materiam; et hanc proprietatem habet materia ex uno secundo, scilicet medietate duorum, coniuncto uni primo; et ex eius coniunctione ad illud sunt duo, et propter esse duorum fit multitudo et diuisio. — Et etiam, quia materia in prima diuisione diuiditur in duas partes secundum naturam duorum, scilicet in materiam substantiarum simplicium et in materiam substantiarum compositarum. ergo proprietas duorum conuenit etiam hoc modo. — Ergo iam manifestum est tibi quod forma assimilatur uni et materia duobus.

Et quandoquidem hoc sic est, et materia et forma sunt radix omnium: ergo manifestum est quod tria sunt radix omnium.

12. D. Iam patuit mihi etiam secundum considerationem proprietatum unius et duorum quod una est forma, et duo est materia. est adhuc alius modus quo hoc manifestetur?

M. Adhuc manifestabitur tibi etiam quod una est forma secundum speculationem formae intelligentiae, quae est collectiua omnium formarum. et argumentationes ad hoc fient hoc modo.

Omne agens per se ipsum non facit quicquid facit nisi

---

2 ex uno primo *etc.*] *scil. ex priore illarum unitatum, quae dualitatem cui materia assimilatur constituunt* contra] conuenit *A* 3 uidelicet] uidel *N* primum *om. Falaqera* 4 et] quia *C* secunda] prima *A* est *om. C* 5 et diuisibilitas *om. C* quia] quod *C* 6 et] quia *C* 7 coniuncto uni] coniunctorum *C* 8 iunctione *M* fit] fuit *AMN* 9 in prima] ipsa *M* diuisione *om. M* diuiditur *om. A* 10 in duas partes] duobus modis *A* 11 substantiarum (*ante* simplicium) *om. M* 11—12 compositarum substantiarum *A* 12 proprietates *C* etiam] et *N* 13 assimilabitur *C* 14 *post* et *add.* de *C* 15 et (*ante* materia) *om. C* 16—17 ergo . . . omnium *om. N* 18 etiam *om. N* 18—19 proprietatum unius considerationem *M* 18 proprietatem *CN* 19 una] uā (*i. e. aut* unum *aut* unde) *C* 20 quo hoc] secundum hoc quod duo *C* 21 *post* forma *iterum add.* est *M* 22 intellectiuae *C* 23 collectiua] collectam *N* ad hoc] adhuc *AC*

per suam formam. sed substantia intelligentiae est agens per se ipsam. ergo est agens per suam formam. deinde dicam: Intelligentia est agens per suam formam. et omne agens per suam formam, eius actio conuenit suae formae. ergo actio intelligentiae conuenit eius formae. dehinc dicam: Actio intelligentiae conuenit eius formae. et actio intelligentiae est apprehensio unius, id est esse rei. ergo forma intelligentiae conuenit uni. et omnia duo conuenientia, illud in quo conueniunt est in unoquoque illorum. ergo una est in forma intelligentiae. ergo forma intelligentiae est una. Sed cum est una, aut est una sibi ipsi, aut est una per accidens. si fuerit una per accidens, potest separari ab una. sed non est separata ab ea. ergo est una sibi ipsi. et quicquid fuerit in alio essentialiter, hoc et illud unum sunt. ergo forma intelligentiae et una unum sunt. ergo forma intelligentiae est unitas. — Debes autem scire quod, quia unitas est forma intelligentiae, est causa affirmandi unitionem omnium formarum in ipsa: et per hoc est apprehendens omnia, quia totum unitum est in forma eius, quae est unitas uniuersalis collectiua omnis unitatis. et postquam omnis forma una est, et essentia eius est unitas collectiua omnis unae: constat per hoc quod omnes formae habent esse in forma intelligentiae.

18. D. Manifestum est mihi ex his quod unitas forma est intelligentiae. et uidetur mihi quod substantiae quae sunt or-

---

1 per (*ante* suam)] propter *A* intellectiuae *C* est *om.* *N* 2 ipsam] ipm (*i. e.* ipsum) *A* formam suam *N* 3 Intellectiua *C* formam suam *N* et] quia *C* 4 formam suam *N* formae suae *A*, eius formae *N* 5 intellectiuae *C* 5—6 Dehinc . . . eius formae *om.* *N* 5 Dehinc] Deinde *A*, Hinc *C* 5 (*bis*) *et* 6 intellectiuae *C* 6 est *om.* *N* 7 intellectiuae *C* 8 et] quia *C* 9 una] *i. e.* unitas; *cf. p. 67, 10. 16. 20 saepius* in (*ante* forma) *om.* *AC* 9 *et* 10 intellectiuae *C* 11 aut est una (*ante* sibi ipsi) *om.* *C* sibi ipsi est una *om.* *N* *post* per accidens *add.* aut non *C* 11—12 si accidens *om.* *N* 11—12 fuerit una] una est *C* 12 *ante* potest *add.* uel *A*, potest *om.* *C* 13 et] quia *AC* 14 unum] unde *M* intellectiuae *C* 15 et una . . . intelligentiae *om.* *N* 15 *et* 16 intellectiuae *C* 16 est *post* intelligentiae *transp.* *M* 17 unitionem] intentionem *N* omnium *om.* *C* 18 omnia *om.* *C* 19 in *om.* *C* est (*post* quae) *om.* *C* 20 et] quia *C* 21 unae] *cf. ad p. 67,20* 22 intellectiuae *C* 23 est forma *C* 24 intellectiuae *C* et] quia *C*

dinatae infra intelligentiam ordinatae sunt propter numerorum ordinationem, quia sunt cadentes infra unum.

M. Quam bene intellexisti hoc! et ex hoc conficiam tibi quandam **summam**, quae te doceat quod sequitur post hoc. Et dico quod forma **intelligentiae** similis est formae **unius**, quia est apprehendens propositionem unam; et forma **animae rationalis** est similis **duobus**, quia mouetur a propositionibus ad conclusionem, ab identitate ad extraneitatem; et forma **animae sensibilis** est similis **tribus**, quia est apprehendens corpus, quod est trium dimensionum, per medium trium, quae sunt color figura motus; et forma **naturae** est similis **quatuor**, quia natura habet quatuor uires. et omnino cum consideraueris omnia ea quae sunt, inuenies ea ordinata et constituta secundum naturam numeri, et inuenies omnia cadentia infra formam intelligentiae, quae est unitas, ideo quia omnis numerus cadit sub uno; et propter hoc forma intelligentiae et eius essentia est collectiua omnis rei et comprehendens omne.

D. Iam manifestum est mihi ex omnibus praemissis quod non est **forma nisi unitas**. sed quid sequitur hoc?

M. Sequitur hoc quod **forma uniuersalis sit impressio ab uno uero, altissimo, infusa in tota materia et continens illam**; ideo quia unitas prima est unitas uera et

---

p. 239,5—17 = Falaqera IV, §. 19. 239,20—240,15 = Falaqera IV, §. 20.

---

1 intellectiuam *C*, intelligentia *M* 2 quia] quae *CMN* infra] ita *M* 4 quanda *C* 5 intellectiuae *C* 6 et] quia *C* 7 rationalis *om. CMN. quoniam etiam apud Falaqeram illa uox omittitur, fortasse a codicis A scriptore ex coniectura addita est* est *om. ACM* quia] et *C* a propositionibus *om. C* 8 extrarietatem *A*, contrarietatem *M* 10 dimensionum per medium trium *om. N* 11 figura motus color *C* et] quia *C* similis est *C* 12 quatuor uires] *cf. p. 184,14—15* et] quia *C* omnino cum] si omnino *AC* 13 ea *om. C* quae sunt inuenies ea *om. N* 14 omnia] ea *C* formam] naturam *M* 15 intellectiuae *C* ideo quia] eo quod *C* 16 sub] ab *N* intellectiuae essentia] natura *M* est] et *A*, *post 17* collectiua *transp. C* 17 omne] esse *M* 18 omnibus *om. C* quod] quia *M* 19 *post* unitas *add.* ideo quod numerus cadit sub uno *C*, *quibus uerbis glossema contineri apparet* hoc *om. CN* 20 hoc *om. N* 21 uero] sic ab *C* 22 ideo] uel *M* est prima *C* uera et] namque *C*

agens per se ipsam, unde opus est ut sit haec unitas sequens eam; et hoc est initium numerorum numeratorum. et haec est forma uniuersalis constituens essentiam uniuersalitatis specierum, scilicet speciem uniuersalem quae dat unicuique specierum suam essentiam, et omnes species conueniunt in intellectu eius, ideo quia omnes species substantiarum simplicium et compositarum, non potest esse quin unaquaoque habeat formam constituentem essentiam suam. et hic intellectus qui omnes constituit est forma uniuersalis, scilicet unitas sequens unitatem agentem. et propter hoc dictum est quod forma retinet materiam et perficit eam, quia forma est unitas, et unitas erat retinens omnia et constituens omnia, quia erat collectiua essentiae in qua est et unitrix illius, scilicet retinens illam ne spargatur et ne multiplicetur. et propter hoc dictum est quod **unitas communis est omni rei, et est in omni re.**

D. Quomodo dicitur quod **forma constituens materiam est ex impressione unitatis agentis?**

M. Secundum quod **forma creata est**, scilicet quia forma est, et **esse non est impressio**, quia impressio eget sustinente, et esse non praecedit substantiam; et postquam non est impressio, est creatio; et quando esse fit creatione, et esse est proprium formae: constat per hoc quod **forma creata est.**

14. D. Iam intellexi ex praedictis quod **forma est unitas impressa ab unitate prima.** unde redeamus ad id in quo eramus, scilicet ordinare formas multiplicatas et unire, sicut fecimus in materiis, donec assignetur per hoc quod dixisti, scilicet **quod omnes formae conueniunt in una forma quae est prima.**

---

1 *post* per se ipsam *Falagera glossema addit:* כלומר שאינה פועלת מצד דבר אחר *i. e.* hoc est quae non agit per aliam rem 2 eam] ipsam *C* numerorum] unorum numerorum *A*, unorum *M* haec] hoc *N* est *om.* *C* 5 eius intellectu *C* 7 unaquaque *C* 8 qui] quod *C* 10 dictum est] *cf. p.* 235,19—26 perficit] ficit *M* 12 et constituens omnia *om.* *M* essentiam *M* 13 unitrix] nutrix *CN* illam] eam *C*, illa *N* ne (*post* et) *om.* *C* 14 propter] per *C* quod] quia *M* 15 omni (*ante* rei)] omnis *C* 18 quia] quod *AC* 19 impressio (*post* est)] pressio *C* 20 substantiam] subiectum *CM* 21 creatione] creatio est *C* 22 *ante* constat *add.* et *M* 23 ex praedictis *om.* *C* 24 prima] propria *M* 25 forma multiplicatas (*sic!*) *M* sicut fecimus] *cf. p.* 227,23—228,2 27 forma] forma *ex* forma *M*, *om* *C* 27—28 quae est] quaeque *N*

M. Iam patuit ex praemissis quod essentia uniuscuiusque materiae et formae non est nisi debito alterius.

D. Certe iam patuit hoc.

M. Quandoquidem debuit hic esse materia uniuersalis, oportet etiam ut hic sit forma uniuersalis, quia non est materia non-formae et non est forma non-materiae.

D. Manifesta hoc amplius.

M. Potest esse ut inueniatur aliquid de materia uniuersali abeque forma?

D. Quomodo potest hoc inueniri, cum non dicatur materia habere esse nisi propter formam? sed puto quod cum forma aliqua destruitur, quia materia remanet, quod materia iam erat exspoliata a forma.

M. Remansit materia exspoliata a forma, quando destruitur aliqua formarum?

D. Non.

M. Ergo non debet propter hoc quod materia erat absque forma nec quod aliquid eius erat exspoliatum a forma.

D. Certe hoc non debet dici.

M. Scias ergo per hoc quod uniuersitas formae infusa est uniuersitati essentiae materiae, penetrans omnes partes eius, ad modum luminis penetrantis uniuersitatem essentiae aëris et ad instar coloris penetrantis totalitatem essentiae corporis et quantitatis quae est infusa in essentia substantiae.

D. Non nego quod forma infusa est in tota materia et penetrans illam; sed nego formam unam esse uniuersalem.

M. Quid te inducit ad negandum hoc?

---

p. 241,20—24 = Falaqera IV, §. 21.

---

1 *ante* Iam *add.* Certe *C* ex praemissis *om.* *C*; *ad sententiam cf. p.* 233,*18—19* 3 hoc *om.* *C* 6 non-materiae] non est materiae *N* 8 M. *om.* *C* 11 propter] per *AN* 12 destruitur] destraitur *A* 12—14 quia materia . . . quando destruitur *om.* *C* 12 remanet quod materia *om.* *N* quod] quia *A* 14 a *om.* *N* 15 forma *N* 17 non *om.* *N* debet] oportet *N* *post* debet *add.* dici *A*, *add.* ergo *N* 18 a *om.* *AM* 20 uniuersitas] unitas *N* 21 uniuersitati] unitati *N* penetrantis *N* 22 uniuersitatem] unitatem *N* 22—23 aëris . . . totalitatem essentiae *om.* *N* et *om.* *C* 23 ad instar] adistar *M* 24 quae est] quaeque *N* essentiam *C* 25 est infusa *N*, infusa *om.* *C* 27 induxit *MN*

D. Quia uideo formas corporum sensibilium diuersas a formis substantiarum intelligibilium, et similiter uideo formas substantiarum intelligibilium diuersas inter se, et etiam uideo quod aliqua forma cohaeret materiae ita quod non potest separari ab ea ullo modo, et uideo alias separari ab ea: quomodo dicam quod omnes hae formae una sunt, cum sint diuersae et separatae a se?

M. Videtur tibi quod, quia formae sunt diuersae, idcirco non sunt una. et ipsae omnes conueniunt in intellectu formae, et **diuersitas et diuisio quae accidit formis non est propter formam in se ipsa, sed propter materiam quae eas sustinet.** hoc est quia, postquam hic est unitas prima pura, indiuisibilis, agens per se ipsam, debet ut sit hic unitas sequens eam hylearis, diuisibilis; et haec est forma uniuersalis sustentata in materia uniuersali. et debet ut haec unitas per hoc sit multiplicabilis et diuisibilis, propter materiam quae eam sustinet, etsi sit in se una. et non debebat ut haec unitas esset hylearis, nisi quia est sequens unitatem primam, hoc est quia creata est ab ea. et quia haec unitas, scilicet forma uniuersalis, fuit hylearis, diuisa fuit propter materiam quae eam sustinebat, non propter se ipsam. — Et manifestatio huius est haec. postquam forma est **lumen purum**, propter diuisionem suam et multiplicationem debilitatum est lumen infusum et turbidum factum est et crassum; et omnino mutatum est medium eius a primo eius et postremum eius a medio eius, et non est hic nisi materia et lumen infusum in ea, scilicet forma. constat per hoc quod debilitas et turbatio et crassitudo et om-

---

2—3 intelligibilium . . substantiarum intelligibilium *om.* *N* 3 inter se diuersas *A* et] quia *C* etiam] similiter *N* 4 *ante* aliqua *add.* etiam *N* aliqua] alia *A* 5 nullo *C* 6 hae *om.* *A* 9 et] quia *C* omnes ipsae *C* 10 quae] non *N* 11 ipsam *N* 12 eam *M* hoc] haec *N* hic] haec *AM* 13 indiuisibilis] non diuisibilis *A*, non diuisi *C*, et indiuisibilis *N* debet] oportet *N* hic] haec *A*, ibi *C* 14 ylearis *ACMN (ut constanter)* haec] hoc N, *om.* *M* 15 et] quia *C*, *om.* *N* debet] oportet *N* 15—16 per hoc] scilicet *C* 16 eas *C* 17 etsi] si *C* una in se *M* 17—19 haec unitas . . . et quia *om.* *C* 19 unitas haec *M* 20 fuit] sit C 21 sustinet *C* huius *om.* *M* 21—22 haec est *A*, hoc est *N* 22 postquam] post *N* 23 multiplicatione *N* 23—24 factum est turbidum *M*, est *om.* *C* 24 omnino] ideo *C* 25 eius (*ante* a primo) *om.* *C*. est *om.* *A* 26 hic] hoc N 27 quod] quia *A*

nino tenebrositas quae accidit lumini materiae infuso non est nisi propter materiam, non propter lumen in se ipso. — Et propter hoc accidit quod una substantia est sapientior alia et perfectior, scilicet propter spissitudinem materiae et turbationem, non propter formam in se ipsa, quia scientia et cognitio ex forma est, non ex materia, quia forma est lumen purum, et materia e contrario, et quo fuerit materia subtilior et superior propter diffusionem luminis in illa, fiet ipsa substantia prudentior et perfectior, sicut intelligentia et anima; et e contrario [et] materia, quo magis descenderit, non fit spissa nisi propter elongationem luminis quod est infusum in illa et propter multiplicitatem partium eius. — Exemplum autem huius est sicut aër, quo magis elongatur a uisu, impeditur uisus ab intuendo in eum, et non apprehendit formas uisibiles quae sunt post eum propter densitatem et multiplicitatem partium aëris, et constringitur aër et corporatur et fit impedimentum [uel obstaculum] inter uisum et uisibile; et e contrario, quo magis appropinquauerit uisui, penetrabitur uirtute uisibili et rumpetur. similiter et lumen quod est diffusum in hyle; hoc est quia hyle, quo magis descenderit, constringitur et corporatur, et partes eius mediae prohibebunt ultimas partes perfecte penetrari lumine. similiter dicendum est de omnibus partibus materiae, hoc est quia non est possibile ut tantum luminis penetret partem secundam quantum primam, nec ad tertiam tantum luminis peruenit quantum ad

---

1 lumine *N* infusae *C* 3 substantia] sapientia *N* alia] altera *C* 5 ipsam *M* 6 quia] et *N* 8 in] cum *C* illa] ea *M* 9 intellectiua *C* et (*ante* materia) *om. C. sane delendum est; sed cum etiam Falaqera interpretetur:* ובהפך ואמנם היסוד (*i. e.* et contrario, et profecto materia), *uitium ipsi interpreti Latino tribuendum uidetur; cf. Munk l. c. p. 80,1. omisit illud* et *Gundissalinus in suo de unitate libello, in quem hunc locum, quamuis non ad uerbum, transtulit (p. 8,13 ed. Correns)* 10 descendit *MN* fit *om. C* 11 illa] ea *C* 11—12 partium eius multiplicitatem *C* 14 eam *C* 15 constringit *N*, astringitur *C* 16 uel] et *C. uerbis* uel obstaculum *altera interpretatio eiusdem uocis Arabicae contineri uidetur. Falaqera:* ויהיה חוצץ] 17 quo *om. N* 18 penetrabiliter *M* 19 est (*post* quod)] fuerit *C* est (*post* hoc) *om. N* 20 constringetur *A* 20—244,4 et partes . . . propter se] *apud Falaqeram haec in pauca coguntur. pleno Auencebrolis loco usus est Gundissalinus, de unitate p. 8,14—24 ed. Correns* 22—244,1 de omnibus . . . dicendum est *om. C* 22 (*post* hoc) *om. N* 23 secundam quantum *om. N*

mediam; similiter dicendum est de ceteris partibus, donec peruenlatur ad partem inferiorem ex illis, quia partes mediae prohibent lumen penetrare alias et lumen debilitatur tunc propter materiam, non propter se. — Certitudo autem huius haec est, quia cum res fuerit pura magis, seruabit speciem suam fortius et manifestius, donec cum alio commixta illud agat in ea et permutet a puritate et claritate in qua erat. similiter dicendum est de lumine quod est infusum in materia, hoc est quia, quo fuerit purius et clarius et liberius a materia, erit perfectius et fortius. similiter etiam, quo magis fuerit commixt*um* clariori parti materiae, amplius seruabit speciem suam, et est fortius et firmius quam illud quod est commixtum crassiori parti eius. — Ac per hoc constabit quod mutatio quae cadit in lumen diffusum in materia non est nisi propter materiam, non propter lumen in se; ad similitudinem luminis solis, quando permiscetur tenebris, aut pann*i* subtil*is* alb*i*, quando induitur a corpore nigro, quia occultabitur candor propter abundantiam nigredinis; uel ad similitudinem luminis penetrantis tres uitreas, scilicet quia uitrum secundum minus habet luminis quam primum, et tertium minus quam secundum; et constat quod non est hoc ex debilitate luminis, sed propter uitra prohibentia penetrationem luminis, quia sunt corpora spissa. et secundum hanc considerationem debet ut diminutio luminis substantiarum et diuersitas non sit propter lumen in se, sed propter materiam, quia est corporalis comparatione formae, sicut iam praedictum est. et postquam hoc sic est, constat quod lumen in se unum quid est; et inferior pars eius talis est in essentia, qualis superior, et acci-

---

3 tunc debilitatur *A*, tunc *post* materiam *transp.* *C* 4 autem] ante *N* est haec *C* 5—6 fortius et manifestius *om.* *C* 6 donec] *Falaquera:* ו, *i. e.* sed in ea agat *M* 7 claritate et puritate *CM* 8 diffusum *N* 10 commixtum *scripsi:* commixta *ACMN* 11 seruabis *M* et] quia *C* fortius est *N* 13 constabit] stabit *N* 14 non (*ante* propter)] et non *N* 16 panni subtilis albi *scripsi:* panno subtili albo *ACMN* 17 occultabatur *C* 18 uitreorum *C* 20 quod] quia *MN* 21—22 penetrationem luminis prohibentia *C* 22 corporalia *CN* et] quia *C* 23 debet] oportet *N* luminis] *Falaquera* צורות, *i. e.* formarum 24 lumen in se sed *om.* *N* 25 comparatione] corporatione *N* iam *om.* *A* dictum *C.* *ad sententiam cf.* *p.* 243,1—2 27 *post* est *add.* etiam *A* *post* qualis *add.* est *A*

dit ei turbiditas, sicut accidit lumini transeunti per multa uitra, et sicut accidit etiam lumini quod a sole descendit in aërem non clarum, quia lumen in tali aëre mutatur, et etiam non est eius uirtutis et perfectionis, sicut si aër esset clarus.

15. D. Quomodo potest esse ut, cum materia agit in formam, sic permutet eam et sic diuersificet eam, cum ipsa sit una in sua essentia?

M. **Quo magis elongatum fuerit lumen ab origine, erit debilius et spissius.** et non accidit ei hoc, nisi quia initium habet in uirtute et essentia, quia creata est a factore primo, excelso et sancto; quia omne quod initium habet, finem habet sine dubio, et, quod aperte est notum, finis omnis rei non est sicut principium eius. ac per hoc oportet ut lumen, quo remotius fuerit a principio quod est fortius, et propinquius fini qui est debilior, erit debilius, donec perueniat ad ultimum finis, et tunc ibi sistet.

D. Videris contrarius esse uerbis tuis primis quibus dixisti quod lumen non permutatur propter se, sed propter materiam, et nunc dicis quod lumen, quo propinquius fuerit suae origini, erit fortius et perfectius, et quo remotius a sua origine, erit debilius et imperfectius.

M. Si tu attendisses certitudinem utriusque dictionis, non diceres eas esse contrarias, quia dictio prima significat permutationem luminis secundum comparationem eius ad materiam, id est cum adiungitur ei, et dictio secunda significat permutationem luminis in se, absque coniunctione eius cum materia.

---

1 turbiditas] impeditas *C* accidit *om.* *C* multa *om.* *N* 2 etiam *om.* *A* *post* etiam lumini *add.* transeunti *AN* 3 in tali] intelligi *N* etiam et *MN* 4 aër clarus si esset *C* 5 agit] generat *C* 6 mutat *C*, permittet *N* eam (*post* permutet) *om.* *A* eam (*post* diuersificet) *om.* *C* 10 initium] unitum *C* 10—11 in uirtute . . . initium habet *om.* *C* 10 *ante* essentia *add.* in *M* 11 *ante* excelso *add.* et *M* quod] quia *N* *ante* finem *add.* et *C* 12 habet *om.* *C* aperte] apud te *M* notum est *C* 13 ut] quod *AM* 14 *post* principio *add.* eius *C* 14—15 propinquius fini] propinquissimi *M* 16 sistetur *M*, cistet *N* 17 uerbis tuis primis] *cf. p. 243,1—2; 244,22—25* 18 mutatur *N* materiam] suam naturam *C* 19 nunc] non *N* 20 sua] suo *C*, suae *N* 22 attendisset *N* 23 significat] signat *N* 24—26 secundum . . . permutationem luminis *om.* *N* 25 ei *om.* *M* et] quia *C* 26 in] per *A*

D. Postquam forma non multiplicatur nec diuersificatur, nisi propter multitudinem materiarum, cur una hyle habet diuersas formas, sicut quatuor elementa?

M. Hae formae diuersificatae sunt duobus modis: uno propter diuersitatem spatii quod habet ipsamet hyle, sicut diuersitatem ordinum simplicis hyle; secundo propter debilitatem luminis et turbiditatem, quando uestitur materia et miscetur cum ea. ergo iam manifestum est tibi ex omnibus praemissis quod diuersitas formarum non prohibet quin sint una in semet ipsis, quia non est earum diuersitas propter se ipsas, sed propter materiam quae sustinet eas. ergo quomodo post haec poteris negare unitatem formae et dubitare de hoc, quia uides earum diuersitatem et diuisionem, cum tu iam concesseris quod diuersitas materiarum non prohibet quin conueniant in sensu materialitatis et fiant omnes una materia?

D. Non fuit prohibitum apud me quod omnes materiae redigerentur ad unam materiam, eo quod omnes sunt formae materiae primae simplicis, quae est materia omnibus illis. sed hoc non possum dicere de formis diuersis, eo quod hae formae non possunt redigi ad unam formam.

M. Commouisti me ad risum hac dictione. numquid non es memor praemissarum probationum probantium quod omnes formae inferiores habent esse in superioribus, et quod substantia, quo magis alta et clarior fuerit, erit eius forma magis collectiua formarum et magis comprehendens illas; sicut substantia, quia fuit subtilis, sustinuit quantitatem et quicquid est in ea figurae et coloris; sicut anima sensibilis, quia fuit subtilior

---

p. 246,22—247,6 = Falaqera IV, § 23.

---

1 forma *om.* *N* 2 multitudinem] multiplicationem *A*, similitudinem *N* 4 *post* uno *add.* modo *M* 5 ipsamet] ipsam et *C* 6 simplicius *M* secundo] sed *C* 7 turbiditatem] turpitudinem *C* 8 tibi ex omnibus praemissis *om.* *C* 9 semet] se *C* 10 diuersitas *om.* *N* 11 eas sustinet *C* 12 et dubitare de hoc *om.* *C* 14 materiarum] naturarum *N* *ante* sensu *add.* uno *M* 17 redigentur *C* materia *N* 18 *post* materiae *iterum add.* formae *N* simplicis *om.* *C* materia *om.* *N* 21 nuncquid *N* 23 inferiores *om.* *M* quod *om.* *A* 24 quo magis fuerit altior *(sic!)* et clarior *C* clarior] clamor *N* 25 formarum *om.* *C* 26 fuit *om.* *N* sustinuit] constituit *N* quantitate *M*

quam substantia, recipit formas rerum sensibilium et est sustinens eas propter subtilitatem suae essentiae et propter subtilitatem formarum sensibilium; et sicut anima rationalis sustinet substantiam et quicquid formarum est in ea; et sicut intelligentia est sustinens omnes formas quae sunt infra eam; et sicut materia prima uniuersalis est sustinens formam totius absolute? uides tu, qui sic philosopharis, quod praeter praemissas probationes assignaui etiam quod **omnes formae rediguntur ad unam formam, sicut et materiae?** uide si hoc tibi sufficiat, an non.

D. Sufficit, et gaudeo gaudio magno.

M. Nonne patuit tibi quod **inferius defluxum est a superiori, et quod sphaerae corporales deductae sunt a spiritualibus sphaeris?**

D. Iam patuit hoc mihi satis.

16. M. Addam tibi nunc etiam ad hoc explanationem; hoc est quod mundus corporalis compositus exemplum est mundi spiritualis simplicis, et quod inferius est de mundis simplicibus exemplum est altiori ex illis, donec peruenitur in hoc ad mundum simplicem uerum. etiam sume exemplum ad hoc ex aliqua forma corporali quae uidetur a uigilanti, quia hae formae corporales exemplum sunt animalium formarum apprehensarum in somno; similiter formae animales apprehensae in somno exemplum sunt formarum intelligibilium interiorum.

---

p. 247,17—24 = **Falaqera** IV, §. 24.

---

1 recepit *A* formam *A* 1—5 formas . . . sustinens omnes *om.* *M* 2 eas] illas *N*, *om.* *C* *post* eas *iterum add.* sicut substantia, quae (*l.* quia) fuit subtilis, sustinuit quantitatem *C* (*cf. p.* 246,25—26) essentiae suae *N* 4 et (*ante* sicut)] quia *C* intellectiua *C* 5 sustinent *N* et] quia *C* 7 qui] quod *CM* philosofaris *C* praeter praemissas] praemiseris *A* 8 *ante* assignaui *add.* quas *A* etiam] et *A* 9 si] an *AMN* 11 gaudeo gaudio] gaudio gaudeo *C*, gaudio gaudio *N* 12 *post* tibi *add.* hoc *C* 13 superiore *A* sunt deductae *M* 15 mihi hoc *CM* 16 nunc tibi *C* ad hoc] adhuc *A* 18 mundi simplicis *C* 19 perueniatur *C* in] ad *A* ad] in *A* 20 simplicem] spiritualem simplicem *A*, spiritualem *C* etiam sume] consume *M*, et et sume *N* aliqua] alia *A* 21 uichilanti *M* quia] quod *AC* 22 animalium (*i. e.* quae sunt in anima animali; *Falaqera*: הנפשיות)] aliarum *C*

D. Quam bene exemplificasti de sphaeris spiritualibus et corporalibus!

M. Ergo oportet ut formae inferiores sint defluxae a formis superioribus; et sic erit forma substantiarum corporalium inuenta in forma naturae, et forma naturae inuenta in forma animae, et forma animae inuenta in forma intelligentiae.

D. Intellectus iste multum difficilis est; unde declara mihi eum amplius.

M. Signum quod formae sensibiles sunt in formis intelligibilibus est ostensio uarietatum colorum et figurarum in animalibus et herbis et lapidibus ex impressione animae et naturae in illis; similiter demonstratio depictionum, colorum et figurarum, et omnino ostensio omnium figurarum artificialium ex anima rationali.

D. Fortasse hae formae non sunt in compositis nisi ex coniunctione elementorum secundum aliquam proportionem, non ex impressione substantiarum simplicium.

M. Si hae depictiones, colores et figurae fierent ex elementis, semper haberent esse in compositis ex eis uno modo, et non diuersificarentur composita in depictionibus, coloribus et figuris, sicut diuersificantur in recipiendo impressiones substantiarum.

D. Vides quod, si formae et figurae sensibiles particulares sunt defluxae a substantiis particularibus simplicibus, quod de-

---

p. 248,3–6 = Falaqera IV, §. 25. p. 248,9–22 = Falaqera IV, §. 26.

---

3 Ergo] Modo *N* ut] quod *C* defluxae sint *N* 4 superioribus *om.* *N* corporalium] spiritualium *CMN* 5 inuenta *post* naturae *transp.* *M* naturae (*ante* et)] materiae *C* et forma naturae *om.* *C* 6 Intellectiuae *C* 7 iste] ille *A* mihi *om.* *C* 10 *post* ostensio *add.* omnium *C* figurarum uarietatum et colorum *C*; *ante* colorum *add.* et *MN* 11 herbis] arbis *C* 12 *post* similiter *add.* et *N* depicturarum *C*, depinctionum *M* colorum *C* 13 et omnino ostensio omnium figurarum *om.* *M* omnino] ideo *N* ostencio *N* 15 formae] figurae *C* 18 depictiones] dispositiones *M* 20 diuersificatur *A* composita] elementa *C* depinctionibus *M* et] cum *M* 21 diuersificatur *A* 24 substantiis] suis *M* quod] quia *M*

beat ex hoc ut formae uniuersalium substantiarum sensibilium sint defluxae a formis substantiarum uniuersalium simplicium?

M. Non debet nisi hoc, eo quod pars signum est totius. et omnino concessio quod sphaerae corporales defluxae sunt a sphaeris spiritualibus cogit etiam concedere hoc.

D. Quid dices de forma inferiori corporali, an habet esse in forma superiori spirituali secundum suam affectionem, aut secundum aliam?

M. Vere, quia omnes formae inferiores habent esse in formis superioribus esse simpliciori et subtiliori, quod apparet in esse corporum et formarum suarum subsistentium in uirtute imaginante, quae est una ex uiribus animae, etsi sint absentes a sensu; amplius autem hoc esse omnium formarum subsistentium in intelligentia.

17. D. Iam assignasti mihi quod formae **sensibiles** defluxae sunt a formis intelligibilibus. assigna etiam **defluxionem omnium substantiarum intelligibilium aliarum ab aliis.**

M. Iam collegimus ex praemissis probationibus quod formae substantiarum sensibilium defluxae sunt a formis substantiarum intelligibilium, et quod formae substantiarum intelligibilium defluxae sunt aliae ab aliis. ergo memor esto illarum. sed etiam nunc repetam hoc quod ibi dixi, hoc est quia signum quod unaquaeque formarum intelligibilium defluxa est a forma quae est superior se, est similitudo quae est inter has substantias in suis actionibus; et postquam actiones earum similes sunt, sicut constat apud te ex praemissis, et istae actiones fiunt a for-

---

p. 249,9—13 = **Falaqera** IV, §. 27.

---

2 substantiarum *om.* *C* 3 eo *om.* *N* 5 hoc concedere *C* 6 dicis *AM* inferiori] in superiori *M* habeat *M* 10 subtiliori et simpliciori *N* 11 suarum formarum *M*, suarum *om.* *C* 12 quae] quia *C* uiribus] uirtutibus *C* etsi] et *C* 13—16 subsistentium . . . substantiarum intelligibilium *om.* *C* 13 in *om.* *N* 16 substantiarum *om.* *N* 17—20 M. Iam . . . aliae ab aliis *om.* *C* 17 colligimus *M*, collegamus *N*. *ad sententiam cf. tr. III. c. 17 sqq.* 18—20 a formis . . . defluxae sunt *om.* *N* 18 formis] forma *A* 19 substantiarum intelligibilium formae *M* 20 aliae *om.* *AM* 21 nunc] tunc *C* repetam hoc] hic repetam *M*, hoc *om.* *C* 22 formarum] substantiarum *M* defluxa est *om.* *N*; *addidit manus recentior* 23 est (*ante* superior) *om.* *C* substantias has *N*, has formas *M* 24 et] quia *C* eorum *C* 25 istae] illae *A* fiunt] sunt *CM*

mis harum substantiarum, patuit etiam tibi per hoc quod hae formae sibi similes sunt; et hoc probat quod aliae sunt defluxae ab aliis.

D. Vellem ut innueres hic de unaquaque formarum substantiarum intelligibilium, et assignares mihi locum similitudinis inter illas.

M. Forma intelligentiae apprehendit omnes formas et cognoscit eas; et forma animae rationalis apprehendit formas intelligibiles et cognoscit eas cum motu et transitu per eas, et hoc est simile actioni intelligentiae; et forma animae sensibilis apprehendit formas corporales et cognoscit eas mouendo totalitatem corporum locis, et hoc est simile actioni animae rationalis; et forma animae uegetabilis apprehendit essentias corporum et mouet partes eorum in loco, et hoc est simile actioni animae sensibilis; et forma naturae agit coniunctionem partium et attractionem earum et expulsionem earum et commutationem earum, et hoc est simile actioni animae uegetabilis. aut non uides quod, quia hae actiones sunt similes, debet ut et formae a quibus fiunt sint similes?

18. D. Debet ut sit hoc.

M. Quandoquidem hae formae sunt similes, nonne opus est ut aliae defluant ab aliis, sicut praedictum est, et ut quod perfectius et fortius est ex his substantiis, sit causa imperfecto et debili?

---

p. 260,7—19 = Falaqera IV, §. 28. p. 260,22—261,21 = Falaqera IV, §. 29.

---

1 tibi etiam *C* per hoc *om.* *C* 2 formae] figurae *M* similes sibi *C* defluxae sunt *N* 4 hic] hoc *AM* 5 mihi *om.* *M* similitudines *C* 7 intellectiuae *C* 8 *ante* animae *add.* est *A* formas *om.* *C* 8—9 formas intelligibiles] *Falaqera:* מקצת הצורות השכליות, *i. e.* partem formarum intelligibilium 10 hoc *om.* *C* intellectiuae *C* 11—12 mouendo totalitatem corporum locis] *cf. p. 186,13* 12 actionis *M* 13 essentiam *CM* 14 mouet partes eorum in loco] *cf. p. 186,12* 15 *post* animae *add.* in loco *C* forma naturae] *cf. p. 184,15* 16 attractionem] coniunctionem *C* 16—17 expulsionem earum et commutationem earum *om.* *C*, et expulsionem earum *om.* *N* 17 actioni *om.* *N* 18 aut] audit *C* quod *om.* *M* debet] oportet *N* et *om.* *C* 19 fiant *N*, *om.* *C* sunt *C* 22 desfluant *N* praedictum est] *cf. p. 249,15 sq.* ut *om.* *C* quod] quia *C*, *om.* N 23 imperfectio *N*

D. Debet ut sit hoc.

M. Postquam formae substantiarum simplicium et compositarum sunt infusae in essentiis earum, comprehendentes quicquid est earum, quamuis hae formae defluant aliae ab aliis, inferior scilicet a superiori, consequenter ab ultimo supremo usque ad ultimum infimum: cur non uides quod forma infusa est omnibus formis, ad similitudinem infusionis solis in aërem, et distensa a supremo usque ad infimum extensione continua, et iam impleuit materiam uniuersalem et comprehendit eam, et nulla eius pars et nullus locus est inanis et denudatus ab ea, sed uestitus ea? sed ordines eius diuersi sunt in materia, quia fuit ex ea in supremo lumen purum, et substantia quae sustinet illud fuit spiritualis, subtilis; similiter fuit ex ea in extremo inferiori lumen extinctum, adumbratum, turbidum, et substantia quae sustinet illud fuit corporalis, spissa; et media extremorum fuerunt, secundum mutationem luminis et spissitudinem materiae pro elongatione et propinquitate. unde cum tu consideraueris formam hoc modo, uidebis eam quod incipit spiritualis, perfecta, et post modum consequenter crassescit, donec peruenit ad infimum extremum; et uidebis tunc motum hic deficientem, et formam quiescentem.

D. Certe uidi hoc, sicut dixisti. sed quae est causa diuersitatis quae cecidit in formam?

M. Causa in hoc est elongatio formae ab origine, sicut praedictum est.

D. Repete nunc hic quod praedictum est.

---

1 Debet] Oportet *N* 3 sint *N* 5 scilicet *om.* *C* usque *om.* *A* 6 ad] in *N* 8 distensa] diffusa *C* continua] contigit *A* 10 nullus *om.* *C* *post* locus *add.* eius *C* 11 sed uestitus ea *om.* *N* *post* uestitus *add.* ab *C* 12 ex] ab *N* purum] *Falaqera* טהור גמור *i. e.* purum, perfectum 14 obumbratum *C* 15 substantia] subiecta *N* et] quare *A*, quia *C* 16 fuerunt *om.* *C* immutationem *A* *post* mutationem *add.* fuit *C* 18 consideraueris] consitaueris *C* formae *M* eam *om.* *N* 19 post modum] postea *C* crassessit *A*, deficit *C*, crascescit *M*, crescit *N* 20 infimum] ultimum *M* et] quod *C* tunc] esse *A* motum *om.* *C* 22 sicut] quod *C* quae est] quaeque *N* 23 forma *M* 24 Causa in hoc] Haec *A* 25 praedictum] dictum *C*. *ad sententiam cf. p. 245,8 sqq.* 26 hic *om.* *C*

19. M. Iam feci te scire per praemissa quod quia forma prima est unitas secunda, patiens a prima unitate agente, et non fuit prima unitas agens nisi per unitatem numeri: debet idcirco quod unitas patiens ab ea sit quasi unitas numeri, hoc est, debet ut sit multiplicabilis et diuisibilis. et debet propter hoc ut haec unitas multiplicetur et diuersificetur. unde multiplicatur numerus formarum propter multiplicationem eius et uariatur propter diuersificationem eius. causa autem in hoc est, quia ipsa uestit materiam, et elongatur ab origine unitatis.

D. De hoc fuerat primum mea dubitatio, scilicet quomodo lumen defluxum a uoluntate potest aliud alio esse propinquius origini, et quomodo una res potest alia re esse propinquior rei quae non habet finem suae essentiae nec uirtutis suae, nec habet locum, nec comitatur rem, aut quomodo inter illam et aliquam ex rebus possunt esse media, cum ipsa non habeat terminum, quia non habet initium nec finem, et non est ipse nisi ipsemet.

M. Propter quod tu dubitasti in hac intentione, hoc est, quia posuisti uoluntatem infinitam; quia etsi uoluntas infinita est considerata tantum secundum essentiam absque actione, tamen non debet esse infinita secundum formam, quae est defluxa ab ea; hoc est, quia actio eius est finita, unde habet initium, et quia forma incipit ab ea: debet ut ipsa sit finita in principio suae actionis et in principio for-

---

p. 262,1—9 = Falaqera IV, §. 30.

---

1 feci te scire] *cf. p. 239,22 sqq.* 1—2 est prima *C* 3 nisi *om. N* nisi per unitatem numeri] *Falaqera:* כאחדות המספר, *i. e.* sicut unitas numeri iccirco *N* 4 quasi] qualis *A*, quod *C* debet] oportet *N*, *om. A* 5 debet] oportet *N* 5—6 haec unitas *om. N* 6 multiplicetur] multiplicem *N* unde multiplicatur *om. C* multiplicetur *N* 7 multiplicationem] multitudinem *C*, mltitu̅ *N* uarietur *N* 8 diuersitatem *CN* in *om. C* 10 fuierat primum *C*, primum fuerat *M* 12 potest una res *M* 14 comitatur] communicantur *N* 15 cum] et cum *N* 16 terminum] medium *C* quia] et *N* neque *N* 17 est *om. N* 18 tu *om. CM* 19 etsi] etiam si *C* 19—21 infinita . . . debet esse *om. N* 21 tamen] tm̅ (*i. e.* tantum) *C* debet] decet *C* esse *om. C* 22 quae est] quaeque *N* defluxa est *M* *post* actio *add.* non *C* 23 finita] infinita *M* quia *om. N* debet] oportet *N* 24 in (*post* finita)] a *C* suae actionis et in principio *om. N*

mae quae defluxit ab ea. ergo debet ut uoluntas sit media inter essentiam altissimam et formam quae defluxa est a uoluntate. sed quando intellexerimus uoluntatem non agentem, tunc non erit media nec finita, sed ipsa et essentia idem. — Quandoquidem ergo uoluntas finita est secundum actionem suam, tunc non longe est a uero intellectu quod aliquod ex luminibus quae fluunt ab ea sit propinquius ei quam aliud, quia lumen quod fluit ab ea habet initium et consequitur eam, et ipsum initium est propinquius ei quam aliud; et ideo est quia quod propinquius fuerit initio erit et similius, et e contrario. et secundum hunc intellectum erit tibi facile intelligere media quae sunt inter uoluntatem et inter lumen quod est propinquius ex eis et lumen quod est remotius ex eis. — Debes autem ut caueas aestimare propinquitatem et coniunctionem corporalem, quia hoc te duceret in errorem; sed debes imaginari intellectum propinquitatis luminis ad uoluntatem, scilicet habere se ad eam sine medio. similiter etiam dicendum est de propinquitate ordinis luminum alius ad alios.

20. D. Iam patuit mihi ex praemissis quomodo lumen est propinquum origini et remotum ab ea. sed ostende nunc causam propter quam elongata est forma ab origine.

M. Quia forma habet initium, debet ut habeat finem. ac per hoc est necesse ut sint diuersi ordines medii inter duo extrema, propter diuersitatem eorum in perfectione et in imperfectione.

D. Quid est signum quod forma habet initium?

M. Quia forma deprehenditur esse finita per sensum. forma enim finita est, quia est finis corporis. similiter etiam

---

1 defluxit] est defluxa *C* debet] oportet *N* 4 finita nec media *C* 7 defluunt *A* quam] extra *C* 7—9 quia lumen . . . quam aliud *om.* *AC* 7 quia] qui *N* 10 et similius] consimilius *M* e contrario] e conuerso *M* 11 facile erit tibi *M* 12 est *om.* *N* 13 remotius est *A*, est *om.* *N* 14 coniunctionem] remotionem *A* 15 deduceret *M* 17 etiam] et *N* 18 luminum] lum̄ *C* alius] alicuius *N* ad alios (*sc.* ordines)] ab alio *A*, ab alios (*sic!*) *N* 22 debet] oportet *N* 23 est *om.* *M* 24 eorum *M* 26 Quid *scripsi*: Quod *ACMN* 27 Quia] Quod *ACM* per sensum finita *C*, finita perfusum *M*

est in intelligentia, quia forma intelligentiae est prima formarum, et est initium omnis formae; sed est finita secundum quod habet esse ab eo qui eam creauit, et quia coniungitur materiae. et defectus luminis in ultimo substantiarum et absentia eius omnino significat quod initium habet; et hoc facit debere quod creata est, et quod forma finita est et terminata.

D. Si forma habet initium, quid prohibet quod finis eius non est sicut eius initium?

M. Si finis eius esset sicut initium, unum esset, non habens diuersitatem. sed hoc non est possibile, propter applicationem eius ad materiam quae sustinet eam.

D. Quomodo est hoc?

M. Nonne uides quod forma mutatur, cum materiae coniungitur, et fit aliud cum materia, quam erat super materiam; quamuis forma non meruit hoc nomen, nisi quando facta est forma materiae? unde oportet ut hoc eueniat ei in spatiis materiae, quod accidit ei in principio materiae.

D. Habetur forma super materiam?

M. Dubitas quod lumen infusum in materia sit defluxum ab alio lumine quod est super materiam, scilicet lumine quod est in essentia uirtutis agentis? et hoc est uoluntas, quae eduxit formam de potentia ad effectum, quamuis omnis forma est in uoluntate in actu respectu agentis, nec dicitur esse in potentia, nisi respectu facti. et cum consideraueris uirtutem uoluntatis, et quid de formis habet in sua essentia, uidebis quod hoc quod materia uniuersalis acquisiuit ex ea,

---

p. 254,19—255,11 = Falaqera IV, §. 81.

---

1 in *om.* *CMN* intellectiua *C* intellectiuae *C* formarum] forma *A* 2 est (*post* et) *om.* *C* est (*post* sed) *om.* *N* 3 eam *om.* *AMN* 4 *post* luminis *add.* substantiarum *M* ultimis *A* 6 est creata *C* 7 quid] quod *M* 8 initium eius *MN* 9 una *C* 13 coniunguntur *N* 14 et] cum *M* aliud] aliquid *C* 15 non *om.* *N* meruerit *N* quando] quia *C* 16—17 unde . . . principio materiae *om.* *M* 16 ut] quod *A* 20 lumine *om.* *C* 21 hoc] haec *A* 22 formam *om.* *A* quamuis] quoniam *C* 24 dicitur] de *N* in] nisi *N* potentia nisi *om.* *C* factum *M* et] quia *C* 25 quid] quod *M* de formis] deformis *M* habeat *C* 26 quod] per *N*

scilicet omnes formas sustentatas in ea, licet luminosae sint, multae et magnae, comparatione eius quod habet uoluntas in se ex hoc est sicut quod acquisiuit aër ex lumine solis, quia lumen acquisitum et infusum in aërem comparatione luminis irradiantis quod est in essentia solis ualde paruum est. et haec est comparatio formae materialis ad formam uoluntariam.

D. Cur uocauerunt lumen secundum formam, et non primum?

M. Quia secundum sustinetur in materia, unde est forma ei, et lumen primum non sustinetur in aliquo, et ideo nulli est forma.

D. Ergo secundum hanc dictionem debet ut forma sit duae formae. una illarum forma quae est super materiam, altera quae est forma coniuncta materiae.

M. Immo debet ut formae sint tres: una earum forma quae est in essentia uoluntatis; et haec forma, licet uocetur forma, non est nisi innuendo eam et appellando; sed secundum ueritatem non est forma, quia non sustinetur in aliquo: sed quia eius essentia est praeter essentiam formae sustentatae in materia, debet ex hoc ut accipiatur separatim et innuatur appellatione, quia impossibile est ut forma intelligentiae, quae est in essentia uoluntatis, sit talis ante defluxum eius ab essentia uoluntatis et applicationem sui ad materiam, qualis postquam defluxit et coniuncta est materiae. secunda autem forma est forma coniuncta materiae in actu, quae est forma intelli-

p. 255,15—256,8 = Falaqera IV, §. 32.

1 *ante* omnes *add.* quod *N*   *post* sint *add.* in se *A*   3 est] et *N*   4 et *om.* *M*   radiantis *M*   5 paruum] purum *C*, parum *M*   est haec *C*   7 uocauerit *A*   9 Quia] Quod *A*   in materia sustinetur *C*   10—11 est nulli *A*   12 debet] oportet *N*   sint *M*   13 est] sit *C*   supra *C*   14 *ante* altera *add.* et *C*   forma *om.* *C*   15 M. *om.* *C*   debet] oportet *N*   earum] illarum *C*   forma] formarum *C*   17 inuendo *M*   eam] ea *M*   18 ueritatem] uirtutem *C*   19 essentia] essentiam *C*   est *om.* *C*   20 debet] oportet *N*   separatim] separatur *C*   inuatur *M*, minuatur *C*   *ante* appellatione *add.* in *M*   21 intellectiuae *C*   22 sit talis . . . essentia uoluntatis *om.* *C*   23 applicatione *M*   25—256,1 uniuersalis intellectiuae *C*, uniuersalis intelligentiae *M*

gentiae uniuersalis. tertia autem forma est forma opinata extra materiam, sed coniuncta materiae in potentia. ceterae autem formae continentur sub forma uniuersali. unde ne indigneris contra diuisionem Platonis de forma, quae est in tres modos: uno eorum est forma quae est in potentia, adhuc non in materia; secundo forma quae est in actu, coniuncta materiae, tertio forma elementorum, scilicet quatuor primae qualitates.

D. Quomodo est possibile ut dicatur quod forma uniuersalis est in essentia uoluntatis?

M. Si uoluntas est causa agens, tunc forma omnium in eius est essentia, quia forma omnis causati est in sua causa. sed causatum est in sua causa secundum formam quam habet; et res non sunt in essentia uoluntatis similiter, sed esse rerum in essentia uoluntatis non est nisi in quantum sunt causatae ab ea.

D. Iam patuit ex praemissis quod formae inferiores defluxae sunt a formis superioribus; et etiam quod omnes formae, etsi diuersae sunt et multae, tamen conueniunt in forma uniuersali colligente eas.

M. Hoc etiam amplius clarescet tibi, cum loquemur in quinto tractatu, qui est post hunc, de materia uniuersali et forma uniuersali per se, cum auxilio Dei et eius gratia.

---

p 266,11—16 = Falaqera IV, §. 83.

---

1 forma est forma] forma est *A*, est forma *C* 3 ceterae] certe *C* continetur *M* 4 digneris *N* diuisionem] dictionem *CN*; diuisionem *etiam Falaqera:* מחלוק אפלטון לצורה 5 una *M* 5—8 quae est . . . tertio forma *om.* *N* 8 tertia *C* quatuor *om.* *N* 11 M. Si uoluntas *om.* *N* 11—15 Si uoluntas . . . in essentia uoluntatis *om.* *C* 12 essentia est *M* 13 sed causatum est in sua causa *om.* *N*, in sua causa *om.* *A* 14 et *om.* *A* 15 *post* uoluntatis *add.* similiter *A* causatae] creatae *C* 18 superioribus formis *M* 19 tamen *om.* *N* formas uniuersales *M* 21 amplius *om.* *AC* 22 post hunc est *N* 23 et forma uniuersali *om.* *N* cum *om.* *C* auxilio *M*

TRACTATVS QVINTVS.

DE MATERIA VNIVERSALI ET FORMA VNIVERSALI PER SE.

1. D. Iam claruit mihi ex praemissis de inquisitionibus in quatuor tractatibus quos praemisisti quod in eis quae sunt, tam sensibilibus quam intelligibilibus, non est nisi materia uniuersalis et forma uniuersalis. singillatim et de hoc sit nostra intentio in hoc tractatu quinto. et expolia unamquamque earum ab alia, et ostende mihi scientiam de essentia uniuscuiusque illarum, et quid debeat de eis intelligi et quid de eis inquiri, ideo ut haec prima pars sapientiae sit mihi scala ad secundam et tertiam partem eius, id est ad scientiam de uoluntate et scientiam de essentia prima.

M. Si materia uniuersalis et forma uniuersalis sunt finis ultimus eorum omnium quae creata sunt, et hae sunt finis substantiarum in simplicitate et spiritualitate, ergo debes ut extenues animam tuam et adunes essentiam tuam et expurges imagina-

---

p. 257,7—18 = Falaqera V, §. 1.

1—3 Incipit liber quintus *A*; Incipit tractatus IIII[us] (*sic!*) *M in infima pagina;* Tractatus quintus ad loquendum de materia uniuersali per se *N*: *om. C.* *uerba* et forma uniuersali, *quae in codice N exciderunt, deprompsi ex p. 1,12; 12,22; 256,23* 7 sigillatim *CM* 8 sit] est *C* 8—9 expolia unamquamque *M* 9 earum] aliarum *C* 10 illarum] earum *N* et *om. M* quid] quod *M* 11 quid] quod *M, om. C* hoc (*sic!*) pars prima *N. ad sententiam cf. p. 9,24 sqq.* 12 id est] scilicet *AM* 14 sunt] sit *C* 15 sunt creata *A*, sunt *om. N* finis] similes *C* 16 extenuas *N* 17 imaginem *N*

tionem tuam, quo amplius potueris, et exspolies eam ab accidentibus corporalibus, et transcendas sensus et sensibilia, et ut intelligas quod uis tui intellectus est comprehendens omnia; et tunc comparabitur tibi scientia cuiusque earum, materiae scilicet uniuersalis et formae uniuersalis. ergo interroga nunc, quicquid uolueris, de his quae pertinent ad cognitionem materiae uniuersalis et formae uniuersalis.

D. Debes primum interrogare quomodo potest esse ut intellectus meus apprehendat unamquamque, materiae scilicet uniuersalis et formae uniuersalis, cum sit ipse compositus ex eis et cadens infra eas.

M. Proprietas est substantiae intelligentiae ut apprehendat materiam uniuersalem et formam uniuersalem, quia substantia intelligentiae est substantia uniuersalis simplex in extremitate simplicitatis et spiritualitatis, et propter hoc est diffusa in omnibus et unita cum omnibus. unde quando infunditur in materia uniuersali et forma uniuersali et unitur cum eis, apprehendit unamquamque illarum. et etiam quia materia uniuersalis et forma uniuersalis sunt essentia intelligentiae, affirmandum est quod intelligentia scit essentiam suam. unde constat quod intelligentia scit materiam uniuersalem et formam uniuersalem, ideo quia est sciens essentiam suam, et essentia sua est composita ex materia uniuersali et forma uniuersali.

D. Hoc erat in quo prius haesitabam, scilicet quomodo erat possibile ut intelligentia apprehenderet materiam uniuersa-

---

1 *post* amplius *add.* eius *M* poteris *C* expalies (*sic!*) *N* 2 sensum *N* 3 tui intellectus *om.* *N* 4 comparabitur *om.* *N* 8 Debes *AC* primo *AM* ut *post* meus *transp.* *C* 9 unamquamque] *i. e.* cognitionem (*r.* 6) 9—10 scilicet materiae *C* 11 eis] his *M* cadunt *C* 12 est] sed *N* intellectiuae *C* 12—14 ut apprehendat . . . intelligentiae *om.* *N* 13 materiam uniuersalis et formam uniuersalis *C* 14 intellectiuae *C* 15 spiritualitatis] sūp^lis *N* et] quia *C* 16 cum] in *C* infunditur] inprofunditur *M* 16—17 materiam uniuersalem *A* 17 et formam uniuersalem *A*, *om.* *N*, forma uniuersali *om.* *C* et (*ante* unitur)] cum *M* 17—18 et unitur . . . et etiam quia *om.* *C* 18 uniuersalis] prima *C* 19 forma uniuersali *C* intellectiuae *C* 20 intellectiua *C* suam] eius *C* 21 intellectiua *C* materiam uniuersalis *C* 23 et forma uniuersali *om.* *N* 25 intellectiua *C* materia uniuersalis *M*, uniuersalis *om.* *AN*

lem et formam uniuersalem, cum tamen sit composita ex eis; et non est mirum quod intelligentia apprehendat quae sunt infra eam, sed est mirum quod apprehendat ea quae sunt supra eam.

M. Non debes putare impossibile esse substantiam intelligentiae apprehendere quae supra eam sunt absolute, quia intelligentia scit quod supra se est, secundum quod est defixa in eo et existens per illud; hoc est quod, quandoquidem intelligentia est sciens essentiam suam, et scit per suam essentiam quod eget aliquo quod sustineat formam suam: inde scit quod supra se est aliquid quod sustinet ipsam, per quod est eius existentia et constitutio. et propter hoc dicemus quod forma intelligentiae scit materiam, eo quod est existens per eam et constituta ex ea; et omnino tunc intelligentia apprehendit materiam uniuersalem et formam uniuersalem, quando attendit differentiam unius illarum ab alia in sua essentia et contra formam intelligentiae. differentia autem uniuscuiusque illarum in essentia est ideo, quia natura materiae est praeter naturam formae in se ipsa; sed differentia eius contra formam intelligentiae est propter hoc quod forma intelligentiae scit se ipsam, et sciendo se ipsam scit se esse formam, et sciendo se esse formam scit quod sustinetur in materia, et quod materia quae eam sustinet est substantia eius.

2. D. Declara mihi diffentiam uniuscuiusque, scilicet materiae et formae, in quo est et quare est.

M. Materia differt a forma in eo quod altera est sustinens et altera sustentatum.

---

1 forma uniuersalis *M* 2 et] quia *C* intellectiua *C* apprehendit *CM* 3 est mirum *om. C* apprehendit *AM*, app̄ *C* ea *om. M* 5 substantia *M* intellectiuae *C* 6 sunt supra eam *C*, supra ea sunt *M* intellectiua *C* 7 se *om. A* defixa est *C* 8 intellectiua *C* 9 et scit per suam essentiam *om. N* 10 aliquo] alio *M* forma suam *C* inde] unde *C* 11 aliquid *om. C* *post* aliquid *add.* et (et *om. C*) defixa est in eo et existens per illud hoc *AC* (*cf. supra v. 7—8*) sustineat *N* ipsam] illam *C*, eam *M* quod] hoc *C* existentia] essentia *A* 12 et] quia *C* dicimus *AC* quod] quia *N* intellectiuae *C* 13 constitutio *M* 14 intellectiua *C* 15 *post* attendit *add.* materiam *N* illarum *om. N* 16 ab alia] ad aliam *A* sui essentiam *C* contra] circa *C* intellectiuae *C* 17 illarum] earum *N* ideo] idem *C* 18 naturam formae] formae materiam *N* 19 *et* 20 intellectiuae *C* 22 materia (*post* in)] materiam *N* quod] quae est *C* 25 in *om. C*

D. Si materia differt a forma in eo quod sustinet, et forma differt a materia per hoc quod intelligitur sustentari: tunc composita est unaquaeque illarum ex sua essentia et ex eo per quod quidem intelligitur differre ab alia.

M. Postquam materia non est sustinens se ipsam, et forma non est sustentata a se ipsa, sed materia est sustinens respectu formae quae sustinetur in ea, et forma similiter non est sustentata nisi respectu materiae quae eam sustinet: scies per hoc quod materia et forma non discernuntur hac differentia, nisi cum considerantur esse composita, non cum consideratur essentia cuiuslibet illarum.

D. In quo differt materia a forma, cum consideratur essentia cuiusque illarum?

M. Vnaquaeque illarum differt ab alia per se ipsam. et non intelligo hic differentiam conuenientium, sed intelligo differentiam oppositionis et uerae contrarietatis, scilicet quia non est aliquid super illas in quo conueniunt.

D. Quomodo scietur quod materia differt per se ipsam?

M. Per differentiam earum apud intelligentiam, et quia una earum est sustinens et altera sustentatum.

D. Quomodo differt materia a forma apud intelligentiam?

M. Quia scientia intelligentiae est per applicationem suae formae cum forma intellecti et unitionem sui cum illa. et quando unitur forma intelligentiae cum hac forma, scit per se quia necessaria est huic formae materia quae eam sustineat, et forma est aliud quam materia. et ut dictio planior et mani-

---

p. 260,22—261,16 = Falaqera V, §. 2.

---

1 differ *M* in *om. C* 2 intelligit *C*, intelligi *M* tunc] et *M* 4 quidem *om. CN* differri *N* 5 materia *om. C* ipsa *M* 7 sustinentur *M* ea] materia *C*, eam *M* similiter] substantia *M* 9 forma *om. M* 10 considerantur] consideratur *N* cum *om. CM* 11 cuiusque *N* 15 differentiam (*ante* oppositionis) *om. N* 16—19 oppositionis . . . Per differentiam *om. C* 16 contrarietis *scripsi*: contrarietas *AMN* scilicet *om. M* 17 aliquid] aliud *M* 19 intellectiuam *C* et *om. M* 20 et *om. CN* sustentat *M*, *a manu recentissima in* sustentata *correctum* 21 intellectiuam *C* 22 intellectiuae *C* 23 intellecti] intelligibili *C* unitione *M* 24 quando] quoniam *M* unitur *om. N* intellectiuae *C* 25 forma huic *M* sustinet *A*, sustinẽt *M* 26 et (*ante* ut)] quia *C*

festior fiat, ponamus exemplum ad hoc substantiam intelligentiae. cum manifestum tibi fuerit quod substantia intelligentiae est praeter suam formam, manifestabitur tibi per hoc quod materiae substantiarum simplicium et materiae substantiarum compositarum sunt praeter suas formas; et scies per hoc quod materia uniuersalis est praeter suam formam. dicam ergo quod intelligentia scit per se ipsam quod est habens formam, quia forma intelligentiae est sciens se ipsam; et propter hoc scit ceteras formas quae sunt extra illam. et quandoquidem forma intelligentiae scit se ipsam, et sustinetur in materia quae est praeter eam: tunc iam scisti per hoc quod materiam habet quae eam sustinet; et scisti etiam cum hoc differentiam eius a materia in qua sustinetur, quia est sciens se ipsam, et quia essentia eius est praeter materiam quae eam sustinet. et etiam, quandoquidem forma intelligentiae est sciens se ipsam, debet per hoc ut sit sciens materiam et quod materia est aliud ab ea.

3. D. Quomodo imaginabor diuersitatem materiae et formae, cum sint illae in ultima unitione et simplicitate? et cum sit difficile mihi imaginari essentiam intelligentiae compositam ex illis, tunc quomodo imaginarer unamquamque harum substantiarum per se?

M. Debes imaginari diuersitatem materiae et formae, sicut diuersitatem corporis et coloris. pone ergo corpus exemplum materiae, et colorem exemplum formae. similiter etiam pone

---

p. 261,22—262,14 = Falaqera V, §. 4.

---

1 ad hoc exemplum *C* intellectiuae *C* 2 fuerunt *M* intellectiuae *C* 3 formam suam *A* *ante* manifestabitur *add.* et *N* tibi] ibi *M* 4 materiae (*post* et) *om.* *C* 5 formas suas *M* scies per hoc *om.* *C* 6 suam] *Falagera*: uniuersalem 7 intellectiua *C*, intellecti *M* quod] et *N* 8 intelligentiae] Ill' *C* 8—13 et propter hoc . . . in qua sustinetur] *haec apud Falageram omittuntur* 10 forma intelligentiae *om.* *C* *ante* sustinetur *add.* quod *A* 10—11 quae est] quaeque *N* 10 quod] quia *N* materia *M*, formam *a manu recenti ex* materiam *correctum* *N* 14 eius *om.* *A* etiam] est *C* 15 intellectiuae *C* est *om.* *C* debet] oportet *N* 16 per hoc ut] ut per hoc ut *C* materiam *om.* *C* et *om.* *M* quod] quia *M* 17 imaginabo *CM* 18 sint] erint *M* illae *om.* *N* 19 mihi difficile *CM* intellectiuae *C* compositum *AM* 20 imaginarem *CM*, imaginer *N* 23 pone] potentiae *M* 24 similiter et *AM*, et similiter *C*

sensum *discernentem* inter colorem et corpus *et* comprehendentem formam coloris per se exemplum intelligentiae discernentis inter materiam et formam et comprehendentis formam per se. et facilius faciet te imaginari hoc etiam, scilicet diuersitatem corporis et animae *et intellectus*, cum sint unita tamen, et omnino diuersitatem substantiarum spiritualium, quamuis sint unita; similiter diuersitatem substantiarum spiritualium et accidentium quae sustinentur in eis. cumque imaginatus fueris hoc et exemplificaueris in tua intelligentia: erit tibi auxilium ad imaginandum diuersitatem materiae et formae; certe enim diuersitas materiae et formae similis est diuersitati corporis et animae et diuersitati intelligentiae et animae, quia talis est habitudo formae ad materiam, qualis est animae ad corpus et intelligentiae ad animam.

4. D. Diuersitas materiae et formae in singulis substantiis simplicibus iam patuit mihi et certificata est. s e d q u a l i t e r i m a g i n a b o r m a t e r i a m p e r s e e t f o r m a m p e r s e?

M. Imaginare materiam uniuersalem per se tamquam rem, quae est in ultimo fine eorum quae sunt posita, in ultima extremitate substantiarum sitam, sicut locum omnium rerum, scilicet ex intellectu sustinentis. similiter etiam imaginare formam uniuersalem per se tamquam rem continentem omnia continentia uniuersali et constituentem omnes essentias quas continet. et id est quod intelligentia apprehendit de re, cum

---

1 discernentem *addidi Falaquerae* פרוק הרחש *secutus*: *om. ACMN* et (*ante* comprehendentem) *addidi cum Falaquera* (והשגתו): *om. ACMN* apprehendentem *C* 2 intellectiuae *C* discernentis] discretis *N* 3 comprehendens *N* 4 te] tibi *M* *ante* scilicet *add.* est *C* 5 et intellectus] *addidi ex Falaquera* (והשכל): *om. ACMN; cf. 120,6. 9.* 6 spiritualium] simplicium *A*, simplicium et spiritualium *C*, *om. N* 6—7 quamuis . . . substantiarum *om. N* 6 sit *A* 7 spiritualium substantiarum *A* 8—9 et explicaueris (*sic!*) in tua intelligentia cumque imaginaueris hoc *M*; imaginaueris *etiam AC* 9 intellectiua *C* 10 diuersitas] diuersitates *C* 11 similes sunt *C* diuersitati] diuersificari *A* 12 et diuersitati intelligentiae et animae *om. C* quia] quae *M* 13 est *om. AM* intellectiuae *C* 15 formae] figurae *C* 17 imaginabo *ACM* et formam per se *om. N* 18 Imagina *ACM* 19—22 quae est . . . tamquam rem *om. C* 19 fine eorum] finem horum *N* positam *N* 21 imagina *AM* 23 constituentem] continentem *M* 24 et] quia *C* id est] ideo est *A*, idem (*omisso* est) *M* (*litteris* id *ē*, *hoc est*: id est, *perperam acceptis tamquam* idem *significantibus*) intellectiua *C*

speculatur quid est, uel cuius speciei est, scilicet ex intellectu sustentati.

D. Ego non quaesiui a te imaginationem materiae respectu formae, nec imaginationem formae respectu materiae; sed quaesiui a te imaginationem essentiae cuiuscunque per se sine alia.

M. Imaginare quod essentia materiae est uirtus spiritualis, considerata in se, non habens formam; et imaginare quod essentia formae est lumen adinuentum quod attribuit ei in quo est proprietatem et intellectum speciei et formae. et omnino, quia imaginatio esse materiae et formae oportet ut sit sicut imaginatio omnium spiritualium, scilicet illa esse intelligibilia, non sensibilia, non esse formata habentia hyle. unde si contenderis imaginari materiam absque forma, non consequeris hoc, ideo quia materia per se non est habens formam, et quia est in extremo superiori, anima uero media est inter utrumque extremorum; similiter si contenderis imaginari formam per se, difficile erit tibi consequi hoc, quia uirtus imaginans est una de uiribus animae, et substantia formae est multo simplicior quam substantia animae.

D.. Quid ergo faciam de hoc?

M. Ad sciendum diuersitatem materiae et formae in unaquaque substantiarum spiritualium, et omnino diuersitatem materiae uniuersalis et formae uniuersalis, pone exemplum sub-

---

p. 263,6-10 = Falaqera V, §. 3. p. 263,21—264,12 = Falaqera V, §. 5.

---

1 quid] quia *M* species *A* scilicet *om. A* 3 a te *post* materiae *transp. M* 3—4 materiae . . . nec imaginationem *om. N* 4 imaginatione *M* 5 a te *om. C* imaginatione *M* cuiusque *C* sine alia per se *M* 6 *ante* Imaginare *add.* Et *N* Imagina *ACM* 7 considerata] *Falaqera:* constituta imagina *AM*, *om. C* 10 omnino] esse *C* quia *om. C. Falaqera* ואומר בכלל כי *sed nihil addendum; cf. p. 267,9—10* imagino *M* esse materiae et formae] *i. e.* τοῦ esse; *cf. p. 143,18; 184,5* 11 omnium *om. M* esset intelligentia *N* 12 formata] formam *N* 14 consequeris] consequens est *C* est non *C* 15 est] tamen *C* 17 erit] esset *AC* 18 uiribus] uirtutis *MN* 18—19 et substantia . . . animae *om. N* 18 substantiae *C* 19 est] et *C* 21 sciendam *CN* 22 omnino] ideo *C* 23 et formae uniuersalis *om. N* pone] potentiae *M*

stantiam intelligentiae, et per diuersitatem materiae intelligentiae et eius formae iudica de diuersitate materiae uniuscuiusque substantiae simplicis et eius formae, et omnino de diuersitate materiae uniuersalis et formae uniuersalis. et propter hoc dico quod quicunque uoluerit scire principia et omnino quicquid est, debet diligenter speculari substantiam intelligentiae et praeponere eam sibi in omni inquisitione, quia cognitio illius ducit ad cognitionem totius. et hoc ratio exigit, quia essentia intelligentiae est specificatiua omnium et forma omnium, et debet ex hoc ut totum sit in essentia eius; et quia totum est in essentia intelligentiae, consequitur ex hoc ut quicunque scierit essentiam intelligentiae, sciat etiam totum.

6. **D.** Ostende mihi uiam per quam sciam diuersitatem materiae uniuersalis et formae uniuersalis secundum considerationem essentiae intelligentiae.

M. Consideratio diuersitatis materiae uniuersalis et formae uniuersalis ex consideratione formae intelligentiae haec est, ut per te ipsum intelligas formam intelligentiae, quae est propria, scilicet differentiam substantialem constituentem eius essentiam; et haec est per quam iudicabis quod est quod-est, et per quam inuenies quid ueri uel falsi est in altero oppositorum. et postea inuenies differentiam substantiae intelligentiae per ipsam formam ab alio. et haec consideratio fiet ut cogites quod in-

---

p. 264,16—265,7 = Falaqera V, §. 6.

---

1 (*bis*) intellectiuae *C* *post* materiae *add.* et 2 de *om.* *N* diuersitatem *N* 3 substantiae *om.* *N* 4—17 et propter . . . formae uniuersalis *om.* *N* 5 *post* quod *add.* omnino *M* 6 diligenter debet *C* intellectiuae *C* 7 proponere *A*, exponere *C* cognitio] imitatio *C* 8 quia] quod *C* essentia] natura *M* 9 intellectiuae *C* specificata *C* et forma omnium *om.* *C* 11 intellectiuae *C* ut] quod *C* 12 intellectiuae *C* sciet *C* etiam] et *C* 13 uiam] unam *M* 14 *ante* secundum considerationem *add.* et *C* 15 intellectiuae essentiae *C* 17 ex consideratione] secundum considerationem *N* intellectiuae *C*, et intelligentiae *M* hoc *CN* 18 intellectiuae *C* 20 quod est quod-est (*i. e.* eam [essentiam] esse id quod est)] quid est quod est *A*. *cf.* *p.* 265,21 *Falaqera*: השפוט על הדבר שהוא מה שהוא, *ubi uerba* מה שהוא *ab editore addita sunt* 20—21 et per quam . . . oppositorum *om.* *Falaqera* 21 quid *om.* *M* uerum *M* falsum *M*, simili *N* oppositarum *M* 22 intellectiuae 23 et] quia *C* intellectiua *C*

telligentia scit per se ipsam quod habet formam, et quod per ipsam formam differt ab alio. et cum intellexeris formam intelligentiae et scieris quod per ipsam formam differt ab alio, necesse erit ut inuenias materiam quae sustinet ipsam formam; et uidebitur tibi quod palpes essentiam materiae cum forma tuae intelligentiae, et percipies eam, sicut sensus percipit sensatum.

D. Si intelligentia composita est ex materia et forma, et intelligentia non scit res nisi per unitionem suae formae cum forma intellecti: ergo quomodo est possibile cum hoc ut sciat intelligentia essentiam uniuscuiusque, materiae scilicet et formae, per se absque alia, cum ipsa sit composita ex utraque? et etiam, postquam intelligentia non apprehendit formas rerum nisi post coniunctionem materiae et formae: tunc quomodo est possibile ut intelligentia apprehendat unamquamque separatim?

M. Si intellectus scientiae est applicatio formae intelligentiae cum intellecto, et forma intelligentiae est coniuncta cum materia et unita ei: sequitur ex hoc ut forma intelligentiae unita cum materia sit sciens essentiam materiae propter applicationem sui ad illam. similiter etiam oportet ut haec forma sciat se ipsam et sciat quod ipsa est quod-est. tunc sciet quod ipsa est forma materiae quae eam sustinet. Et etiam, postquam materia non habuit esse nisi ex applicatione sui ad formam, consequitur ex hoc ut forma sit dignior nomine esse et intellectu quam materia. et postquam apprehensio intellectus non est, nisi cum intelligentia apprehendit formam rei, oportet ut

---

2 formam *om.* *C* alia *A* 2—3 et cum . . . ab alio *om.* *M* 3 intelligentiae *om.* *ACM* scies *ACM* alio *scripsi*: alia *ACMN* 4 inuenies *M* formam ipsam *M* 5 palpas *C* 6 intellectiuae *C* percipie (*sic!*) *N*, inuenies *C* 7 sensatum] sensatim *C* 8 intellectiua 8—9 forma et intelligentia *om.* *N* 9 intellectiua *C* unitionem] mutationem *C* 10 ut *om.* *M* scias *N* 11 intellectiua *C* cuiusque *M* 13 et] quia *C* intellectiua *C* 14 nisi] non *N* post] per *C* 15 intelligentia *om.* *C* separatim] sigillatim (*l.* singillatim) *C* 16 intellectiuae *C*, et intelligentiae *M* 17 intelligentiae] *sic etiam* *C* 18 intellectiuae *C* unita *om.* *N* 20 etiam *om.* *M* 22 formae *N* Et] Quia *C* 23 habuerit *M* ex *om.* *A* 24 et esse *M* 25 et] quia *C* intellectus *om.* *CMN* 26 nisi] ut *M* intellectiua *C* oportet *om.* *N*

forma sit adinueniens se et materiam simul. Et etiam postquam forma intelligentiae est sciens per se formas rerum quae sunt praeter se, magis opus est ut sciat se ipsam; et sciendo se ipsam sciet quod est forma rei.

D. Non fuit possibile ut forma intelligentiae sciret formas omnium rerum praeter se, nisi quia sunt ipsamet, et ipsa est uniuersalis ad illas; et postquam materia est praeter eam, quomodo est possibile ut sciat eam?

M. Forma intelligentiae, sciendo se ipsam, non ideo scit diuersitatem materiae, sed scit quod est forma rei, et quod aliqua materia sustinet eam.

D. Quomodo est hoc etiam possibile, ut forma intelligentiae sciat materiam quae sustinet se, et materia non habet formam in se, ideo quia forma intelligentiae unitur cum ea, et sit possibile ut sciat eam per hoc?

M. Cum forma intelligentiae scierit suam essentiam, hoc est cum scierit quod ipsa est forma materiae quae eam sustinet, et quod ipsa est praeter materiam quae eam sustinet, iam nouit tunc materiam.

D. Ergo forma intelligentiae quomodo scit suam essentiam, et quod ipsa est praeter materiam quae eam sustinet?

M. Cum forma scierit se ipsam, iam nouit quod est forma sustentata; et nouit etiam per hoc quod est praeter materiam quae se sustinet. et etiam, cum forma scierit quod finita est apud materiam, propter unitionem sui cum illa, et scierit quod

---

1 sit] sic *M* adinueniens] aduniens *C* Et] Quia *C* etiam *om. N* 2 intellectiuae *C* 5 intellectiuae *C* 6 ipsamet] ipsam *N* 7 illas] alias *C* 9 M. *transp. post* se ipsam *C* Forma] Substantia *M* intellectiuae *C* 10 scit] sit *N* quod] quia *AN* est *om. M* aliqua] alia *N* 12 est *om. A* hoc *om. ACM* etiam *om. C* intll'ie *C* 13 materiam *om. N* se sustinet *N*, se *om. M* 14 quia] quod *N* intellectiuae *C* unitus *A* sit] scit *M*. *locus corruptus esse uidetur* 15 eam *om M* 16 intellectiuae *C* 17 ipsa *om. A* 18 quae eam sustinet *om. C* iam] et *C* 19 tunc materiam *om. M* 20 quomodo forma intelligentiae *M* intellectiuae *C* 21 quod] quia *M* *ante* ipsa *add.* in *M* sustinet eam *C*, sustinet *om. N* 22 sciret *N* 23 nouit etiam per hoc *om. C* quod] quia *AM* est *om. A* 24 se] eam *C* et] quia *C* est finita *N* 25 apud *om. M* materia *M* propter] per *M* unitione *M*

TRACTATVS QVINTVS.

DE MATERIA VNIVERSALI ET FORMA VNIVERSALI PER SE.

1. D. Iam claruit mihi ex praemissis de inquisitionibus in quatuor tractatibus quos praemisisti quod in eis quae sunt, tam sensibilibus quam intelligibilibus, non est nisi materia uniuersalis et forma uniuersalis. singillatim et de hoc sit nostra intentio in hoc tractatu quinto. et expolia unamquamque earum ab alia, et ostende mihi scientiam de essentia uniuscuiusque illarum, et quid debeat de eis intelligi et quid de eis inquiri, ideo ut haec prima pars sapientiae sit mihi scala ad secundam et tertiam partem eius, id est ad scientiam de uoluntate et scientiam de essentia prima.

M. Si materia uniuersalis et forma uniuersalis sunt finis ultimus eorum omnium quae creata sunt, et hae sunt finis substantiarum in simplicitate et spiritualitate, ergo debes ut extenues animam tuam et adunes essentiam tuam et expurges imagina-

---

p. 257,7—18 = Falaqera V, §. 1.

1—3 Incipit liber quintus *A*; Incipit tractatus IIIIer (*sic!*) *M in infima pagina;* Tractatus quintus ad loquendum de materia uniuersali per se *N*: *om. C.* *uerba* et forma uniuersali, *quae in codice N exciderunt, deprompsi ex p. 1,12; 12,22; 256,23* 7 sigillatim *CM* 8 sit] est *C* 8—9 expolia unamquamque *M* 9 earum] aliarum *C* 10 illarum] earum *N* et *om. M* quid] quod *M* 11 quid] quod *M*, *om. C* hoc (*sic!*) pars prima *N*. *ad sententiam cf. p. 9,24 sqq.* 12 id est] scilicet *AM* 14 sunt] sit *C* 15 sunt creata *A*, sunt *om. N* finis] similes *C* 16 extenuas *N* 17 imaginem *N*

tionem tuam, quo amplius potueris, et exspolies eam ab accidentibus corporalibus, et transcendas sensus et sensibilia, et ut intelligas quod uis tui intellectus est comprehendens omnia; et tunc comparabitur tibi scientia cuiusque earum, materiae scilicet uniuersalis et formae uniuersalis. ergo interroga nunc, quicquid uolueris, de his quae pertinent ad cognitionem materiae uniuersalis et formae uniuersalis.

D. Debes primum interrogare quomodo potest esse ut intellectus meus apprehendat unamquamque, materiae scilicet uniuersalis et formae uniuersalis, cum sit ipse compositus ex eis et cadens infra eas.

M. Proprietas est substantiae intelligentiae ut apprehendat materiam uniuersalem et formam uniuersalem, quia substantia intelligentiae est substantia uniuersalis simplex in extremitate simplicitatis et spiritualitatis, et propter hoc est diffusa in omnibus et unita cum omnibus. unde quando infunditur in materia uniuersali et forma uniuersali et unitur cum eis, apprehendit unamquamque illarum. et etiam quia materia uniuersalis et forma uniuersalis sunt essentia intelligentiae, affirmandum est quod intelligentia scit essentiam suam. unde constat quod intelligentia scit materiam uniuersalem et formam uniuersalem, ideo quia est sciens essentiam suam, et essentia sua est composita ex materia uniuersali et forma uniuersali.

D. Hoc erat in quo prius haesitabam, scilicet quomodo erat possibile ut intelligentia apprehenderet materiam uniuersa-

---

1 *post* amplius *add.* eius *M* poteris *C* expalies (*sic!*) *N* 2 sensum *N* 3 tui intellectus *om.* *N* 4 comparabitur *om.* *N* 8 Debes *AC* primo *AM* ut *post* meus *transp.* *C* 9 unamquamque] *i. e.* cognitionem (*r.* 6) 9—10 scilicet materiae *C* 11 eis] his *M* cadunt *C* 12 est] sed *N* intellectiuae *C* 12—14 ut apprehendat . . . intelligentiae *om.* *N* 13 materiam uniuersalis et formam uniuersalis *C* 14 intellectiuae *C* 15 spiritualitatis] sūp^lis *N* et] quia *C* 16 cum] in *C* infunditur] inprofunditur *M* 16—17 materiam uniuersalem *A* 17 et formam uniuersalem *A*, *om.* *N*, forma uniuersali *om.* *C* et (*ante* unitur)] cum *M* 17—18 et unitur . . . et etiam quia *om.* *C* 18 uniuersalis] prima *C* 19 forma uniuersali *C* intellectiuae *C* 20 intellectiua *C* suam] eius *C* 21 intellectiua *C* materiam uniuersalis *C* 23 et forma uniuersali *om.* *N* 25 intellectiua *C* materia uniuersalis *M*, uniuersalis *om.* *AN*

lem et formam uniuersalem, cum tamen sit composita ex eis; et non est mirum quod intelligentia apprehendat quae sunt infra eam, sed est mirum quod apprehendat ea quae sunt supra eam.

M. Non debes putare impossibile esse substantiam intelligentiae apprehendere quae supra eam sunt absolute, quia intelligentia scit quod supra se est, secundum quod est defixa in eo et existens per illud; hoc est quod, quandoquidem intelligentia est sciens essentiam suam, et scit per suam essentiam quod eget aliquo quod sustineat formam suam: inde scit quod supra se est aliquid quod sustinet ipsam, per quod est eius existentia et constitutio. et propter hoc dicemus quod forma intelligentiae scit materiam, eo quod est existens per eam et constituta ex ea; et omnino tunc intelligentia apprehendit materiam uniuersalem et formam uniuersalem, quando attendit differentiam unius illarum ab alia in sua essentia et contra formam intelligentiae. differentia autem uniuscuiusque illarum in essentia est ideo, quia natura materiae est praeter naturam formae in se ipsa; sed differentia eius contra formam intelligentiae est propter hoc quod forma intelligentiae scit se ipsam, et sciendo se ipsam scit se esse formam, et sciendo se esse formam scit quod sustinetur in materia, et quod materia quae eam sustinet est substantia eius.

2. D. Declara mihi diffentiam uniuscuiusque, scilicet materiae et formae, in quo est et quare est.

M. Materia differt a forma in eo quod altera est sustinens et altera sustentatum.

---

1 forma uniuersalis *M* 2 et] quia *C* intellectiua *C* apprehendit *CM* 3 est mirum *om. C* apprehendit *AM*, app̄ *C* ea *om. M* 5 substantia *M* intellectiuae *C* 6 sunt supra eam *C*, supra ea sunt *M* intellectiua *C* 7 se *om. A* defixa est *C* 8 intellectiua *C* 9 et scit per suam essentiam *om. N* 10 aliquo] alio *M* forma suam *C* inde] unde *C* 11 aliquid *om. C* *post* aliquid *add.* et (et *om. C*) defixa est in eo et existens per illud hoc *AC* (*cf. supra v. 7—8*) sustineat *N* ipsam] illam *C*, eam *M* quod] hoc *C* existentia] essentia *A* 12 et] quia *C* dicimus *AC* quod] quia *N* intellectiuae *C* 13 constitutio *M* 14 intellectiua *C* 15 *post* attendit *add.* materiam *N* illarum *om. N* 16 ab alia] ad aliam *A* sui essentiam *C* contra] circa *C* intellectiuae *C* 17 illarum] earum *N* ideo] idem *C* 18 naturam formae] formae materiam *N* 19 *et* 20 intellectiuae *C* 22 materia (*post* in)] materiam *N* quod] quae est *C* 25 in *om. C*

D. Si materia differt a forma in eo quod sustinet, et forma differt a materia per hoc quod intelligitur sustentari: tunc composita est unaquaeque illarum ex sua essentia et ex eo per quod quidem intelligitur differre ab alia.

M. Postquam materia non est sustinens se ipsam, et forma non est sustentata a se ipsa, sed materia est sustinens respectu formae quae sustinetur in ea, et forma similiter non est sustentata nisi respectu materiae quae eam sustinet: scies per hoc quod materia et forma non discernuntur hac differentia, nisi cum considerantur esse composita, non cum consideratur essentia cuiuslibet illarum.

D. In quo differt materia a forma, cum consideratur essentia cuiusque illarum?

M. Vnaquaeque illarum differt ab alia per se ipsam. et non intelligo hic differentiam conuenientium, sed intelligo differentiam oppositionis et uerae contrarietatis, scilicet quia non est aliquid super illas in quo conueniunt.

D. Quomodo scietur quod materia differt per se ipsam?

M. Per differentiam earum apud intelligentiam, et quia una earum est sustinens et altera sustentatum.

D. Quomodo differt materia a forma apud intelligentiam?

M. Quia scientia intelligentiae est per applicationem suae formae cum forma intellecti et unitionem sui cum illa. et quando unitur forma intelligentiae cum hac forma, scit per se quia necessaria est huic formae materia quae eam sustineat, et forma est aliud quam materia. et ut dictio planior et mani-

---

p. 260,22—261,16 = Falaqera V, §. 2.

---

1 differ *M* in *om.* *C* 2 intelligit *C*, intelligi *M* tunc] et *M* 4 quidem *om.* *CN* differri *N* 5 materia *om.* *C* ipsa *M* 7 sustinentur *M* ea] materia *C*, eam *M* similiter] substantia *M* 9 forma *om.* *M* 10 considerantur] consideratur *N* cum *om.* *CM* 11 cuiusque *N* 15 differentiam (*ante* oppositionis) *om.* *N* 16—19 oppositionis . . . Per differentiam *om.* *C* 16 contrarietis *scripsi*: contrarietas *AMN* scilicet *om.* *M* 17 aliquid] aliud *M* 19 intellectiuam *C* et *om.* *M* 20 et *om.* *CN* sustentat *M*, *a manu recentissima in* sustentata *correctum* 21 intellectiuam *C* 22 intellectiuae *C* 23 intellecti] intelligibili *C* unitione *M* 24 quando] quoniam *M* unitur *om.* *N* intellectiuae *C* 25 forma huic *M* sustinet *A*, sustinēt *M* 26 et (*ante* ut)] quia *C*

festior fiat, ponamus exemplum ad hoc substantiam intelligentiae. cum manifestum tibi fuerit quod substantia intelligentiae est praeter suam formam, manifestabitur tibi per hoc quod materiae substantiarum simplicium et materiae substantiarum compositarum sunt praeter suas formas; et scies per hoc quod materia uniuersalis est praeter suam formam. dicam ergo quod intelligentia scit per se ipsam quod est habens formam, quia forma intelligentiae est sciens se ipsam; et propter hoc scit ceteras formas quae sunt extra illam. et quandoquidem forma intelligentiae scit se ipsam, et sustinetur in materia quae est praeter eam: tunc iam scisti per hoc quod materiam habet quae eam sustinet; et scisti etiam cum hoc differentiam eius a materia in qua sustinetur, quia est sciens se ipsam, et quia essentia eius est praeter materiam quae eam sustinet. et etiam, quandoquidem forma intelligentiae est sciens se ipsam, debet per hoc ut sit sciens materiam et quod materia est aliud ab ea.

3. D. Quomodo imaginabor diuersitatem materiae et formae, cum sint illae in ultima unitione et simplicitate? et cum sit difficile mihi imaginari essentiam intelligentiae compositam ex illis, tunc quomodo imaginarer unamquamque harum substantiarum per se?

M. Debes imaginari diuersitatem materiae et formae, sicut diuersitatem corporis et coloris. pone ergo corpus exemplum materiae, et colorem exemplum formae. similiter etiam pone

---

p. 261,22—262,14 = Falaqera V, §. 4.

---

1 ad hoc exemplum *C* intellectiuae *C* 2 fuerunt *M* intellectiuae *C* 3 formam suam *A* *ante* manifestabitur *add.* et *N* tibi] ibi *M* 4 materiae (*post* et) *om.* *C* 5 formas suas *M* scies per hoc *om.* *C* 6 suam] *Falaqera*: uniuersalem 7 intellectiua *C*, intellecti *M* quod] et *N* 8 intelligentiae] illi' *C* 8—13 et propter hoc . . . in qua sustinetur] *haec apud Falaqeram omittuntur* 10 forma intelligentiae *om.* *C* *ante* sustinetur *add.* quod *A* 10—11 quae est] quaeque *N* 10 quod] quia *N* materia *M*, formam *a manu recenti ex* materiam *correctum* *N* 14 eius *om.* *A* etiam] est *C* 15 intellectiuae *C* est *om.* *C* debet] oportet *N* 16 per hoc ut] ut per hoc ut *C* materiam *om.* *C* et *om.* *M* quod] quia *M* 17 imaginabo *CM* 18 sint] erint *M* illae *om.* *N* 19 mihi difficile *CM* intellectiuae *C* compositum *AM* 20 imaginarem *CM*, imaginer *N* 23 pone] potentiae *M* 24 similiter et *AM*, et similiter *C*

sensum *discernentem* inter colorem et corpus *et* comprehendentem formam coloris per se exemplum intelligentiae discernentis inter materiam et formam et comprehendentis formam per se. et facilius faciet te imaginari hoc etiam, scilicet diuersitatem corporis et animae *et intellectus*, cum sint unita tamen, et omnino diuersitatem substantiarum spiritualium, quamuis sint unita; similiter diuersitatem substantiarum spiritualium et accidentium quae sustinentur in eis. cumque imaginatus fueris hoc et exemplificaueris in tua intelligentia: erit tibi auxilium ad imaginandum diuersitatem materiae et formae; certe enim diuersitas materiae et formae similis est diuersitati corporis et animae et diuersitati intelligentiae et animae, quia talis est habitudo formae ad materiam, qualis est animae ad corpus et intelligentiae ad animam.

4. D. Diuersitas materiae et formae in singulis substantiis simplicibus iam patuit mihi et certificata est. sed qualiter imaginabor materiam per se et formam per se?

M. Imaginare materiam uniuersalem per se tamquam rem, quae est in ultimo fine eorum quae sunt posita, in ultima extremitate substantiarum sitam, sicut locum omnium rerum, scilicet ex intellectu sustinentis. similiter etiam imaginare formam uniuersalem per se tamquam rem continentem omnia continentia uniuersali et constituentem omnes essentias quas continet. et id est quod intelligentia apprehendit de re, cum

---

1 discernentem *addidi Falaquerae* פרוק החוש *secutus*: *om.* *ACMN* et (*ante* comprehendentem) *addidi cum Falaquera* (והשגתו): *om.* *ACMN* apprehendentem *C* 2 intellectiuae *C* discernentis] discretis *N* 3 comprehendens *N* 4 te] tibi *M* *ante* scilicet *add.* est *C* 5 et intellectus] *addidi ex Falaquera* (והשכל): *om.* *ACMN; cf. 120,6. 9.* 6 spiritualium] simplicium *A*, simplicium et spiritualium *C*, *om.* *N* 6—7 quamuis . . . substantiarum *om.* *N* 6 sit *A* 7 spiritualium substantiarum *A* 8—9 et explicaueris (*sic!*) in tua intelligentia cumque imaginaueris hoc *M*; imaginaueris *etiam* *AC* 9 intellectiua *C* 10 diuersitas] diuersitates *C* 11 similes sunt *C* diuersitati] diuersificari *A* 12 et diuersitati intelligentiae et animae *om.* *C* quiaj quae *M* 13 est *om.* *AM* intellectiuae *C* 15 formae] figurae *C* 17 imaginabo *ACM* et formam per se *om.* *N* 18 Imagina *ACM* 19—22 quae est . . . tamquam rem *om.* *C* 19 fine eorum] finem horum *N* positam *N* 21 imagina *AM* 23 constituentem] continentem *M* 24 et] quia *C* id est] ideo est *A*, idem (*omisso* est) *M* (*litteris* id 6, *hoc est*: id est, *perperam acceptis tamquam* idem *significantibus*) intellectiua *C*

speculatur quid est, uel cuius speciei est, scilicet ex intellectu sustentati.

D. Ego non quaesiui a te imaginationem materiae respectu formae, nec imaginationem formae respectu materiae; sed quaesiui a te imaginationem essentiae cuiuscunque per se sine alia.

M. Imaginare quod essentia materiae est uirtus spiritualis, considerata in se, non habens formam; et imaginare quod essentia formae est lumen adinuentum quod attribuit ei in quo est proprietatem et intellectum speciei et formae. et omnino, quia imaginatio esse materiae et formae oportet ut sit sicut imaginatio omnium spiritualium, scilicet illa esse intelligibilia, non sensibilia, non esse formata habentia hyle. unde si contenderis imaginari materiam absque forma, non consequeris hoc, ideo quia materia per se non est habens formam, et quia est in extremo superiori, anima uero media est inter utrumque extremorum; similiter si contenderis imaginari formam per se, difficile erit tibi consequi hoc, quia uirtus imaginans est una de uiribus animae, et substantia formae est multo simplicior quam substantia animae.

D. Quid ergo faciam de hoc?

M. Ad sciendum diuersitatem materiae et formae in unaquaque substantiarum spiritualium, et omnino diuersitatem materiae uniuersalis et formae uniuersalis, pone exemplum sub-

p. 263,6–10 = Falaqera V, §. 3. p. 263,21–264,12 = Falaqera V, §. 5.

1 quid] quia *M* species *A* scilicet *om. A* 3 a te *post* materiae *transp. M* 3–4 materiae . . . nec imaginationem *om. N* 4 imaginatione *M* 5 a te *om. C* imaginatione *M* cuiusque *C* sine alia per se *M* 6 *ante* Imaginare *add.* Et *N* Imagina *ACM* 7 considerata] *Falaqera:* constituta imagina *AM*, *om. C* 10 omnino] esse *C* quia *om. C. Falaqera* ואומר בכלל כי. *sed nihil addendum; cf. p. 267,9–10* imagino *M* esse materiae et formae] *i. e.* τοῦ esse; *cf. p. 143,18; 184,5* 11 omnium *om. M* esset intelligentia *N* 12 formata] formam *N* 14 consequeris] consequens est *C* est non *C* 15 est] tamen *C* 17 erit] esset *AC* 18 uiribus] uirtutis *MN* 18–19 et substantia . . . animae *om. N* 18 substantiae *C* 19 est] et *C* 21 sciendam *CN* 22 omnino] ideo *C* 23 et formae uniuersalis *om. N* pone] potentiae *M*

stantiam intelligentiae, et per diuersitatem materiae intelligentiae et eius formae iudica de diuersitate materiae uniuscuiusque substantiae simplicis et eius formae, et omnino de diuersitate materiae uniuersalis et formae uniuersalis. et propter hoc dico quod quicunque uoluerit scire principia et omnino quicquid est, debet diligenter speculari substantiam intelligentiae et praeponere eam sibi in omni inquisitione, quia cognitio illius ducit ad cognitionem totius. et hoc ratio exigit, quia essentia intelligentiae est specificatiua omnium et forma omnium, et debet ex hoc ut totum sit in essentia eius; et quia totum est in essentia intelligentiae, consequitur ex hoc ut quicunque scierit essentiam intelligentiae, sciat etiam totum.

§. 6. D. Ostende mihi uiam per quam sciam diuersitatem materiae uniuersalis et formae uniuersalis secundum considerationem essentiae intelligentiae.

M. Consideratio diuersitatis materiae uniuersalis et formae uniuersalis ex consideratione formae intelligentiae haec est, ut per te ipsum intelligas formam intelligentiae, quae est propria, scilicet differentiam substantialem constituentem eius essentiam; et haec est per quam iudicabis quod est quod-est, et per quam inuenies quid ueri uel falsi est in altero oppositorum. et postea inuenies differentiam substantiae intelligentiae per ipsam formam ab alio. et haec consideratio fiet ut cogites quod in-

---

p. 264,16—265,7 = Falaqera V, §. 6.

---

1 (*bis*) intellectiuae *C* *post* materiae *add.* et 2 de *om.* *N* diuersitatem *N* 3 substantiae *om.* *N* 4—17 et propter . . . formae uniuersalis *om.* *N* 5 *post* quod *add.* omnino *M* 6 diligenter debet *C* intellectiuae *C* 7 proponere *A*, exponere *C* cognitio] imitatio *C* 8 quia] quod *C* essentia] natura *M* 9 intellectiuae *C* specificata *C* et forma omnium *om.* *C* 11 intellectiuae *C* ut] quod *C* 12 intellectiuae *C* sciet *C* etiam] et *C* 13 uiam] unam *M* 14 *ante* secundum considerationem *add.* et *C* 15 intellectiuae essentiae *C* 17 ex consideratione] secundum considerationem *N* intellectiuae *C*, et intelligentiae *M* hoc *CN* 18 intellectiuae *C* 20 quod est quod-est (*i. e.* eam [essentiam] esse id quod est)] quid est quod est *A*. *cf. p.* 265,21 *Falaqera*: השפוט על הדבר שהוא מה שהוא, *ubi uerba* מה שהוא *ab editore addita sunt* 20—21 et per quam . . . oppositorum *om.* *Falaqera* 21 quid *om.* *M* uerum *M* falsum *M*, simili *N* oppositarum *M* 22 intellectiuae 23 et] quia *C* intellectiua *C*

telligentia scit per se ipsam quod habet formam, et quod per ipsam formam differt ab alio. et cum intellexeris formam intelligentiae et scieris quod per ipsam formam differt ab alio, necesse erit ut inuenias materiam quae sustinet ipsam formam; et uidebitur tibi quod palpes essentiam materiae cum forma tuae intelligentiae, et percipies eam, sicut sensus percipit sensatum.

D. Si intelligentia composita est ex materia et forma, et intelligentia non scit res nisi per unitionem suae formae cum forma intellecti: ergo quomodo est possibile cum hoc ut sciat intelligentia essentiam uniuscuiusque, materiae scilicet et formae, per se absque alia, cum ipsa sit composita ex utraque? et etiam, postquam intelligentia non apprehendit formas rerum nisi post coniunctionem materiae et formae: tunc quomodo est possibile ut intelligentia apprehendat unamquamque separatim?

M. Si intellectus scientiae est applicatio formae intelligentiae cum intellecto, et forma intelligentiae est coniuncta cum materia et unita ei: sequitur ex hoc ut forma intelligentiae unita cum materia sit sciens essentiam materiae propter applicationem sui ad illam. similiter etiam oportet ut haec forma sciat se ipsam et sciat quod ipsa est quod-est. tunc sciet quod ipsa est forma materiae quae eam sustinet. Et etiam, postquam materia non habuit esse nisi ex applicatione sui ad formam, consequitur ex hoc ut forma sit dignior nomine esse et intellectu quam materia. et postquam apprehensio intellectus non est, nisi cum intelligentia apprehendit formam rei, oportet ut

---

2 formam *om.* *C* alia *A* 2—3 et cum . . . ab alio *om.* *M* 3 intelligentiae *om.* *ACM* scies *ACM* alio *scripsi*: alia *ACMN* 4 inuenies *M* formam ipsam *M* 5 palpas *C* 6 intellectiuae *C* percipie (*sic!*) *N*, inuenies *C* 7 sensatum] sensatim *C* 8 intellectiua 8—9 forma et intelligentia *om.* *N* 9 intellectiua *C* unitionem] mutationem *C* 10 ut *om.* *M* scias *N* 11 intellectiua *C* cuiusque *M* 13 et] quia *C* intellectiua *C* 14 nisi] non *N* post] per *C* 15 intelligentia *om.* *C* separatim] sigillatim (*l.* singillatim) *C* 16 intellectiuae *C*, et intelligentiae *M* 17 intelligentiae] *sic etiam* *C* 18 intellectiuae *C* unita *om.* *N* 20 etiam *om.* *M* 22 formae *N* Et] Quia *C* 23 habuerit *M* ex *om.* *A* 24 et esse *M* 25 et] quia *C* intellectus *om.* *CMN* 26 nisi] ut *M* intellectiua *C* oportet *om.* *N*

forma sit adinueniens se et materiam simul. Et etiam postquam forma intelligentiae est sciens per se formas rerum quae sunt praeter se, magis opus est ut sciat se ipsam; et sciendo se ipsam sciet quod est forma rei.

D. Non fuit possibile ut forma intelligentiae sciret formas omnium rerum praeter se, nisi quia sunt ipsamet, et ipsa est uniuersalis ad illas; et postquam materia est praeter eam, quomodo est possibile ut sciat eam?

M. Forma intelligentiae, sciendo se ipsam, non ideo scit diuersitatem materiae, sed scit quod est forma rei, et quod aliqua materia sustinet eam.

D. Quomodo est hoc etiam possibile, ut forma intelligentiae sciat materiam quae sustinet se, et materia non habet formam in se, ideo quia forma intelligentiae unitur cum ea, et sit possibile ut sciat eam per hoc?

M. Cum forma intelligentiae scierit suam essentiam, hoc est cum scierit quod ipsa est forma materiae quae eam sustinet, et quod ipsa est praeter materiam quae eam sustinet, iam nouit tunc materiam.

D. Ergo forma intelligentiae quomodo scit suam essentiam, et quod ipsa est praeter materiam quae eam sustinet?

M. Cum forma scierit se ipsam, iam nouit quod est forma sustentata; et nouit etiam per hoc quod est praeter materiam quae se sustinet. et etiam, cum forma scierit quod finita est apud materiam, propter unitionem sui cum illa, et scierit quod

---

1 sit] sic *M* adinueniens] aduniens *C* Et] Quia *C* etiam *om.* *N* 2 intellectiuae *C* 5 intellectiuae *C* 6 ipsamet] ipsam *N* 7 illas] alias *C* 9 M. *transp. post* se ipsam *C* Forma] Substantia *M* intellectiuae *C* 10 scit] sit *N* quod] quia *AN* est *om.* *M* aliqua] alia *N* 12 est *om.* *A* hoc *om.* *ACM* etiam *om.* *C* intll'ie *C* 13 materiam *om.* *N* se sustinet *N*, se *om.* *M* 14 quia] quod *N* intellectiuae *C* unitus *A* sit] scit *M*. *locus corruptus esse uidetur* 15 eam *om* *M* 16 intellectiuae *C* 17 ipsa *om.* *A* 18 quae eam sustinet *om.* *C* iam] et *C* 19 tunc materiam *om.* *M* 20 quomodo forma intelligentiae *M* intellectiuae *C* 21 quod] quia *M* *ante* ipsa *add.* in *M* sustinet eam *C*, sustinet *om.* *N* 22 sciret *N* 23 nouit etiam per hoc *om.* *C* quod] quia *AM* est *om.* *A* 24 se] eam *C* et] quia *C* est finita *N* 25 apud *om.* *M* materia *M* propter] per *M* unitione *M*

est comprehendens rem et quod est forma rei, sciet per hoc quod est extra eam.

6. D. Quomodo possum imaginari **finitionem formae apud materiam et unitionem eius cum ea, cum unaquaeque earum sit non habens finem neque terminum?**

M. Imaginatio applicationis formae cum materia est sicut applicatio luminis cum aëre, et sicut applicatio toni, id est motus, cum uoce, quia unumquodque horum applicatur materiae suae, cum tamen nullum eorum habeat finem. et omnino, quia imaginatio applicationis formae cum materia est sicut imaginatio applicationis alicuius substantiae spiritualis cum alia et sicut adiunctio substantiarum spiritualium cum accidentibus spiritualibus et cum substantiis corporalibus. pone autem exemplum ad hoc *applicationem* intelligentiae ad animam et animae ad corpus, sicut ex praemissis patuit. erit ergo consideratio applicationis formae cum materia prima et unitionis cum illa sicut consideratio applicationis intelligentiae cum anima et animae cum accidente quod sustinetur in ea et cum corpore cum quo ligata est; et quod est subtilius et occultius hoc, est applicatio intellectus cum intellecto et sensus cum sensato. et secundum hoc exemplum etiam considerabitur **productio formae in materiam a deo alto et sancto de priuatione ad esse sicut emissio intellectus a sua essentia super rem intellectam et emissio sensus super sensatum.**

---

u. 267,6—24 = Falaqera V, §. 7.

---

1 apprehendens *CM* 3 possum imaginare *M*, imaginare possum *A* finitione *M*, finitationem *N* 5 nec *A* 7 sicut applicatio (*ante* toni) *om.* *C* applicatio toni] applicationem *M* 8 horum] eorum *CN* 9 habet *MN* et] quia *C* omnino] ideo *M* 10 quia] *cf. p. 263,10* applicationis imaginatio *C* 11 alicuius *om.* *C* et] quia *C* 14 applicationem *addidit Munk l. c. p. 93, n. 4: om. ACMN* intellectiuae *C* 15 ex praemissis] *cf. p. 262,12—14* 16 applicationis] approbationis *M* 16—17 formae . . . applicationis *om.* *N* 16 unitationis *M* 17 intellectiuae *C* animae] anima *M* 18 et *om.* *N* 19 occultius *om.* *C* hoc] haec *N* 20 et] quia *C* 21 etiam *om.* *C* improductio *C* 21—22 in materiam formae *C* 24 sensatam *A*. *at etiam Gundissalinus de process. mundi, ed. Menendez Pelayo (Histor. de los Heterodoxos Españoles) p. 706, tum in cod. Paris. bibl. nat. 6443 fol. 99v col. b, tum in cod. Laudinensi 412 fol. 19r col. b praebet:* est (*Menendez perperam* et) sicut emissio intellectus a sua essentia super rem intellectam (*perperam Menendez* rerum intellectum) uel sicut emissio sensus ad sensatum.

7. **D.** Pone quod iam imaginauerim applicationem formae cum materia. quae ergo erit certitudo intellecta ex earum applicatione?

M. Certitudo huius est sicut applicatio essentiae cum essentia, donec fiunt unum.

D. Quae est ratio intellecta de materia et forma, quando coniunguntur?

M. Ipsa est substantia intelligentiae, quae est composita ex materia et forma.

D. Quae est uia ad sciendum quod intelligentia composita est ex illis?

M. Cum consideraueris quod forma intelligentiae collectiua est omnis formae et comprehendens omnem formam, scies tunc quod forma eius est forma uniuersalis; et hoc cognito scies quod materia quae eam sustinet est materia uniuersalis.

D. Iam posueras quod forma intelligentiae scit essentiam materiae, quia scit se esse finitam apud materiam, et quia scit se esse formam alii praeter se; sed fortasse forma scit se esse formam sibi ipsi, et non alii?

M. Cum forma intelligentiae scit se esse praeter ceteras formas, sciet tunc aliud ibi esse per quod diuersificatur ab aliis formis.

D. Quid respondebis, si dixero quod forma intelligentiae scit se diuersificari per se ipsam ab aliis, non quia ibi sit aliud per quod diuersificetur ab eis?

M. Quando forma intelligentiae scierit quod eius differentia ab aliis formis sic est sicut differentia aliarum formarum ab

---

2 ergo] igitur *N* intellecta] intelligentia *N* 3 eorum *A* 4 huius] haec *M* sicut *om. M* applicatione *M* essentiae *om. M* cum] est *A* 5 fiunt] fuerit *N* 6 est *post* intellecta *transp. C* forma] figura *C* quando *om. M* 8 intellectiuae *C* 10 intellectiua *C* 11 est *om. M* 12 intellectiuae *C* 13 apprehendens *C* 14 tunc] ratio *M* forma est *C* 15 cognitio *N* 17 intelligentiae] intll' *C* 18 finitum *N* quia scit *om. C* 19 praeter] prae te *C* 20 formam *om. N* non *om. M* 21 intellectiuae *C* 23 ibi aliud *C* per] propter *M* 24 intellectiuae *C* 25 sit] scit *M* 26 alium *M* diuersificetur *A* 27 Qando] Cum *N* intellectiuae *C* 28 est] eius *A*

ipsa, et scierit quod ipsae formae formae sunt alicui: sciet etiam tunc quod ipsamet forma est alicui. tunc ergo sciet materiam quae eam sustinet.

D. Concedo. sed quid signum est quod haec materia est materia **prima**, **simplex uere**?

M. Signum huius est, quia non inuenitur aliud quod sit superius ea, a quo diuidatur et in quod resoluatur. sed quicquid resoluitur in aliud sensu uel intellectu, compositum est. et haec materia non resoluitur in aliud. ergo scies per hoc quod haec materia est materia prima, uere simplex. similiter dicendum est de forma. Et etiam, postquam forma intelligentiae est forma uniuersalis — et hoc patuit per hoc quod forma eius est collectiua omnium formarum et sustinens illas —: sequitur ex hoc quod sustinens illam sit materia uniuersalis.

D. Nonne uides quod **substantialitas** est forma materiae, et materia forma **rei**?

M. **Substantialitas** non est separata a sua essentia. unde non est possibile ut sit forma eius, quia essentia substantiae ipsa est essentia materiae; et non diuiduntur nomina nisi in relatione. ergo tunc dicitur **materia**, cum refertur ad formam; et tunc dicitur **substantia**, cum per se stat.

8. D. Quid dicis de intellectu huius quod dicitur **res**?

M. Non es memor uerborum et probationum quae induximus in **tractatu de esse**, scilicet quod **ens non est genus generalissimum**?

D. Satis sum memor eorum. sed quid responderes di-

---

2 ipsam et *C* materia *A*, naturam *C* 3 sustinet eam *N* 4 materia] forma *M* 5 prima materia *CN*, prima *om. A* uere *scripsi* (*cf. u. 10*): una *A*, uera *CMN* 6 quia] quod *A* aliud] aliquid *M*, illud *N* 7—8 sed quicquid resoluitur *om. C* 9 haec] hoc *N* resoluatur *N* aliud] aliquid *AC* scias *MN* 10 hoc *N* est materia *om. N* uere] uera uere *N* 11 Et] Quia *C* etiam *om. N* intellectiuae *C* 13 eius *om. C* 15 substantialitas] subtilitas *N* 16 et *om. M* 17 Substantialitates] Subtilitas *N* 18 sit *om. A* substantia *M* 20 in *om. CN* relatione] resolutione *M* dicitur] dicitur *M*. *ad sententiam cf. II 11, p. 42,20—24* formam] materiam *A* 21 stat] consideratur *A*, *om. MN* 22 huius] eius *C* 23 memo (*sic!*) *C* quae] quod *N* 24 ens] est *MN* 26 respondes *C*, respondens *N*

centi hoc, quod substantialitas et unitas subsistunt in esse?

M. Declara quomodo hoc sentis.

D. Postquam concedis quod genus generalissimum, id est materia prima, est substantia una numero, poterit dicere aliquis quod substantialitas et unitas sunt eius forma. signum autem huius est, quod per hoc, quod est una, differt ab alia; et differentia est forma; ergo unitas est forma; ergo est hoc quod est receptibile unitatis et substantialitatis, et haec est res quae proprie dicitur una et substantia.

M. Debes praeponere radicem cui innitatur quicquid dixerimus, hoc est, quod principium differentiae et diuersitatis est materia et forma; et quoniam hoc sic est, constat quod omnis proprietas qua designatur unaquaeque materia et forma per se proprie, non conuenit alii nisi essentiae eius quod est propriatum per eam; alioquin simplex unum esset compositum. et quandoquidem hoc sic est, constat quod proprietas unitatis, quae de genere dicitur generalissimo, non est aliud quam sua essentia, sed est sua essentia. et cum hoc sit, falsa est dictio qua dicitur quod haec est res quae est receptibilis intellectus unitatis, et quod ex coniunctione duorum intellectuum extitit natura generis generalissimi. et omnino debes scire quod esse non sit nisi ex coniunctione materiae et formae, et proprietas esse non conuenit materiae per se, sed materiae et formae simul. et quoniam hoc sic est, non est possibile ut sit hic res receptibi-

---

1 hoc *om.* *C* subtilitas *N* unita *N man. 1; corr. man. 2* 3 sentis] scis *C* 4 concedis] consentis *N* 5 prima materia *A* substantia *om.* *N* aliquis *om.* *C* 6 eius *om.* *N* 7—8 signum ... unitas est forma *om.* *C* 7 huius] hoc *A* 8 ergo est] *scil.* materia 9 hoc *N* 11 proponere *C*, ponere *M* innitatur *C*, inmutatur *N* 13 et (*ante* quoniam) *om.* *M* quoniam *om.* *N* omnis *om.* *C* 14 unaquaque *N* 15 proprietatum *N* 16 simplix *N* unum] naturae *A*, numerus *C*, uerum *N* compositus *C* 16—17 et quandoquidem hoc sic est *om.* *A* 17 sic est hoc *N* constat] quod stat *N* unitas *MN* 19 sed est sua essentia *om.* *A* cum] secundum *C* falsa] sicut *C* est *om.* *CN* quae dicit *C* 20 res est *C* quae est *om.* *C* 21 duorum coniunctione *C* intelligibilium *C*, intelligentium *N* 22 existit *C* natura] materia *C*; natura generis *om.* *N* et] quia *C* scire debes *CM* 23 esse] omne *N* sit] fit *N* 24 esse] naturae *N* 25 hic res *om.* *N* receptabilis *C*

lis intellectus unitatis, scilicet formae, quia materia non habuit esse nisi per coniunctionem formae sibi.

D. Ad satis absurdum duxisti, quod, si proprietas esse non conuenit materiae per se, tunc materia non habet esse per se. ergo frustra quaeritur esse res quae non habet esse.

M. Debes scire non esse possibile ut materia habeat esse absque forma, quia non habet esse, nisi cum uestitur forma, quia esse rei non est nisi ex forma.

D. Quid est signum quod esse rei non est nisi ex forma?

M. Signum huius est quod id quod est aut est sensibile aut intelligibile. et sensus et intellectus non applicantur nisi formae sensibili aut intelligibili, quia formae sensibiles et intelligibiles sunt media obstacula inter formam intelligentiae et animae et inter materias formarum sensibilium et intelligibilium; et propter hoc formae non coniunguntur nisi cum formis, quia ipsae sunt quae obuiant illis. — Et etiam, quia intelligentia et anima non apprehendunt res nisi per suas formas, et formae non coniunguntur nisi formis, propter similitudinem et conuenientiam earum in uno genere. et propter hoc in apprehensione rerum hyle habentium opus habet intelligentia mediantibus formis, propter similitudinem quae est inter suam et illarum formas. et quia esse non est rei nisi ex forma, non est possibile ut materia absque forma habeat esse absolute; sed si dicendum est quod habeat esse, dicatur habere esse in potentia, scilicet ut, cum receperit formam, exibit ad effectum et habebit esse in actu.

---

p. 271,9—26 = Falaqera V, §. 12.

---

1 habuit] hūer[d] *N* 2 sibi] ergo *A*, *om.* *C* 3 absurdum] absur *M* duxisti *A*, deduxisti *M* quod] quia *C* esse] deesse *M*, debet esse *N* 5 quaeritur] quare *M* esse res *A*, esse *om.* *C* 7 absque] sine *C* habet esse] uestitur *C* 9 Quod *AMN* esse] est *N* forma] esse formae *C* 10 id] hic *N* 11 intelligibile] intellectiuae *C* 12 forma *C* et] aut *C* 13 intellectiuae *C* et *om.* *C* 14 materiam *M* et intelligibilium *om.* *N* 16 sunt] est *C* Et etiam *om.* *M* intellectiua *C* 19 eorum *M* 20 habentium hyle *A* intellectiua *C* 21 similitudinem] conuenientiam *A* 22 esse *om* *M* rei non est *M* 23 forma *om.* *N* habeat] hanc *M* si *om.* *N* 24 habeat] hanc *M* habere] quod habeat *N* scilicet] sed *C*, *om.* *N* 25 ut *om.* *C*

9. D. Non interrogaui te de esse materiae in intellectu, sciebam enim quod intellectus non apprehendit rem, nisi cum forma eius adiungitur formae ipsius rei; sed interrogaui te de esse materiae in se ipsa per se, quia si res non habet esse, sicut dixisti, nisi ex forma, tunc non est possibile ut materia habeat esse. quomodo enim est possibile ut materia habeat esse, cum ipsa non habeat esse per se nisi propter formam?

M. Si aestimaueris materiam absque forma, non erit apta habendi proprietatem esse, sicut est apta cum componitur formae.

D. Si materia non est apta habere proprietatem esse, nisi cum componitur formae, tunc non habet esse in se. et quia forma est unitas, et esse dicitur unum, et non est possibile ut unitas existat in non esse: manifestum est per hoc quod aliquid est ante unitatem et fit per eam unum. signum autem huius quod esse est ante unitatem hoc est, quia esse potest separari ab unitate et unitas non potest separari ab esse.

M. Quod dicimus de unitate, hoc idem intelligimus de forma, quia unitas est forma, et materia non meruit habere esse nisi propter unitatem quae sustinetur in ea; et haec est quae attribuit ei esse, quia materia absque unitate non habebat esse, sed materia et unitas coeperunt esse simul, quia materia non fuit apta esse nisi propter unitatem, sicut non fuit coaptabilis proprietati unitatis et formae nisi propter unitatem et formam. signum autem quod esse materiae non est nisi per formam hoc est, quia forma est essentia rei, et cum remouetur

---

1 te *om.* *N* in] in se *C*, *om.* *M* 3 rei ipsius *C*, ipsius re *N* interrogaui te] interogante *M* 4 quia] et *A*, M. *C* 4—5 sicut dixisti esse *A*, esse per te sicut dixisti *C*, esse sicut dixisse *M* 5 habeat] hanc *M* 6 quomodo enim est possibile *om.* *MN*, est *om.* *C* ut materia habeat esse *om.* *MN* materia] res *C* 7 cum ipsa non habeat *om.* *A* *post* habeat *add.* a. i. non esse *N* 8 existimaueris *M* coniungitur] componitur *C* 11 non] ipso *M* esse] *i. e.* vel esse 13 et (*ante* non) *om.* *N* est *om* *M* 14—17 existat . . et unitas *om.* *M* 14 est] etiam *N* quod] quia *A* 17 non] et non *M* 18 Quid *C* 19 quia unitas est forma *om.* *A* meruit] inuenitur *A* 22 simul coeperunt esse *C* 23 fuit] erat *C* 24 unitatis] et trinitatis *M* 25 esse] omne esse *C* non est materiae *A*, materiae *om.* *C* per] propter *AM*

forma, destruitur id quod erat formatum per eam, quia ipsa erat essentia rei, ad similitudinem animae, qua remota a corpore destruitur corpus. signum etiam quod unitas est causa de ipsamet, scilicet quia res non dicitur ipsa, id est quia non habet esse, nisi propter unitatem quae constituit eius essentiam. et quia unitas est causa de ipsamet, tunc ipsamet refertur ad unitatem; et quia refertur ad unitatem, tunc non est prius ea. et postquam esse non est prius unitate, non potest esse ut proprie dicatur de materia absque forma; et quandoquidem hoc sic est, constat quod forma est quae attribuit esse materiae.

D. Debet sequi ex hoc quod materia non habeat esse ullo modo.

M. Scire debes quod esse duobus modis est: esse in potentia, quod est proprium essentiae uniuscuiusque, scilicet materiae et formae per se; et iam de hoc diximus; et esse in actu quod est proprium materiae et formae, cum uniuntur et componuntur. et impossibile est ut materia sic describatur per se, sicut describitur coniuncta formae. et cum materia aestimatur per se, non conuenit ei proprie esse, quod proprium est formae, ideo quia exspoliata est a forma; sed cum aestimatur cum forma, conueniet ei esse, quod proprium est formae, quia iam acquisiuit esse formae, quando coniuncta est illi; hoc est quia ex coniunctione materiae et formae fit natura alia composita ex illis, quae prius non erat in aliqua illarum per se; et quia non est in natura materiae ut appareat per se, et similiter non est in natura formae ut appareat per se, quousque

---

2 qua] quia *C*, quae *N* *post* corpore *add.* ea *C* 3 destruitur] destituitur *C* etiam] autem *N* causa] caus *N* 4 quia] quod *C*, qua *N* res *om.* *M* non *om.* *MN* 6 causa] tamen *M* ipsamet (*bis*) *N* 7 unitatem] eam *MN* tunc *om.* *C* 8 *ante* prius *add.* nisi *N* esse] eam *N* 9—10 sic est hoc *M* 10 quod] quia *AM* 13 quod] quia *AM* esse *om.* *C* 14 quod] quia *C* proprium est *C* essentiae] esse *N* 15—16 per se . . . et formae *om.* *C* 15 iam] ideo *A* 18 per se sicut describitur *om.* *C* discribitur *M* 19 ei *om.* *N* 20 ideo quia] ideoque *N* spoliata *M* 21 conuenit *M* 22 quia] in quo *N* 23 est *om.* *M* fit] sit *N* 24 alia] aliqua *CN*, *om.* *M* aliqua] alia *A* 25 et quia . . . appareat per se *om.* *A* in natura] essentia *M* 25—26 in natura . . . non est *om.* *N* 25 ut] aut *C* 26 et *om.* *AC* in *om.* *M* natura] materia *M* formae] materiae *N*

componuntur et coniunguntur: fit ex earum compositione et coniunctione intellectus, qui non erat prius in aliqua illarum per se; et hoc est quia ex coniunctione quorumlibet diuersorum fit forma quae non erat in aliquo eorum. et per hoc exemplum considerabis apparitionem omnium et eorum exitum in effectum, scilicet esse eorum, quae sunt cum coniungitur materia uniuersalis formae uniuersali.

10. D. Ex uerbis tuis perpendo quod materia est priuatio; quia postquam esse rei non est nisi propter formam, et inter esse et non esse non est medium: debet ut sit materia ipsa priuatio.

M. Etsi materia dicatur priuata, non tamen debet dici quod non habet et in se ipsa esse aliquod, praeter esse quod habet cum adiungitur formae, id est esse in potentia; et propter hoc dicitur quod materia non habet esse in actu absolute, quia habet esse in se in potentia [scilicet illud] et esse in actu non est, nisi quando materia adiungitur formae. et propter hoc descripserunt esse dicentes, quod esse est existentia formae in materia. similiter etiam materia non est priuata absolute, quia habet esse in se in potentia, scilicet illud quod habebat esse in scientia aeterni, excelsi et magni, non composita cum forma.

D. Declara mihi hunc intellectum amplius, scilicet esse materiae sine forma in sapientia creatoris excelsi et magni.

---

1 componantur et coniungantur *C* compositione et *om.* *C* 2 qui] quod *N* illorum *M* 4 per] propter *M* 4—5 considerabis exemplum *M* 5 exitum eorum *C* 5—6 exitum in effectum scilicet esse eorum *om.* *N* 6 eorum esse *C* 9 re *N* est *om.* *M* propter] per *C* 10 non est] et non est *N*, *om.* *C* debet] oportet *N* 12 Etsi] Si *A* dicetur *M* priuata] priuatio et priuata *C* 13 et] esse *AMN* aliquod esse *C* praeter] prius *C* 14 cum] quando *N* 14—15 id est . . . adiungitur formae *om.* *M* 15 quod] quia *A* in actu *om.* *A* 16 habet . . . illud et *om.* *N* *uerba* scilicet illud *ex v. 21 falso huc inserta uidentur* 17 quando] cum *C* adiungitur forma materiae *C* 19 existentia] essentia *A*; existentia *exhibet etiam Gundissalinus de unit. p. 8,18 ed. Correns* 19—20 etiam materia *om.* *C* 20 *post* priuata *add.* in materia *C* esse *om.* *N* 21 illud quod habebat esse] *an* illud esse quod habebat? 22 *ante* excelsi *add.* et *C* et *om.* *M* cum] non *C* 24 materia *C* 24—2 magni et excelsi *M*

M. Esse materiae in sapientia dei sic est, sicut esse intellectus de quo interrogasti in mea anima, quia etsi priuatus est apud te, non ideo tamen debet esse priuatus apud me.

D. Est adhuc alius modus quo ostendatur quod materia non est priuata absolute?

M. Certe alius est, quia priuatum absolute, non est possibile ipsum exire ad esse. quomodo enim est possibile exire ad esse, cum nulla de eo scientia praecesserit?

D. Ergo quid sequitur hoc?

M. Sequitur hoc ut materia habeat esse in potentia, hoc est quia erat uirtus ad sustinendum formam.

D. Quid est signum quod materia habeat esse in potentia?

M. Signum huius est quod forma prima habebat esse in ea in potentia, et ideo processit ad effectum, cum unita est ei.

D. Cur dicitur materia habere esse in potentia, et non in actu?

M. Non dicitur materia habere esse in potentia, nisi cum non est coniuncta formae, quae habet esse in actu; et ideo materia fuit in potentia, propter hoc quod caret effectu, et est receptibilis in se, et non est possibile ut duae uires contrariae conueniant in eodem. — Signum autem quod materia caret effectu, hoc est, quod est receptibilis in se. Et etiam, quia motus non est rei quae mouetur, nisi ut habeat et perficiatur per ipsum; et quicquid mouetur ad aliquid, caret illo. sequitur ergo ex hoc quod materia prima, quandoquidem mobilis est, ut motus eius sit ad aliud, scilicet ad formam, ut habeat eam et perficiatur per eam; unde debuit ut prius careret ea.

---

1 materiam *C* esse (*post* sicut) *om. C* 2 quia] qui *Gundissalini de processione mundi libri (p. 701 Menendez) codex Laudineus. (om. Parisin.); fortasse recte* etsi] si *N* est] sit *C*; *sed est etiam apud Gundissalinum l. c. in utroque codice* 4 quod] quia *AMN* 6 est alius *M* *ante* quia *add.* scilicet *N* 7—8 quomodo . . . ad esse *om. ACN* 8 nulla] nulla re *C* 10 habeat] hanc *M* 12 Quod *ACN* quod] quia *A* habeat *C* 14 quod] quia *AM* 14—15 in ea *om. M* 15 praecessit *A* ei est *M* 16 *ante* materia *add.* ipsa *M* 17 dicitur *corr. ex* debet *A* 19 non *om. N* 20 est *om. M* 21—23 et non est . . . receptibilis in se *om. C* 21 conueniant *M* 22 effectum *N* 24 quae] quae non *CN*, quomodo *M* nisi *om. A* ut *om. C* 25 ex *om. N* 26 quod *etc.*] *sententia est*: quod materiae primae motus sit 27 sit] fit *N*

D. Postquam materia non habet esse absque forma, quomodo dici potest quod exit ad esse?

M. Postquam non dicitur exire ad esse nisi propter suam receptibilitatem formae, non impedit illud. et etiam, quia materia non dicitur non esse absolute, ideo quia habet esse in potentia. similiter etiam non dicitur forma non habere esse in materia absolute, quia forma erat in materia in potentia, et ideo exiuit ad effectum.

11. D. Iam didici ex praedictis quod materia non habebat esse, quia carebat esse, eo quod habet esse cum coniungitur formae, quod est esse in actu, et habet esse, ideo quia habet esse in se in potentia. ergo quomodo est possibile, coniungi cum hoc esse et non esse in materia simul?

M. Aestima priuationem materiae sicut tenebrositatem aëris, et aestima formam in ea sicut lumen, et considera aërem tenebrosum habentem esse in se ipso et habentem esse luminosum in potentia, cum caret lumine; similiter materiam quod habet esse in se ipsa, et habet esse in potentia, quod esse fit ex coniunctione materiae et formae, cum caret forma.

D. Iam certum est mihi ex praedictis quod materia habet esse in se. sed postquam materia habet esse in se, quomodo est uera dictio quod non habet esse nisi ex forma?

M. Esse materiale materia non habet ex forma, sed esse formale, scilicet quod materia habet ex forma; quia materia non habet illud esse quod est ex coniunctione materiae et

1—3 materia . . . Postquam *om.* *C* 4 receptionem *N* 7 materia] membra *N* *post* materia *add.* composita *C* 8 ideo] non *C* exeunt *N* 9 praedictis] praemissis *M* 10 quia carebat esse *om.* *C* esse (*post* habet) *om.* *MN* adiungitur *A* 11 quia] quod *N* 12 *ante* possibile *add.* hoc *AC* 12—13 cum hoc coniungi *CMN* 13 hoc esse] esse *est casus sextus* et] *i. e.* etiam *ante* in materia *add.* est *A* 15 *post* lumen *add.* in ea *A* 16 esse (*ante* in) *om.* *C* et habentem esse *om.* *C* 17 quod] quae *C* 18—19 et habet *etc.*] *i. e.* et habet, cum caret forma, in potentia illud esse, quod fit ex coniunctione materiae et formae; *cf.* *v.* 25 *sqq.* 18 quod] quia *M* fit] sit *N* 21 sed . . . esse in se *om.* *CN* 22 uera est *N* 24 materiam *M* 25 scilicet *om.* *N* 26 esse *om.* *C*

formae, nisi cum forma et propter formam, quamuis materia habeat in se esse materiale. et si uolueris hic materiam dicere priuatam comparatione esse formalis, non prohibeo; quia esse usitatum non est nisi quod est compositum ex materia et forma. et etiam cum consideraueris quod esse rei compositae ex materia et forma compositum est ex esse in potentia, quod est esse materiae, et esse in actu, quod est esse formae: uidebis quod esse materiae comparatione illius priuatio est. ergo non prohibetur quin materia secundum hunc modum dicatur priuata.

D. Cum ergo consideramus esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis, in quarum indagatione sumus, secundum quem horum modorum esse earum considerabimus?

M. Cum nos contemplamur esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis, nostra speculatio acquirit nobis scientiam utriusque esse; quia cum consideramus esse quod est secundum formam, inueniemus materiam uniuersalem habentem esse formale, et postea, cum abstrahimus formam ab ea intellectu, inueniemus materiam habentem esse materiale. similiter dicere possumus de forma.

12. D. Incipiamus ergo nunc inquirere esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis, scilicet quid sit, et quale sit, et quare sit, et ceterae quaestiones quae conueniunt ei.

M. In principio nostrae speculationis iam praedictus fuit modus inquirendi esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis; et posuimus in eo duas regulas, unam com-

---

1—2 habet materia in se esse *A*, materia habeat esse in se ipsa et habet esse in se *C*, materia habet in se esse *M*, materia in se habet esse *N* 3 dicere *ante* 2 hic *transp.* *M* 2 materiam] materia in *C* 2 prohibebo *C* 4 non] et non *N* 5 et etiam] quia etiam *C* 7 quod (*post* potentia)] et quod *N* est (*ante* esse materia)] *om.* *M* 9 quia] quoniam *M* 9—10 modum hunc priuata dicatur *M* 11 consideraueris *AC*, considerauerimus *N* 13 horum] eorum *N*, *om.* *C* modum *C* eorum *N* 15 *ante* nostra speculatio *add.* uidetur quod *A* speculatio nostra *A* 16 quia cum *om.* *M* consideraueris *C* esse] omne *M*, *om.* *N* 17 inuenimus *CN* 18 postea] poste *N* inuenimus *ACM* 19—20 possumus dicere *C* 21 nunc *om.* *ACM* 21 *et* 22 uniuersali *N* 22 scilicet *etc.*] *cf. p.* 298,8 *sqq.* 299,14 *sqq.* 300,13 *sqq.* quid] quae *M* 23 quae *om.* *C* eis *N* 24 in principio nostrae speculationis] *cf. tr. I. c.* 10—17, *p.* 13,1 *sqq.* 25 esse *om.* *M*

munem **uniuersalem**, scilicet ut considerares materiam uniuersalem et formam uniuersalem in intellectu cum proprietatibus quas attribuit eis intellectus, si habent esse, et postea inquireres ipsas proprietates in eis quae sunt; et si inueneris ipsas proprietates in eis, tunc materia uniuersalis et forma uniuersalis sunt. sed iam assignauimus illic proprietates materiae uniuersalis et formae uniuersalis, et fecimus te intelligere quod hae proprietates inueniuntur in omnibus quae sunt. constat ergo per hoc quod sit hic materia uniuersalis et forma uniuersalis. — **Regula autem secunda** est **propria, particularis**, scilicet inductio omnium substantiarum sensibilium et intelligibilium, et resolutio uniuscuiusque harum substantiarum in suam formam in intellectu, deinde compositio uniuscuiusque, scilicet materiae et formae, in omnibus illis, donec componitur ex hoc materia uniuersalis et forma uniuersalis. et iam fecimus hoc quotiens disputauimus, inde quia consideratis substantiis sensibilibus abstraximus formas earum a materiis suis, et deinde composuimus formas earum cum suis materiis; et deprehensa est per hoc materia uniuersalis et forma uniuersalis in sensibilibus. similiter etiam abstraximus formas substantiarum intelligibilium a suis materiis, postquam probationibus affirmauimus esse earum; deinde composuimus materiam earum cum suis formis; et ex hoc deprehensa est materia uniuersalis et forma uniuersalis in substantiis intelligibilibus. postea adiunximus materiam sensibilium et formam eorum cum materia intelligibilium et forma eorum; et fuit ex hoc materia uniuersalis et forma uniuersalis. oportet ergo secundum hanc secundam regulam ut sit hic materia uniuersa-

---

1 scilicet *om.* *AM* considerес *C* 2 in *om.* *CN* 3—4 si habeat ... ipsas proprietates *om.* *A* 3 inquires *C* 4 inuenis *A* ipsas] eas *C* proprietates *om.* *C* 6 illic] ille *M.* *ad sententiam cf. p. 13,15—17; p. 16,10—11* 6 sed] si *N* illic] ille *M* 9 hic *om.* *C* 10 autem] ante *N* est] et *AM* particulares *M* 11 sensibilium et intelligibilium] simplicium et sensibilium *C* 13 in *om.* *N* 15 et] quia *C* 16 sensibilibus] sensibus *N* 17 earum *om.* *C* materia *N* suis *om.* *CMN* 17—18 et deinde ... materiis *om.* *A* 17 deinde] inde *C* 18 materiis suis *N* 19 et forma uniuersalis *om.* *N* 20 abtraximus *M* intelligentium *N* 21 *post* materiis *iterum add. v. 17—19* et deinde ... in sensibilibus *C* 22 materiam *AC* cum *om.* *ACM* 23 substantiis] suis *M* 24 postea] postquam *C* adiunximus] duunximus *N* 25 earum *C* forma eorum] formarum *C* 26 ergo *om.* *C* 27 secundam] substantiam *A*, *om.* *C*

lis et forma uniuersalis. — Iam etiam his duabus regulis addidimus alios modos quibus deprehenditur esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis. Ex illis est hoc quod, cum creator rerum sit unus, oportet ut creatum sit duo. Et amplius, quia res non sunt omnino diuersae, nec sunt omnino conuenientes. Et amplius, omne quod est in intellectu, diuiditur in proprietatem et propriatum. Et amplius, ultimum quod apprehendit intellectus est genus et differentia. Amplius, res aut resoluuntur in duas radices, aut in plures, aut in cetera diuisionis. Item, postquam corpus positum in extremo inferiori, quod consiat ex materia et forma, est oppositum intelligentiae, quae est in extremo superiori: est etiam intelligentia composita ex materia et forma, quia inferius eductum est a superiori; et per hoc etiam patuit quod omne quod est compositum est ex materia et forma. Et ex omnibus his modis probatur quod hic est materia uniuersalis et forma uniuersalis. recordare ergo, quicquid diximus de esse materiae et formae uniuersalis a principio disputationis usque nunc, quia per hoc complebitur scientia de esse materiae uniuersalis et formae uniuersalis.

13. D. Ex omnibus praedictis constat esse materiam uniuersalem et formam uniuersalem. sed non ita facile consentit anima mea esse formam uniuersalem, sicut materiam uniuersalem. ergo adde explanationem assignando esse formae uniuersalis, antequam incipiamus perquirere cetera quae uoluimus de materia uniuersali et forma uniuersali.

---

1 addimus *C* 2 deprehendetur *ACN* 3 est hoc] est ex hoc *N*, *om. C. ad sententiam cf. p. 222,24—26* quod *om. C* *ante* creator *add.* qui est *C* 4 unum *C* Et amplius] *cf. p. 222,19—22; 223,10—11* 5 nec] non *C* conueniente *N* 6 Et amplius] *cf. p. 223,11—13* in intellectu] intellectui *A*, *om. C* propietates *C* 7 proprietatum *CN* (*pro* in proprietatem et propriatum *supra p. 223,12 habet* in formam et formatum) Et amplius] *cf. p. 223,15—19* *ante* ultimum *add.* cum *A* 8 Amplius] *cf. p. 224,15—225,22* aut] autem *MN* resoluitur *N* 9 aut in plures *om. M*, in *om. N* ceteras *A* 10 Item] *cf. p. 225,23—226,7* inferiori] in superiori *N* quod] quia *AC* 11 est] cum *C* compositum *C* intellectiuae *C* quae] quod *N* est *om. C* 12 in] inde *C* superiori] in superiori *N* intellectiua *C* 13 deductum *M* 14 est (*ante* ex) *om. C* 15 his omnibus *AM* 18—19 materiam uniuersalem *AN* 19 et formam uniuersalem *A*, *om. M* 20—21 D. Ex . . . formam uniuersalem *om. C* 20 esse materiam] essentiam *M* 22 mea *om. C* sicut] et *N* 23 uniuersali *CM* 24 uoluimus (*cf. p. 277,22*)] uolumus *ACM*

M. Oportet ut assignemus tibi de forma uniuersali rationem, cui acquiescas et non declines ab ea. dicamus ergo quod, si fuerit forma haec quae sustineat formam omnis rei, et uniatur cum ea forma omnis rei: consequitur ut illa sit forma uniuersalis.

D. Postquam omnes formae sunt in forma uniuersali, quaero si essentiae harum formarum sunt essentia formae uniuersalis, aut alia.

M. Essentiae formarum quae sunt in forma uniuersali ipsa est essentia formae uniuersalis.

D. Si tu comprobaueris hunc intellectum, iam completa est scientia de forma uniuersali.

M. Incipiemus ergo ab hoc et dicemus: postquam induximus omnes substantias et considerauimus omnes formas, non inuenimus inter eas formam magis perfectam et magis collectiuam omnium formarum quam formam intelligentiae; scilicet quia inuenimus quod haec forma scit omnia per se ipsam, et unitur per se ipsam cum omni forma; et per hoc cognouimus quod omnes formae sunt in essentia eius. Et etiam inuenimus quod substantia intelligentiae apprehendit omnes formas per se ipsam; et in hoc est signum quod hae formae unitae sunt cum essentia eius, et quod essentia eius non est aliud nisi unum, quod est uniuersitas harum formarum et collectio earum, quia omnes formae unitae sunt essentiae eius unitione spirituali; unde oportet ut forma intelligentiae sit forma uniens et collectiua

---

p. 260,13—261,6 = Falaqera V, §. 8.

---

2 cui] ut *C* ab] ad *N* dicam *MN* 3 fuerit si *C*, fuerit *om. N* haec forma *MN* 3—4 et . . . rei *om. N* 7 quaero] q̄ rō̄ (*i. e.* quae ratio) *C* harum] earum *C* sint *N*, sunt sicut *C* 11 hunc *om. C* 12 scientia] essentia scientia *N* 13 Incipiamus *M* ab] ad *N* induxerimus *C* 14 considerauerimus *C*, consideramus *N* 15 inueniemus *C* 16 intellectiuae *C* 17 inueniemus *C* 17—19 quod haec . . . etiam inuenimus *om. M* 17—19 haec forma . . . cognouimus quod *om. C* 17 omnia] *Falaqera* כל צורה, *i. e.* omnem formam 19 etiam inuenimus *om. C* 20 intellectiuas *C* 21 quod] et *N* cum] in *C* 22 eius essentia *C* *ante* aliud *iterum add.* eius *N* 23 formarum] substantiarum *C* quia] quod *N* 24 sunt *om. N* eius *om. N* 25 intellectiuae *C* et *om. A* collectam *N* (*cf. p.* 186,18)

unitatis omnis formae in sua unitate. Et etiam, quia inuenimus quod intelligentia non apprehendit hyle per se, sed medianlibus anima et sensibus, quia hyle est extra essentiam eius; et quia intelligentia non apprehendit hyle per se, quia est extra essentiam eius: oportet ut non apprehendat formas, nisi quia *non sunt extra essentiam eius. et si non sunt extra essentiam eius*, sunt intra essentiam eius.

D. Quid est signum quod omnes formae sunt in essentia intelligentiae? et fortasse hoc non est uerum de omnibus formis, nisi de aliquibus, etsi necesse est concedere quod aliquae sunt in ea.

M. Concedis quod omnes formae sunt in intelligentia esse simplici et spirituali, aut non?

D. Cur concedam hoc?

M. Cum plures formarum fuerint in intelligentia particulari, ideo quod intelligentia particularis apprehendit per se omnem formam et adinuenit in se omnem formam, quid putas de intelligentia uniuersali? nonne opus est ut omnes formae sint in eius forma?

D. Quomodo sunt omnes formae in intelligentia particulari?

M. Memor esto cogitationis animae et recursus eius ad id quod est in intelligentia, et quomodo imaginatur formas rerum secundum imaginationem uigilantis, et quomodo imaginatur eas uera uisione et cognoscit eas.

14 D. Iam inspexi his modis, et inueni sicut dixisti. sed adde explanationem quod omnes formae sunt in essentia intelli-

p. 281,14–18 = Falaqera V, §. 9. p. 281,19—24 = Falaqera V, §. 10.

1 formae omnis *M* 2 intellectiua *C* 3 *ante* quia *add.* et *AC* 3—5 et quia ... essentiam eius *om. AC* 4 apprehendi *N* 6—7 non sunt ... extra essentiam eius *addidi ex Falaqera*: *om. ACMN* 7 intra] inter *M* eius essentiam *AC* 8 Quod *AMN* est *om. N* 9 intellectiuae *C* et fortasse] confortasse *M* 10 formis *om. C* 11 aliqua *MN* 12 omnia *N* formae *om. N* in *om. MN* intellectiua *C* 13 et] aut *C* 14—19 D. Cur ... in eius forma *om. C* 14 Cur *om. AN* 16 comprehendit *N* 17 quid] quae *M* 20 intellectiua *C* 22 cursus *C* eius *om. C* 23 in *om. CN* intellectiuae *C* imaginat *AC* 24 imaginat *ACM* 25 uera] hac *C* cognoscat *C* 27 omnis *N* formae *om. C* sint *N* intelligentiae] intell'ie *C*

gentiae, et manifesta quod forma intelligentiae sit forma omnium rerum et quod formae omnium rerum sint forma intelligentiae.

11. Suscipe nunc probationes de hoc.

(1.) Dico quod forma intelligentiae apprehendit omnes formas, et uniuntur cum essentia eius. et quicquid est, cum cuius essentia uniuntur omnes formae, in eius essentia sunt omnes formae. ergo omnes formae sunt in essentia intelligentiae.

(2.) Item. Substantia intelligentiae sustinet omnem formam in se. et quicquid sustinet omnem formam per se, eius essentia est omnis forma. ergo essentia intelligentiae est omnis forma.

(3.) Item. Quicquid est in aliquo essentialiter, constitutiuum est naturae ipsius. et omnes formae sunt in intelligentia essentialiter. ergo formae rerum constitutiuae sunt essentiae intelligentiae. Item. Formae rerum constitutiuae sunt essentiae intelligentiae. et quicquid constituit essentiam alicuius, forma est eius. ergo formae rerum sunt formae intelligentiae.

(4.) Item. Forma intelligentiae constituit essentiam materiae. et formae rerum constituunt essentiam materiae. ergo formae rerum sunt formae intelligentiae.

(5.) Item. Forma intelligentiae sustinet omnes formas essentialiter. et quicquid sustinet formam rei essentialiter, ipsa

---

p. 282,4—8 = Falaqera V, §. 11.

---

1 *ante* et manifesta *add.* et quomodo imaginat eas (*cf. p. 281,23*) *C* quod] quomodo *M* intelligentiae] intell'ie *C* forma (*post* sit)] formae *M* 2 sunt *AM* forma] formae *A* 3 intellectiuae *C* 4 Suscipe . . . de hoc *om. C* 5 intellectiuae *C* 6 cuius] eius *AC* 7 essentiae *M* *post* essentia *add.* cum quo *A* 8 ergo omnes formae *om. N*, formae *om. C* 8 *et* 9 intellectiuae *C* 10 in se . . . formam per se *om. N* 11 omnium *M* forma] homo *C* intellectiuae *C* 13 constitutum *N* 14 et] sed *C* in *om. N* intellectiua *C*, intelligentiae *M* 15 essentialiter] naturaliter *M* constitutae *N* 16 intellectiuae *C* Item] est *C* constantiuae *C*, constitutae *N* essentiae *om. A* 17 intelligentiae *om. C* et] quia *C* constituit essentiam] est in essentia *C* 18 eius est *A* intellectiuae *C* 20—22 Item . . . formae intelligentiae *om. N* 20 *et* 22 *et* 23 intellectiuae *C* 23 omnes *om. N* 24 rerum *N*

et hoc unum sunt. ergo forma intelligentiae et formae omnes quae sustinentur in ea unum sunt.

(6.) Item. Forma intelligentiae unitur cum formis omnium rerum unitione spirituali. et quicquid unitur cum alio unitione spirituali, hoc et illud unum sunt. ergo forma intelligentiae et omnes formae rerum unum sunt. — Item. Forma intelligentiae et omnes formae rerum unum sunt. et quicquid est cum alio unum, est id ipsum. ergo forma intelligentiae est ipsaemet formae omnium rerum. — Item. Forma intelligentiae est ipsaemet formae omnium rerum. sed formae rerum sunt specificantes eas. ergo forma intelligentiae est specificans res. — Item. Forma intelligentiae est specificans res. et specificatio rerum est uniuersalitas suarum formarum. ergo forma intelligentiae est uniuersalitas formarum rerum.

[M.] Hae probationes monstrabunt tibi quod **forma intelligentiae est uniuersalis omnibus formis, quia omnes formae sunt in ea.** et quod tibi hoc ostendet, omnino hoc est, quod **formae rerum sunt in intelligentia simplici esse, et ipsae sunt in se ipsis esse composito.** et quia esse compositum est ex simplici esse, et compositum et simplex sunt unius generis, sequitur ex hoc quod **esse formarum rerum in se ipsis sit ex esse formae intelligentiae.** et consequitur etiam ex hac argumentatione quod **forma intelligentiae sit uniuersalis omnibus formis, et quod omnes formae sint in eius forma.**

15. D. Si omnes formae habent esse in forma intelligentiae

---

1 intellectiuae *C* omnes formae *C* 3 intellectiuae *C* 3—9 unitur . . . Forma intelligentiae *om.* *C* 4 alio] aliquo *N* 5 *et* 6 omnis *N* 7 alio] aliquo *N* 8 ipsaemet] ipsum et *M* 8—9 rerum . . . omnium rerum *om.* *N* 9 ipsaemet] ipsum *M* 10 intellectiuae *C* 11—12 Item . . . specificans res *om.* *CN* 12 uniuersalitas] unitas *AC* 13 formae *C* intellectiuae *C* uniuersalitas] unitas *AC*, utilitas *N* 15 M. *delui tamquam abundans; habent ACMN. fortasse scribendum est* Dixit Magister, *ut p. 138.9* demonstrabunt *AM* intellectiuae *C* 16 uniuersalis] forma uniuersalis *C* 17 omnino] hoc omnino *A* 18 in *om.* *C* intellectiua *C* 18—19 intelligentia . . . ipsae sunt in *om.* *N* 19 esse composito] composite *C* 20 esse (*post* quia)] esse est *A*; omne *CN* 21 quod *om.* *N* forma *N* 22 se] semel *C* 23 *et* 24 intellectiuae *C* 25 sunt *CN* 26 intellectiuae *C*

simplici esse, et compositum esse est ex esse simplici, sequitur quod forma intelligentiae sit radix et origo omnis formae; et quia forma intelligentiae est radix et origo omnis formae, consequitur ut omnes formae sint defluxae ab eius forma; similiter etiam sequitur ut ipsa sit forma uniuersalis omnibus formis. sed quomodo concedam quod omnes formae sint in forma intelligentiae?

M. Cur non concedis hoc?

D. Video enim quod intelligentia indiget sensibus ad apprehendendum formas sensibilium; unde non apprehendit res habentes hyle per se ipsam, sed mediantibus sensibus. ex quo significatur quod formae sensibiles sunt extra essentiam eius, quia si omnes formae essent in essentia eius, ad apprehendendum formas sensibiles non indigeret sensibus.

M. Non dico quod omnia sunt in intelligentia, nec quod omnia sunt ipsa intelligentia, propter res habentes hyle; sed dico quod intellecta spiritualia sunt in intelligentia et quod ipsa sunt intelligentia; sed sensibilia corporalia habentia hyle non sunt in intelligentia, nec ipsa intelligentia, quia sunt extra essentiam eius. et ideo intelligentia non apprehendit res habentes hyle, nisi mediante sensu, qui conuenit suae naturae, quia est medius inter spiritualitatem intelligentiae et corporalitatem hyle. et causa prohibens quod intelligentia non apprehendit per se res habentes hyle, haec est, quod apprehensio intelligentiae non fit nisi applicatione formae eius cum forma

p. 284,15—286,23 = Falaqera V, §. 18.

1 simplici esse] simplex *A*, simplex esse *C* esse (*post* compositum)] omne *N* *ante* est *iterum add.* et compositum, *post* est *add.* esse *C* simplici esse *C* 2 intellectiuae *C* et (*ante* quia)] *om.* *C* 2—3 et quia ... omnis formae *om.* *N* 3 intellectiuae *C* consequitur] et sequitur *C* 4 ut] quod *C* 5 etiam] et *M* 5 uniuersalis forma *A* 6 quod] ut *N* 7 intellectiuae *C* 9 intellectiua *C* 10 non] nunc *C* 12 signatur *N* 14 indigent *M* 15 in *om.* *C* intellectiua *C* 16 sint *AMN* intellectiua *C* 17 intellecta] intellectiua *C* in *om.* *M* 17 *et* 18 intellectiua *C* 18 non] nec *CN* 19 in *om.* *CMN* intelligentia (*ante* nec)] intellectiua intelligentia (*post* ipsa)] in *C* 19—21 quia ... habentes *om.* *C* 21 qui] quia *M* 22 intellectiuae *C* corporeitatem *N* 23 intelligentia] intell' *C* 24 per se *om.* *M* quod] quia *A* 25 intellectiuae *C* *ante* applicatione *add.* ex *A* eius formae *C*

intellecti et unitione eius cum ea; et quia substantia intelligentiae est subtilis, et sensibilia sunt spissa, et simplex non potest coniungi cum spisso sine medio simili extremis: sequitur ex hoc quod intelligentia non apprehendit sensibilia nisi mediante sensu; quia substantia sentiens est consimilis utrisque extremis, scilicet quia est media inter corporeïtatem formarum sensibilium et spiritualitatem intelligentiae. — Manifestatio huius haec est, quia cognitio non est nisi propter unitionem duarum formarum, cognoscentis et cogniti, sine medio, et unitio harum duarum formarum est secundum similitudinem et propinquitatem; et forma animae intelligentis non est similis formis corporalibus, quia forma animae intelligentis spiritualis est, et formae sensibiles corporales sunt; unde prohibetur, ne forma animae intelligentis applicetur formis corporalibus sine medio quod sit simile duobus extremis. — Et etiam, postquam anima sensibilis et natura sunt mediae inter animam intelligibilem et corpus, prohibetur ne forma animae intelligentis iungatur cum formis corporis, et uniatur cum eis per se ipsam sine medio. et secundum hanc rationem considerabis apprehensionem animae sentientis formas sensibiles mediantibus instrumentis et aëre, propter similitudinem quam habent instrumenta et aër ad duo extrema, scilicet substantiam sentientem et formas sensibiles.

Et cum dicitur quod totum habet esse in intelligentia et defluit ab intelligentia, non intelligitur propter hoc quod totum sit compositum ex intelligentia, nec quod aliqua simplicium sub-

p. 285,24—286,7 = Falaqera V, §. 14.

1 intellecta *C* cum ea *om.* *C* intellectiuae *C* 4 intellectiua *C* apprehendat *M* 5 quia] et *C* sensiens *C* 6 corporalitatem *C* 7 spiritualitatem] specialitatem *M* intellectiuae *C* *post* manifestatio *add.* autem *C* 9 et] quia *C* harum *om.* *AN* 10—11 et forma *om.* *C* 13 *post* prohibetur *add.* propter hoc *ACM*, *quibus uerbis altera eiusdem uocabuli interpretatio ad illud* unde *addita contineri uidetur* 16 *ante* natura *add.* non *A* media *C* intelligibilem] intll'ule' *C* 17 intelligentis] intelligibilium *A* iungatur] uniatur *N* 18 corporis] corporalibus *C* et uniatur cum eis per se ipsam *om.* *N* 19 apprehensione *N* 20 sensientis *CN*, conformantis *A* formis sensibiles *N* et] in *A* 24 intellectiua *C* 25 intelligentia] ea *C* 26 intellectiua *C* nec] sed *M* aliqua] alia *AN* substantiarum simplicium *CM*

stantiarum composita sit ex alia; quia quod compositum est ex alio, compositio eius est in actu, et intelligentia non sic est, quia substantia eius simplex substantia est; sed intelligitur per hoc quod omne quod est, est in eo esse simplex, scilicet quia sua essentia est uniuersitas formarum, id est formae rerum sunt unitae in sua essentia unitione *spiritu*ali essentiali, non corporali accidentali.

16. D. Iam intellexi hoc. sed adde explanationem quod **forma intelligentiae uniuersitas est formarum rerum.**

M. Postquam forma intelligentiae est sciens formam omnis rei, oportet ex hoc ut omnes formae sint coniunctae ei existentes in ea, eo quod omnes formae sunt creatae in ea, *scilicet* unitae sunt in eius essentia unitione spirituali essentialiter. et propter hoc forma intelligentiae est uniuersalis omnibus formis. et quandoquidem hoc sic est, oportet ut haec forma sit quae dedit omni formae esse et quod est, sicut materia est quae dedit omnem substantialitatem.

D. Vidi sapientes in hoc conuenire quod **intelligentia non habet formam quae sit ei propria.** et reddiderunt rationem, dicentes quod, si intelligentia haberet formam propriam, prohiberet ipsa forma apprehensionem omnium aliarum formarum praeter se.

M. Non dixerunt quod intelligentia non habet formam propriam, nisi quia non habet formam **particularem**; nec ne-

---

p. 266,10—17 = **Falaqera** V, §. 15. p. 266,18—267,7 = **Falaqera** V, §. 16.

---

1 composita *om. A* ex] ab *C* quia] et *C* 2 compositio] composita *N* intellectiua *C* est sic *C* 3 simplex est substantia *A*, substantia simplex est *CM* 4 in eo est *C* esse *om. C* quia] qui *N* 5 essentia sua *N* formarum] forma *N* rerum] earum *A* 6 spirituali *scripsi ex v. 12*: substantiali *A*, subtili *C*, sibili *M*, *om. N* 8 intellixi *C* 9 intellectiuae *C* est *om. M* 10 intellectiuae forma *C* formas *M* 12 eo *om. N*, eo ... in ea *om. C* scilicet *scripsi Falaqeram* ר"ל *secutus*: sed *ACMN* creata *N* 14 intellectiuae *C* et] quia *C* 15 sic *om. C* 16 formae esse ... dedit omnem *om. N* et] quia *C* materia] *Falaqera perperam* הוא (*i. e.* השכל, intelligentia?); *sed cf. p. 14,2—5 collata pag. 259,22 et 269,17—21* quod est] quae est *M*, *om. C* omni *M* 18 quod] et *N* intellectiua *C* 19 et] quia *C* 20 intelligentia] intellectiua *C*, nullam *M* habuerit *A* 21 prohiberet] haberet *C* formam *N* 21—22 formarum omnium aliarum *N* 22 formarum *C* 23 intellectiua *C* 23—24 propriam formam *N* 24 nec] non *C*, *om. N*

gauerunt propter hoc intelligentiam habere formam **uniuersalem**, ideo quod forma uniuersalis iudicatur apprehensio omnium formarum. unde, cum tu consideraueris quae sit causa apprehensionis substantiarum ad formas, scies tunc certitudinem nostrae dictionis quod forma intelligentiae est uniuersalis; et scies **quomodo haec forma apprehendit per se omnes formas.**

D. Quomodo est hoc?

M. Dubitas quod substantia, quo fuerit subtilior et simplicior, erit receptibilior multarum formarum et diuersarum, et ipsae formae sunt in ea melius et pulchrius; et e contrario?

D. In hoc non dubito, nisi quia ignoro causam quae facit hoc debere esse.

M. Causa quae facit hoc debere esse haec est, quia compositio compositi prohibet illud a formis penetrari, quia est obstaculum inter essentiam suam et essentias formarum. sed in substantia simplici non est quod obstet inter ipsam et formas; et propter hoc non prohibentur formae penetrare ipsam. unde oportet ut substantia simplex, quo fuerit superior et purior, erit magis receptibilis formarum multarum et magis configuratur omni figurae; quia si substantia simplex unius figurae esset receptibilis et comes, et sustentatrix unius tantum formae et comes: inter ipsam et substantiam compositam non esset differentia. — Et cum hoc ita sit, oportet ut substantia sensibilis propter suam spissitudinem multarum formarum non sit suscep-

---

p. 287,9—288,21 = **Falaqera** V, §. 17.

---

1 intelligentiam (intll'iam) *etiam* *C* 2 ideo] eo *A*, *om.* *N* quod] quia *N* uniuersalis] utilis *N* 4 tunc *om.* *C* 5 intellectiuae *C* *ante* uniuersalis *add.* forma *M* 9 fuerat *M* 10 erat *M* multarum formarum] omnium formarum et multarum *C* 11 et pulchrius *om.* *C* 13 debere] habere *N* 14 Causa quae hoc facit *A*, Hoc quae causa fecit (*sic!*) *C* deberi *M*, *om.* *C* esse *om.* *M* haec] hoc *N* compositio] composita *N* 15 compositi] compositum *C* 16—17 essentiam suam . . . inter *om.* *N* 16 sed] si *M* 17 ipsam et formam *AN*, formas et ipsam *C* 18 et *om.* *M* 19 ut] quod *M* fuerunt *M* 20 multarum formarum *M* 22 et (*ante* sustentatrix)] *om.* *AM* 22—23 et sustentatrix . . . et comes *om.* *Falaqera* 22 tantum] tamen *N* 23 esset *om.* *M* 24 hoc] si *M*, *om.* *N* 25 susceptibilis] receptibilis *N*

tibilis, sed comes unius formae. unde oportet ut substantiae intelligibiles, quo fuerint simpliciores et clariores, erunt formarum receptibiliores; et erit in eis maior unitio formarum et manifestior quam in inferioribus, sicut in natura et in animabus. similiter dicendum est, donec peruenitur ad subtilissimam et simplicissimam omnium substantiarum, quae est substantia intelligentiae; *et* oportet ut haec substantia sit magis receptibilis et magis colligens formas in sua essentia et unitate. — Et etiam, postquam substantia intelligentiae ordinata est in ultimo supremo, opposita substantiae corporis ordinatae in ultimo infimo, et substantia corporis est receptibilis unius formae tantum: tunc oportet ut substantia intelligentiae sit receptibilis omnium formarum et sustentatrix earum. similiter etiam oportet ut substantiae, quo magis descenderint et propinquiores corpori fuerint, erunt debiliores in recipiendo formas et minus lumen, et similiores corpori in recipiendo pauciores formas; et e contrario.

17. D. Concedamus quod substantiae quae sunt infra intelligentiam, recipiunt ab ea formas, aliae plures, aliae pauciores. sed quid poterit intelligi ex hoc quod dicis, quod substantia intelligentiae magis est receptibilis omnium formarum quam aliae substantiae, et unde recipit intelligentia has formas?

M. Materia propria formae intelligentiae, id est extremitas sublimior materiae uniuersalis, recipit formam intelligentiae, quae

p. 268,22—269,7 = Falaqera V, §. 18.

2 fuerunt *M* erunt] *sic codices omnes* (*cf. v. 14*) 2—3 receptibiliores formarum *C*, formarum susceptibiliores *M*, forma receptibiliores *N* 3 in eis *om. M* maior] magior *M* 4 in (*ante* inferioribus) *om. M* in (*ante* animabus) *om. A* 5 perueniatur *C* 6 est *om. C* intellectiuae *C* 7 et *addidi ex Falaqera* ויתחייב: *om. ACMN* haec substantia *om. C* 8 Et] Quia *C* 9 intellectiuae *C* 10 opposito *C* 11—12 unius . . . sit receptibilis *om. N* 12 intellectiuae *C* 14 descendunt *C* 15—16 formas . . . in recipiendo *om. N* 15 et (*ante* minus) *om. M* et minus lumen *om Falaqera* 16 et] etiam *M* 16—18 et e contrario . . . ab ea formas *om. N* 17 *Amplonianus cap. 17 a v. 19* sed quid *incipit* 17—21 Concedamus . . . formas] *haec apud Falaqeram in breue contrahuntur* 17 Concedimus *CN* intelligentia *M*, intll'am *C* 19 quid] qui *M* intelligentiae] intel' *C* 21 intellectiua recipit *C* 22 intellectiuae *C* 23 sublimior] subtilior *A*, subtiliorum *C* materiae] formae *C* recipit *CM* intelligentiae (intll'ie) *etiam C*

sustinet omnes formas, a uoluntate, in qua est omnis forma plene et perfecte, et quae est totum et totum in ipsa. et materia non recepit a uoluntate secundum quod in uirtute uoluntatis est, sed secundum quod essentia eius parata erat recipere; et iam feci te scire ex praemissis quod id luminis quod materia acquisiuit ex uoluntate ualde minimum est comparatione eius quod in uoluntate est. — Et debes scire quod haec forma absoluta est uoluntati in actu ex parte facti, et est uoluntati ex parte factoris in potentia; hoc est quia res non sunt taliter in superioribus, qualiter in inferioribus, quia formae in causis perfectius et plenius sunt quam in causatis, quia formae non fiunt in causatis nisi ex intuitu causarum in causata et aequidistantia ad illas. et secundum hoc oportet ut formae sint in uoluntate prima perfectius, quoad esse potest, et ordinatissime et plene. similiter etiam oportet, ut quicquid fuerit ei propinquius, quousque perueniatur ad ultimum substantiae inferius; et tunc sistet forma. et summa horum uerborum est id quod Plato dixit.

D. Quid est quod Plato dixit?

M. Plato considerauit quod formae fiunt in intelligentia ex intuitu uoluntatis, et fiunt in anima uniuersali ex intuitu intelligentiae uniuersalis; similiter fiunt in natura et in substantia ex intuitu animae uniuersalis in natu-

---

p. 289,7—290,3 = Falaqera V, §. 10.

---

1 *post* a uoluntate *add.* prima sibi creatas *A*. *Falaqera post* כרוצון *add.*: השוכן למעלה אצל הבורא ית׳ וית׳, *i. e.* quae habitat in sublimi iuxta creatorem excelsum et sanctum. *N post* a uoluntate *lacunam habet* 2 et totum *om.* *N* 3 recipit *CM* 4 et] quia *C* 5 feci te] fecisti me *C* id] illud *C* 7 forma] uoluntas *C* 8 uoluntati] uoluntate materiae *C* in actu] in athi *C*. *pro* in actu *scribendum erat* in potentia, *pro* in potentia (*v.* 9) in actu; *cf. IV 20, p. 254,22–24*: quamuis omnis forma est in uoluntate in actu respectu agentis, nec dicitur esse in potentia nisi respectu facti. *cum apud Falaqeram idem error reperiatur, mutare quicquam nolui* facti] rei facti *AM* 10—11 plenius et perfectius *CM* 11 quam] qua *M* 11 *et* 12 causatis] causis *M* 12 ex *om.* *N* 13 et *om.* *M* 13—15 formae . . . oportet ut *om.* *M* 14 quoad] quo aliquid *ACM* 15 ut] *i. e.* quantum fuerunt *M* 16 et *om.* *M* tunc sistet] consistet *N* 17 suma *M* id] ro *N*, *om.* *C* 18 Quid est] Quidem *M* 19 considerauerit *M* intellectiua *C* 20 uoluntatis] *cf. Munk l. c. 101,3* 21 intellectiuae *C* natura] materia *C*

ram. et posuit regulam in hoc, quomodo fiunt formae intelligibiles, id est cogitata et imaginata, in anima particulari ex intuitu intelligentiae in illam.

D. Quid intelligitur de hoc intuitu in substantias?

M. Intellectus intuitûs in substantias est aequidistantia aliarum ab aliis et defluxio uirium et luminum aliarum ad alias, ideo quod omnes sunt infra substantiam primam, quae fluit per se, sicut iam scisti ex praemissis.

18. D. Iam certum est mihi ex praedictis quod forma intelligentiae est forma formarum, et quod omnes formae subsistunt in eius forma, et quod intelligentia est uniuersitas rerum. et omnino quia formae inferiores sunt in formis superioribus, quia defluxae sunt ab eis, oportet ex hoc quod intelligentia sit quicquid est infra eam; similiter anima et natura sunt quicquid est infra eas, ideo quod unitio formarum inferiorum in formis superioribus est similis unitioni formarum intelligibilium in forma intelligentiae. sed cum hoc tamen adhuc dubito, quomodo colliguntur formae multae in uno, et quomodo conueniunt, cum sint diuersae in se ipsis.

M. Iam confecimus ex praemissis probationibus certitudinem de hoc quae sufficit; ergo memor esto illarum. sed nunc dico hoc quod non prohibentur multae formae diuersae colligi

---

p. 290,4—8 = Falaqera V, §. 20. p. 290,22—292,17 = Falaqera V, §. 21.

---

3 intellectiuae *C* illam] ipsum *C* 4 de] in *A* in *om.* *M* 6 ab aliis . . . aliarum *om.* *N* luminum et uirium *C* 7 quod] quia *C* substantiam primam] formam propriam *M* fluit] fuit *MN* 7—8 per se] *Falaqera add.* כלומר שההשפעה מאתו לבדו (*i. e.* id est, cuius effluxio est ab ipsa sola), *quibus uerbis glossema contineri illo* כלומר *indicatur* 8 ex praemissis] *cf. III 13—16, p. 107,10 sqq.* 9 ex dictis *N*, *om.* *C* intellectiuae *C* 10 formarum] substantiarum *M* 11 intellectiua *C* uniuersitas est *N* 12 *post* quia *add.* postquam *AMN* *post* formae *add.* insuper *N* *ante* superioribus *add.* in *N* 13 quia] quae *AMN* fluxae *M* quod] ut *C* intellectiua *C* 14 sit] scit *N* natura] materia *M* sunt] sicut *A*, sint *M*, sciunt *N* 16 superioris *N* unitationi *M* intellectiuae *C* 18 colligentur] intelliguntur *C* formae *om.* *C* 20 confecimus] cum fecimus *N* 21 quod (quod *etiam* *N*) sufficit de hoc *C* esto] est *C* 21—22 dico nunc *A*

in uno sustinente, nisi cum locus impedit; sed cum locus non impedit, non prohibetur quin conueniant, ut dictum est. sed postquam formae coadunatae in forma intelligentiae non sunt dispersae, propterea quod unitae sunt in sua essentia, et substantia intelligentiae est substantia simplex: constat per hoc quod hae formae non impediunt locum; immo ipsae et locus in quo sunt, scilicet substantia intelligentiae, unum sunt. et quia substantia intelligentiae est simplex, et formae quae sunt in ea non sunt dispersae, sed unitae in sua essentia, ideo est substantia intelligentiae capax et sustentatrix omnis rei; et non angustatur aliqua re, ideo quod sustinet omnia unitate sua, quae est eius essentia, sustentatione unitionis essentialis. — Vnde debes obseruare hunc intellectum et inducere in omnibus substantiis, scilicet ut facias comparationem inter sustentationem ipsarum ad formas et sustentationem alterius ad illas; uidelicet cum tu consideraueris existentiam formarum in intelligentia, inuenies eam comparabilem existentiae earum in anima et existentiae nouem praedicamentorum in substantia. et propter hoc dictum est quod intelligentia est locus formarum intelligibilium et hyle est locus formarum naturalium; et etiam fuit dictum quod, sicut hyle est uirtus receptibilis formarum sensibilium, similiter anima est uirtus receptibilis formarum intelligibilium. et secundum hoc considera etiam existentiam omnium formarum in materia prima.

---

1 nisi cum locus impedit] *Falagera:* כשיטרידו מקום, *i. e.* nisi cum occupant locum 1—3 sed cum locus non impedit] *Falagera:* אבל כשלא יטרידו מקום, *i. e.* sed cum locum non occupant 1—2 sed cum ... dictum est *om.* *C* 2 non *om.* *N* 3 coadunatae] quo adunatae *N* intelligentiae] itll'ie *C* 4 sua] una *A* 5 intellectiuae *C* *post* constat *add.* quod *A* 7 *et* 10 intel' *C* 7—8 unum sunt et quia substantia intelligentiae *om.* *A*, 7—9 unum sunt ... ideo est substantia *om.* *C* 8 sunt] sicut *M* 11 aliqua re] alia re *AN* *(falso Munk l. c. p. 103,2 in codice N a re legi refert)*, alli quare *M* ideo] de eo *C* quod] quia *M* *ante* unitate *add.* in *C* 12 essentia eius *M* unitationis *N* 14 scilicet *om.* *M* faciat *M* 15 formis *N* illas] alias *C* tu *om.* *C* 16 existentia *M* intellectiua *C* 17 eorum *C* 18 et] quia *C*, *om.* *M* 19 intellectiua *C* 19—20 intelligibilium et hyle est locus formarum *om.* *N* 20 est] et *C* 21 sensibilium] ſil'nū *C* 22 formarum receptibilis *C* 23—24 prima materia *C*

D. Quomodo est hoc?

M. Tu inuenies omnes formas existentes in materia uniuersali, similiter inuenies nouem praedicamenta in substantia; similiter inuenies res diuersas existentes in anima, et anima est sustentatrix illarum, et non prohibetur existentia earum in illa propter existentiam aliarum in aliis. sicut enim corpus et eius accidentia sunt unum, cum adeo sint diuersa et disparata, sed anima distinguit partes quasque ab alio, quamuis sint coniunctae et unitae: similiter cum omnia sint coniuncta et unita, quamuis sint diuersa in suis essentiis, intelligentia tamen separat alia ab aliis et cognoscit alia ex aliis. unde oportet ut secundum hanc considerationem sit exemplum totius, quantum ad materiam primam, sicut exemplum corporis ad animam et sicut exemplum formarum ad intelligentiam. si enim omnes formae sunt in intelligentia, quanto magis necesse est ut sint in materia prima. et sicut ex esse earum in intelligentia imaginatur esse earum in materia prima, similiter deinceps quod supra hoc est.

D. Si sic intelligentia et anima sustinet formas, sicut materia uniuersalis sustinet formam uniuersalem, uides quod idcirco materia sit sciens? et scientia nonne est forma?

19. M. Ratio scientiae intelligibilis haec est: unitio formae intellectae cum intelligentia. similiter dicendum est de scientia sensibili. sed haec unitio *particularis* non est sicut unitio for-

---

p. 292,21—293,5 = Falaqera V, §. 22.

---

2 Tu *om.* *C* 2—3 omnes . . . similiter inuenies *om.* *C* 3 *ante* similiter *add.* et *M* 5 earum] illarum *C* 6 enim *om.* *C* 7 adeo] a deo *N* disparata] separata *C* 8 ab *om.* *AM* 9 sunt *M*, sut (*sic!*) *N* 10 suis] sensu *M* intellectiua *C* 11 ex] ab *A* unde] unum *A*, et *C* 13 primam materiam *C* *ante* sicut *add.* et *C* corporum *N* 14 intelligentiam] intll'tam *C* 14—15 si . . . intelligentia *om.* *A* 15 in (*post* sunt) *om.* *CM* intellectiua *C* 16 in *om.* *C* intellectiua *C* 17 haec *A* 18 sic] sit *C* intellectiua *C* et *om.* *M* sustinens *A* *ante* formas *add.* omnes *N* 20 et scientia *om.* *N* 21 *Amplonianus* *c.* 19 *a* *v.* 22 similiter dicendum *incipit* scientiae *om.* *AC* intellectae] intellectiuae *C* 22 intellectiua *C* 23 particularis *correxi*, *Falaqerae* הפרטית *secutus*: sensibilis *A*^*MN*

mae uniuersalis cum materia uniuersali, sed est infra eam, et ideo non uocabitur scientia; et quamuis non uocetur scientia, tamen non debet propter hoc ut unitio formarum intelligibilium cum intelligentia sit nobilior ea, etsi intellectus unitionis primae sit nobilior intellectu unitionis secundae. — Sed quod debes scire de hoc intellectu, hoc est, quod forma continet materiam, sicut intelligentia continet animam, et anima continet corpus; et uoluntas continet formam, sicut unaquaeque harum continet aliam; et deus excelsus et sanctus continet uoluntatem et quicquid materiae et formae est in ea sine comparatione et exemplo.

D. Cur dixisti quod subsistentia formarum in anima et intelligentia est sicut subsistentia formarum in hyle? et nos inuenimus quod formarum quae sustinentur in substantia quaedam sustinentur in aliis, sicut qualitas sustinetur in quantitate, et non inuenimus alias formarum intelligibilium sustineri in aliis.

M. Oportet ut scias quod qualitas, etsi adiacet quantitati, hoc non est nisi quantum ad sensum; sed certe quantitas et qualitas simul sunt, ideo quod color et figura comitantur corpus uniuersaliter; et praeter haec etiam cetera genera sunt simul in substantia.

---

p. 293,5—11 = Falaqera V, §. 23. p. 293,18—294,10 = Falaqera V, §. 24.

---

1 cum] est *A* est *om. M* 2 uocabitur] *sc.* unitio formae uniuersalis cum forma uniuersali 3 non *om. M* ut *om. N* 4 intellectiua *C* etsi] *imme* nam oportet ut; *Falaqera* כי היה ענין intellectus] intelligit *N* 5 nobilior sit *C* unitacionis *M* quod *om. M*, *post* scire *transp. C* 6 debet *M* 6 quia *AN* 7 intellectiua *C* 7—9 animam . . . sanctus continet *om. N* 8 sicut] sic *C* unaquaque *C* 9 et sanctus *om. A* 10 et (*ante* formae)] uel *C* 12 quod *om. N* subsistentia] substantia *C* in anima formarum *M* 13 intellectiua *C* subsistentia] substantia *C* 14 nos] non *N* 15 qualitas] quantitas *CM* 16 aliae] aliquas *C* forma *N* intellectuum *C* 18 Oportet] Debet *N* quod] ut *M* qualitas] quantitas *M* qualitas . . . adiacet] *Falaqera*: האיכות אע"פ שהוא למעלה מהכמות, *i. e.* qualitas etsi sit supra quantitatem 19 quantum *om. C* sed] et *N* certe] curte *M* 20 *ante* simul *add.* uera *M* ideo] eo *A* 21 cetera] certa *N*

D. Iam intellexi hoc.

M. Sume hoc pro regula, et secundum illud considera esse omnium formarum simul in materia prima.

D. Quomodo est hoc?

M. Talis est comparatio sustentationis materiae primae ad omnes formas, qualis est comparatio sustentationis intelligentiae et animae ad formas intellectas, et qualis est comparatio sustentationis substantiae ad nouem praedicamenta, et, quod est manifestius, qualis est comparatio sustentationis quantitatis ad colorem et figuram.

D. Secundum hoc intelligentia et anima et omnino omnes substantiae simplices debent esse sicut hyle. sed tu iam praedixeras eas esse formas.

M. Oportet ut inferius sit hyle superiori, quia superius est agens in inferiori. et ideo sapientes uoluerunt appellare aliquam substantiarum formam certissime, nisi intelligentiam primam, quae uocatur ab eis intelligentia agens.

20. D. Dic mihi, cur formarum aliae sunt manifestiores aliis, et aliae occultiores?

M. Quanto magis forma finita fuerit et magis corporea, erit sensui manifestior, sicut color qui ex formis propinquior est sensui, et figura occultior colore, et corporeitas occultior quam figura, et substantia occultior corporeitate, et natura occultior quam substantia, et anima occultior quam natura, et intelligentia occultior quam anima.

---

p. 294,14—17 = Falaqera V, §. 25. p. 294,20—295,9 = Falaqera V, §. 26.

---

2 hoc] illud *N* et *om.* *N* illud] hoc *C* 5 est *om.* *N* sustentationis] sustentantis *N*, *om.* *M* 6 est om. *N* sustentantis *N* 6—7 intelligentiae . . . sustentationis *om.* *C* 7 intellectas] intellectiuas *A* est *om.* *N* sustentantis *N* 9 sustentationis] fb'e' *C*, sustentantis *N* 10 *ante* figuram *add.* ad *M* 11 Secundum] Sed *M* intellectiua *C* 12 sicut *om.* *C* 15 in inferiori *om.* *N* 16 aliqua *M* formam (*corr. ex* formarum) substantiarum *C*, substantiarum formarum *N* intll'iam *C*, telligentiam *N* 17 intellectiua *C* 19 aliis *om.* *A* et] ex *M* 20 finita fuerit] *Falaqera* שירד, *i. e.* descenderit corporea] comparea *M* 21 erat *M* qui] quae *M* 22 sensum *N* colore] est colori *(sic!)* *C* 23 (*bis*) et 24 occultior *om.* *C* corporeitate] compareitate *M* 24 et (*ante* intelligentia)] *om.* *M* intellectiua *C*

D. Quae est causa occultationis harum figurarum et manifestationis earum?

M. Causa in hoc est, quia forma prima quae coniuncta est materiae primae est spiritualis simplex, et forma ultima est corporalis composita; et inter haec extrema sunt media quae ligant illa et coniungunt illa; quia forma quae fuerit propinquior primae formae spirituali, illa erit subtilior et occultior; et e contrario, quia quae forma magis accesserit ad formam corporalem ultimam, erit spissior et manifestior.

D. Exemplifica hoc in formis substantiarum.

M. Exemplum huius est quia forma intelligentiae est forma prima spiritualis quae coniuncta est materiae, et quae eam sequitur, est forma animae rationalis, deinde forma animae sensibilis, deinde forma animae uegetabilis, deinde forma naturae, deinde forma substantiae, deinde forma corporis, deinde forma figurae et coloris.

D. Secundum quod mihi uidetur, formae spirituales debent subsistere in formis corporalibus, et ut esse manifestum sit speculum occulti.

M. Hoc sic esse debet.

D. Declara istud.

M. Argumentum quod formae spirituales sunt latentes in formis corporalibus hoc est, quod anima latet in corpore cum uiribus suis, et unaquaeque uirium suarum coniungitur illi formae quae sibi conuenit in subtilitate; et discernit formam qualitatis et quantitatis a forma substantialitatis, et postea discernit

---

p. 295,22—296,6 = Falaqera V, § 27.

---

1 est *om.* *M* figurarum] formarum *A* manifestatio *AM* 4 primae materiae *N* 5 sunt] sicut *N* 6 illa (*ante* et) *om.* *C* et *om.* *N* 7 formae primae *M*, primae materiae *C* subtilior erit *M*, erit *om.* *C* occultior et subtilior *C* 8 accessit *C* 9 erat *M* et *om.* *M* 11 quia] quod *N* intellectiuae *C* est *om.* *N* 12 spiritualis *om.* *C* 13 animae (*ante* sensibilis) *om.* *N* 14 uegetabilis . . . naturae *om.* *C* 18 ut *om.* *C* esse] omne *CM* 20 debet esse *C* 21 Declaram (*l.* Declara $\overset{1}{m}$, *i. e.* Declara mihi) *N* istud] illud *C*, istum *M* 23 quod] quia *N* 24 unaquaque *C* coniungitur] et iugitur *M* 25 descernit *M* 25–26 quantitatis et qualitatis *CM* 26 postea *om.* *C* decernit *M*

formam substantialitatis a forma naturae, et formam naturae a forma animae, et formam animae a forma intelligentiae, et formam intelligentiae a materia prima. et oportet ut scias quod quicunque bene scierit differentiam harum formarum et cognouerit actiones uniuscuiusque substantiarum in aliam, iam peruenit ad finem scientiae et delectationis.

22. D. Quae est ratio essendi has omnes substantias in corpore?

M. Ratio ad hoc haec est, quia superius est agens in inferiori. et oportet absolute ut materia prima spiritualis et forma spiritualis prima sint agentes in omni; sed euidentia huius actionis diuersificatur propter elongationem ab origine. quia enim materia prima sustinet totum, oportet ut agat in toto; similiter forma prima quae est coniuncta huic materiae oportet ut existat in toto, propter existentiam materiae in toto.

D. Quae est actio primae formae in toto?

M. Actio primae formae in toto haec est, scilicet esse, quia haec forma est constituens essentiam omnis rei.

D. Iam praediximus quod haec forma prima est forma intelligentiae. quomodo ergo erit inuenta in toto et constituet essentiam totius?

M. Quae est forma intelligentiae?

D. Forma continens omnes formas totius esse.

M. Quae ex formis est subtilior et superior?

---

p. 296,17—18 = Falaqera V, §. 26a. p. 296,22—23 = Falaqera V, §. 26b.

---

1 formam (*ante* naturae)] forma *MN* 2 intll'ie *C* formam (*ante* intelligentiae)] forma *M* 3 intl' *C* materia] forma *A* 4 bene *om.* *A*, *post* scierit *transp.* *N* differentias *C* formarum] substantiarum *M* 5 alia *N* 7 omnes has *C* substantias] formas *M* 9 est ad hoc (*omisso* haec) *C* quia] quod *C*, qui *N* 10 prima materia *C* spiritualis *om.* *C* 11 prima *om.* *C* in omni] motum *C* 13 enim] et *M*, *om.* *C* materia *om.* *N* oportet] debet *M*, *om.* *C* 13—15 agat in . . . oportet ut *om.* *N* 15 materiae *om.* *C* 17 M. Actio . . . toto *om.* *N* scilicet *om.* *C* 18 constituens est *M*, *om.* *N*, *lacuna hiante* (*sed manus saec.* *XVII.* *adscripsit:* alius prima constituit, intelligentiae continet alias) 19 praedixeramus *M*, praedixeras *C* est] erit *N* 20 intellectiuae *C* erit] erat *M* 22 intellectiuae *C* 23 esse totius esse *C*, esse totius *M* 24 superior] utilior *C*

D. Forma intelligentiae.

M. Et esse spissi et inferioris, est ex esse subtiliori et superiori?

D. Hoc ita est.

M. Postquam forma intelligentiae est continens formam omnis quod est, et est superior omni forma omnis quod est, et omne inferius ex superiore est: quid sequitur hoc?

D. Certe hoc sequitur quod esse omnium formarum est ex esse formae intelligentiae, et quod forma intelligentiae est constituens essentiam omnis formae, sicut dixisti. sed ostende actionem formarum ceterarum substantiarum in toto, sicut ostendisti actionem formae intelligentiae.

M. Ostensio actionum formarum spiritualium in corpore multum difficilis est. sed oportet ut scias quod, postquam actio formae primae quae constituit essentiam omnis rei et dat esse, est in corpore, magis necesse est, ut actiones ceterarum formarum, quae sunt infra eam, sint inuentae in eo; et cum tu consideraueris substantias compositas ex elementis, et substantias quae sunt super elementa, uidebis actionem in eis manifestius et euidentius.

D. Iam intellexi hoc. sed fac me scire, quae est causa quod forma, quo fuerit superior, erit unitior et magis defixa in materia et magis cohaerens ei; et e contrario?

M. Causa in hoc est elongatio ab origine, sicut saepe

---

p. 297,8—9 = Falaqera V, §. 26ᵃ.

1—3 D. Forma . . . et superiori *om.* *C* 2 et (*ante* inferioris)] *om.* *MN* subtilier *N* et (*ante* superiori)] *om.* *N* 5 intellectiuae *C* est *om.* *M* 6 et (*ante* est)] *om.* *C* est *post* superior *transp.* *C* omnis *om.* *N* et *om.* *M* 7 omne] esse *MN* ex] a *M* superiori *C* quid] qui *M* 7 *et* 8 sequetur *A* 8 quod] quia *A* 9 formae *om.* *C* intellectiuae (*bis*) *C* quod] quia *M*, *om.* *C*, quod forma intelligentiae est *om.* *N* 11 substantiarum ceterarum *M* 12 intelligentiae] intellectiuae *C*, et intelligentiae *N* 14 quod] quia *M* 15 primae] propriae *M*, *om.* *N* 16 esse] omne *M* est (*ante* in) *om.* *A*, *post* in corpore *transp.* *C* ceterarum *om.* *M* 17 infra eam] in ea *M* sint] sicut *N* cum tu] tu cum *M*; cum *om.* *N*, tu *om.* *C* 18 considerabis *N* 19 super] supra *C* 22 fuerat *M* 23 defixa] dedixa *C* 24 sicut saepe dictum est] *ut p. 245,8; 261,24, saepius*

dictum est, hoc est quia forma quo fuerit propinquior primae formae, scilicet unitati patienti, quae sequitur unitatem agentem, erit simplicior et firmior et similior formae primae in unitione et stabilitate, propter propinquitatem eius ad unitatem quae est origo omnis unitatis et origo omnis uirtutis. similiter etiam considera unitatem formae et multiplicitatem.

22. D. Iam patuit mihi ex praemissis esse **materiae uniuersalis et formae uniuersalis**. sed ostende nunc mihi, quae est **definitio** uniuscuiusque illarum?

M. **Definitio** cuiusque illarum non est possibilis, quia super eas non est genus quod ponatur principium in definitione earum; sed **descriptio** earum possibilis est, propter proprietates quae comitantur eas. ergo **descriptio materiae primae**, quae sumpta est ex eius proprietate, haec est, scilicet quod est **substantia existens per se, sustentatrix diuersitatis, una numero**; et iterum describitur sic, quod est **substantia receptibilis omnium formarum**. sed **descriptio formae uniuersalis** haec est, scilicet quod est **substantia constituens essentiam omnium formarum**; et iterum describitur sic, quod ipsa est **sapientia perfecta, lumen purissimum**.

D. **Quomodo dicitur forma prima substantia**, cum sustineatur in materia?

M. Certe forma **accidentalis** est considerata respectu suae sustentationis in materia; sed in se ipsa **substantia** est. et ideo uocauerunt hanc formam **substantialem**, et non ab-

p. 298,10–21 = **Falaqera** V, §. 29.

1 hoc] et hoc *A* quia] quod *A* quae fuerat *M* 2 scilicet] id est *N* agentem] patientem *C* 2–4 agentem . . . unitione et *om.* *M* 3 et (*ante* firmior) *om.* *A* 4 stabilitatem *M* 5 unitatis et origo omnis *om.* *AN*, omnis (*ante* uirtutis) *om.* *C* etiam] et *M* 7 patet *C* ex praemissis *om.* *C* 7 mihi nunc *M*, mihi *om.* *C* 10 uniuscuiusque *N* est non *C* possibile *C* 12 est possibilis *C* 14 ex] ab *C* haec est] *cf. supra I 10, p. 13,14–17* 15 est] eius *M* *ante* sustentatrix *add.* quod est *C* 18 formae *om.* *N* haec est] *cf. supra I 13, p. 16,9–11* scilicet *om.* *MN* 20 *ante* quod *add.* scilicet *MN* est ipsa *C*, quando est *M* 22 substantia] materia *M*, *om.* *C* 23 sustineatur] sistetur *M* 24 Certe] Certior *C* 25 in (*ante* materia)] non *M* 26 et ideo *om.* *C* connuocauerunt *C*, uocauerit *N* absolute *om.* *N*

solute substantiam. et omnino, postquam accidens non est accidens propter sustentationem suam tantum, sed propter destructionem sui post separationem sui a sustinente, tunc non debet forma prima esse accidens ideo quod sustinetur in materia.

D. Si forma est substantia, uides quod sex proprietates quae conueniunt substantiae sunt in ea, aut non?

M. Iam patuit quod forma non est receptibilis proprietatum duarum ex sex, scilicet quod substantia non est in subiecto, et quod est receptibilis diuersitatis. sed forma, etsi habeat sustentari in materia, non sustinetur in ea sicut accidens in subiecto; sed receptibilitas diuersitatis propria est subiectae substantiae.

23. D. Iam ostendisti mihi quid est materia et quid forma. sed nunc declara qualis est materia et qualis forma.

M. Materia est sustentatrix, et forma sustentata; et etiam materia est occulta, et forma manifesta; et etiam materia perficitur ex forma, et forma est perficiens essentiam materiae; et etiam materia est designata, et forma designans; et etiam materia est discreta, et forma discernens.

D. Quae ergo illarum est dignior alia?

M. Sustinens.

D. Quare hoc, quia sustentatum est, quod attribuit sustentanti esse, et quod perficit eius essentiam?

M. Sustinens non est dignius sustentato, nisi quia sustentatum indiget eo ad existentiam sui.

---

1 et] quia *C* 2 suam *om.* *A* 4 debet] oportet *N* 6 sex proprietates] *cf. Aristotel. categ. 5, p. 3 a 7 — 4 b 18* 7 aut] an *A* 8 patuit] putant *MN* 8—9 receptibilis . . . non est *om.* *N* 8 proprietatum] formarum *C* 9 ex] et *M* quod substantia non est in subiecto] *cf. Aristotel. l. c. p. 3 a 7—32* non est in subiecto *om.* *C* 10—12 et . . . in subiecto *om.* *M* 10 quod est receptibilis diuersitatis] *cf. Arist. l. c. p. 4 a 10 — b 18* 11 sustentari *om.* *N* 12 proprie *C*, prima *M* subiecta *N* 14 D. *om.* *N* *ante* forma *add.* est *C* 15 est *om.* *C* materia et qualis *om.* *N* 16 est *om.* *C* *ante* sustentata *add.* est *M* 17 est occulta . . . materia *om.* *N* manifesta] occulta *C* et (*ante* etiam)] quia *C* 18—19 materiae essentiam *M* 19 et (*ante* etiam)] quia *C* designata] disignate (*sic!*) *N* 20 etiam *om.* *C* *ante* discernens *add.* est *M* 21 ergo] igitur *M* est illarum *M* 23 quia] cum quod *C* sustentatur *C* est quod *om.* *N* tribuit *N* 24 quod *om.* *C* 25 sustentato] sustentata *M* quia] eo quod *C* sustentatum] sustentatur *C*

D. Quomodo ergo forma erit **substantia**, cum ipsa egeat materia ad suum esse, cum sit proprietas substantiae ut existat per se?

M. Esse primae formae, scilicet existere per se in actu, est impossibile, quia non habet esse nisi cum materia simul; sed in intellectu et in potentia est possibile. et in hoc est differentia inter ipsam et accidens, quia accidens non intelligitur existens per se.

D. Si forma est dignior quam materia aliquo modo?

M. Certe forma dignior est quam materia secundum hoc quod ipsa eam constituit et attribuit ei esse; et etiam quia forma est sicut anima, et materia sicut corpus.

D. **Quare fuerunt materia et forma?**

M. Propter primam essentiam et eius proprietatem. Et etiam, quia duo posita sunt sub uno et significatiua illius. et si creatum esset unum, non esset hic differentia, quia differentia non est nisi sub uno. Et etiam, quia non esse non habet formam, oportet quod esse habeat formam. Et etiam, quia postquam esse debuit esse finitum in se, oportet ut finiatur per formam, quia forma est comprehendens rem. Et etiam, postquam unitas prima agens non est habens hyle, oportet ut unitas quae hanc sequitur constet ex hyle; unde recipit unitionem, et facta est duo, id est hyle subiecta et unitas sustentata. Et etiam, postquam unitas prima est in se sufficiens agens, oportet quod unitas quae sequitur eam, sit indigens sustinente; unde oportet ut sit hic hyle quae eam sustineat; et per hoc fiunt duo.

24. D. Iam audiui saepe dici quod **non inuenitur** in sub-

---

1 erat *M* substantiam *C* 4 primae] propriae *M* 5 impossibile est *C* 6 sed] si *N* et] quia *C* 7 ipsum *N* quia] quod *CN* non] nihil *M* 9 Si] *cf. ad p. 296,17* 11 ipsa *om. A* eam *om. N* 12 et materia] materia uero *C*, materia (*omisso* et) *M* 13 fuerit *AC* 14 primam] propriam *M* 15 sunt] fuerunt *C* significatiua] signatam *N* et] quia *C* 16 creatum] tantum *N* (*cf. ad p. 304,10*) hic] haec *N* quia differentia *om. C* 17 esse] esset *N* 19 debut (*sic!*) *C* in] per *C* finiatur] firmatur *C* 20 etiam *om. M* 21 *ante* agens *add.* est *C* 22 sequetur *M* unitionem] mutationem *M*; *sed cf. v. 23:* unitas sustentata 23 subiecta] substantia *CN* 24 *ante* postquam *add.* quia *C* se] secundo *M* quod] ut *N* 25 sequetur *M* ea *C* 26 hic sit *N* fiunt] fuerat *A*, fuerunt *MN*; *sed cf. v. 22—23* *ante* duo *add.* hic *A*

stantiis simplicibus quaestio quare sint, sed potius quaestio an sint et quid sint et qualiter sint. quomodo ergo potest esse per hoc quod de materia prima et forma prima quaeratur quare sint?

M. Certe substantiae simplices non habent quaestionem quare sint extra suam essentiam; sed habent quaestionem quare sint, scilicet quod quare sint et quid sint unum fit, quia sunt simplices unitates. et propter hoc dicitur de materia prima et forma prima et omnino de omnibus substantiis simplicibus, quod non est causa esse earum nisi deus qui creauit eas, quia causa efficiens est extra essentiam causati; sed extra substantias simplices nihil est nisi ille qui creauit eas excelsus et sanctus; et propter hoc dicuntur esse perpetuae, propter aeternitatem eius qui creauit eas.

Et in hoc capi tulo assignabo tibi summam sufficientem quam sumes pro regula. dico quod esse ab extremo supremo usque ad extremum infimum distinctum est quatuor ordinibus, scilicet an est, quid est, quale est, quare est. harum autem dignissima est illa de qua quaeritur an est tantum, non quid est nec quale est nec quare est, sicut unus excelsus et

---

p. 301,1—302,14 = Falaqera V, §. 30.

---

1 quaestio potius *C* 2 an sit *M* 3 potest] oportet *C* per hoc om. *C* de om. *A* 4 quaeratur om. *C* 5—7 M. Certe . . . quod quare sint om. *C* 6—7 extra suam essentiam sed habent quaestionem quare sint om. *M* 6—7 quaestionem quare] quare quare *N* 7 scilicet quod quare sint om. *N*. *ad Falaquerae uerba cf. Guttmann l. c. p. 224,3* quod quare sint] quod quare sit *M* *ante* unum *add.* et *AC* unum] unde *C* fit] sint *AC* 8 sunt om. *N* *ante* simplices *add.* substantiae *M* 8—9 forma prima et materia prima *C* 9 omnino om. *C* *ante* substantiis *add.* aliis *C* 10 esse om. *C* 11 causati] creati *C* 12 nihil] non *A* nisi om. *M* ille] deus *AC* 12—13 qui . . . sanctus om. *C* 17 distinctum] distractum *C* 18 an] unde *M* quid est om. *C* quare est quale est *C*. *ad sententiam cf. supra p. 219,18—19; Isaac Israeli lib. de definitionibus a M. Gerardo Cremonensi transl. (Op. omn. Ysaac, Lugdun. 1515, I, fol. 2r)*: Quarum (*scil.* interrogationum) una est anitas, sicut si dicas: an est hoc et hoc? secunda est quiditas, ac si dicas: quid est hoc et hoc? tertia est qualitas, sicut si dicas: quale est hoc et hoc? quarta est quaritas, sicut si dicas: quare est (*cod. Parisin. bibl. nat. 6443 fol. 187r et 14700 fol. 158r*: fuit) hoc et hoc? *similem locum ex eius libro de febribus affert Munk l. c. p. 110 n. 3* harum *etc.*] *interpretari debuit* horum autem dignissimus est ille (*scil.* ordo) de quo, *uel* dignissimum est illud 20 est quid *C*, est om. *N* nec (*ante* quale) om. *A* est (*post* quale *et post* quare) om. *C*

sanctus; et infra hunc est id de quo quaeritur quid est, non quale est nec quare est, sicut intelligentia; infra hanc autem est id de quo quaeritur quid est et quale est, *non quare est*, sicut anima; infra hanc autem est id de quo quaeritur quid est et quale est et quare est, sicut natura et generata ex ea; et unumquodque istorum ordinatum est secundum ordinem numeri.

D. Quomodo est hoc?

M. Quia quaestio an est posita est secundum ordinem unius, quia est esse tantum; et quid est habet instar duorum, quia constat ex duobus, scilicet genere et differentia; et quale est est ad instar trium, quia sustinetur in habente quid est et refertur ad illud; et quare est ad instar quatuor, quia refertur ad quale est et ad quid est et ad an est, quae sunt tres.

D. Ordinatur esse alio modo praeter hunc?

M. Certe esse distinguitur aliis ordinibus, qui sunt communiores his, qui sunt scilicet necessarium, possibile et impossibile. necessarium autem est unus, factor sublimis et magnus; possibile autem est quicquid est patiens ab eo; impossibile autem est priuatio esse et eius absentia.

D. Quam digna est haec consideratio et quam magna, ideo quia necessarium est quod semper est et non mutatur;

---

p. 302,16—303,11 = Falaqera V, §. 31.

---

1 infra hunc] in hac *M* est id] deus ideo *A*, est illud *C* non] et *C* 2 nec] et *C*, non *M* 2—5 sicut intelligentia . . . et quare est *om. C* (*sed cf. ad v. 5*) autem hanc *A* 3—4 quale est . . . quid est et *om. M* 3 non quare est *addidi*: *om. ACMN* (*Falaquerae textus hic mutilus est*) 4 infra] materia *A* 5 est (*post* quale) *om. M* et (*ante* generata) *om. MN* generata *om. C* et (*ante* unumquodque) *om. C* 6 istorum] eorum *C* *post* numeri *add.* et hoc est tertium, prius quo est illud de quo quaeritur quod (l. quid) est, sicut intellectiua; infra autem hanc est de quo quaeritur quale est, sicut anima *C* 9 M. *om. C* 10 quid] quia *M* habet] hoc *A* 11 duobus] duorum *N* 12 est ad instar] habet instar *M*, ad instar *CN* sustinentur *C* 13 et (*ante* quare) *om. C* ad] et ad *C* hunc] luminis *C* 17 distinguntur (*sic!*) *C* qui] quia *ACM* 18 scilicet *om. N* *ante* possibile *add.* et *C* et *om. N* 21 est autem *C* priuatio] praesens *A* absentia] ab essentia *N* 22 consideratio haec *A* et quam magna *om. C* 23 est (*post* necessarium) *om. A*

sed possibile est contrarium huius, et ideo patiens est, diuersum et mutabile, quia haec est natura possibilis in se; unde et recte appellatur materia prima possibilitas, secundum hanc rationem.

M. Bene dixisti. sed intellexisti ex hac dictione quae sit causa finalis essentiae materiae et formae?

D. Quam magnum quid intellexi per te ex hac dictione, scilicet quod, postquam unus, factor primus, est necessarium, tunc ipse est ipse unus tantum; et quia patiens est possibile, oportet ut ipsum non sit ipsum, sed sit hoc et hoc; et ideo necesse est ut sit sustinens et sustentatum.

M. Bene intellexisti. sed interroga quod opus est tibi.

25. D. Postquam oportuit ut creatum patiens sit duo, cur eorum fuit unum sustinens et aliud sustentatum?

M. Maiestatis proprium est efficere perfectionem. et efficere sustinens et sustentatum perfectius est quam efficere sustinens tantum aut sustentatum tantum. Et etiam, postquam unus creator non est sustinens nec sustentatum, oportet ut creatum multiplex sit sustinens et sustentatum. et si esset sustinens tantum aut sustentatum tantum, esset unum solum et remoueretur diuersitas. Et etiam, postquam factor primus sublimis et sanctus est sufficiens et perfectus, oportet ut creatum patiens sit indigens et imperfectum, et ut sustinens indigeret sustentato, et sustentatum indigeret sustinente, et neutrum eorum esset perfectum nisi ex altero. Et etiam, postquam oportuit creari esse patiens oppositum esse agenti, et esse agens est non finitum, non circumscriptum: debuit ut esse patiens es-

1 huius] eius *C* 2 quia haec] et hoc *N* in] uel *A*, per *C* 3 et om. *N* 4 hanc *om.* *C* 5 dixisti] intellexisti *C* 6 essentiae] esse *N* 8 scilicet *om.* *N* quod] quia *N*, *om.* *AM* primus factor unus *C* 9 ipse unus] unus *N* 13 patiens creatum *A*, causatum et patiens *C* sint *C* cur] cum *M* 14 unum] aliud *C* 15 perfectionem et efficere *om.* *N* efficere] perficere *AM* 16 sustinens] sensum *C* 17 Et] Quia *C* postquam *om.* *C* 18 sustentatum] sensus *C* 19 creatum] causatum *A* sit multiplex *C* 20 aut] autem *N* 21 remoueretur] remaneretur *N* Et] Quia *C* primus factor *A* 22 creatum] causatum *A* 23 sit] ut *N* 23 *et* 24 indigeat *C* 25 esse *M*, *om.* *C* 26 creari] creatum *A*, creati *C* esse patiens] est patiens *N* esse agenti] *i. e.* τῷ esse 27 non finitum] infinitum *A* non (*ante* circumscriptum)] uel *A*, nihil *C* esset] erit *M*

set finitum et circumscriptum; et debuit per hoc ut habeat aliquam determinationem, quia est circumscriptum; quia omne descriptum opus habet descriptione, et descriptio descripto. et cum hoc sit, oportet ut sit materia quae sustineat, et forma quae sustineatur. Et etiam, quia diuersitas quae est inter materiam et formam significat esse uoluntatem, cui conuenit facere rem et eius oppositum. Et etiam, postquam oportuit ut unumquodque, scilicet sustinens et sustentatum, sit finitum, oportet ut sustinens terminetur a non sustinente, et non sustinens a sustinente. Et etiam, postquam debuit ut creatum patiens esset duo, ideo oportet ut unum sit existens per se, et alterum non existens per se, existens autem per se sit sustinens, non existens per se sustentatum; et non erat possibile ut utrumque esset non existens per se, quia tunc esset necessarium esse tertium, quod sustineret ea.

26. D. Iam intellexi quare est materia et forma. sed fac me scire quare materia prima est una, et formae multae.

M. Si interrogas de forma prima substantiali coniuncta materiae primae, haec non est nisi una, sicut iam patuit tibi, cum loqueremur de forma intelligentiae; et haec forma, etsi sit sustinens omnes formas, tamen in se una est, et formae in ea non sunt diuersae, sed unitae in sua essentia unitione spirituali. si autem interrogas de formis accidentalibus, non est di-

---

p. 304,5—7 = Falaqera V, §. 32a.

1—2 debuit . . . circumscriptum *om.* *C* 2 aliquam] aliam *AN* quia] et *C* 2—3 quia omne descriptum *om.* *N* 2 quia] quod *C* omne] esse *M*, *om.* *C* 3 descriptio *om.* *A* 4 materia sit *M* 6 esse] ese *C* 7 ut *om.* *C* 8 scilicet *om.* *M* *ante* sit *add.* quod *C* finitum] infinitum *M*, in infinitum *N* 9 terminetur *om.* *N*. a non sustinente] ante sustentatum *C*, ante sustinentem *MN* a sustinente] ante sustinentem *C* 10 Et] Quia *C* creatum] causatum *M*, tantum (*scriptura* cātum, *i. e.* causatum, *perperam intellecta*; *cf. p.* 300,16) *N* 11 duo *om.* *C*, duo ideo *om.* *N* oportuit (*sic!*) ideo *C* *post* oportet *add.* secundo *N* existens sit unum *A* 12—14 existens autem . . . existens per se *om.* *M* 12 sit] est *A* 13 *ante* sustentatum *add.* sit *C* 14 tertium] terminum *C* 15 *ante* quod *add.* subiectum *A* 17 quare] quod *C*, cur *M* prima *om.* *C* 18 substantiali] uniuersali *A* 19 haec] hoc *MN* est non *M* tibi *om.* *C* 20 loqueremur] *cf. p.* 237,21—238,22 de forma intelligentiae] de materia intelligentiae (intellectiuae *C*) et forma *AC* 21 sustinens] subsistens *C* una est in se *A*

sed possibile est contrarium huius, et ideo patiens est, diuersum et mutabile, quia haec est natura possibilis in se; unde et recte appellatur materia prima possibilitas, secundum hanc rationem.

M. Bene dixisti. sed intellexisti ex hac dictione quae sit causa finalis essentiae materiae et formae?

D. Quam magnum quid intellexi per te ex hac dictione, scilicet quod, postquam unus, factor primus, est necessarium, tunc ipse est ipse unus tantum; et quia patiens est possibile, oportet ut ipsum non sit ipsum, sed sit hoc et hoc; et ideo necesse est ut sit sustinens et sustentatum.

M. Bene intellexisti. sed interroga quod opus est tibi.

25. D. Postquam oportuit ut creatum patiens sit duo, cur eorum fuit unum sustinens et aliud sustentatum?

M. Maiestatis proprium est efficere perfectionem. et efficere sustinens et sustentatum perfectius est quam efficere sustinens tantum aut sustentatum tantum. Et etiam, postquam unus creator non est sustinens nec sustentatum, oportet ut creatum multiplex sit sustinens et sustentatum. et si esset sustinens tantum aut sustentatum tantum, esset unum solum et remoueretur diuersitas. Et etiam, postquam factor primus sublimis et sanctus est sufficiens et perfectus, oportet ut creatum patiens sit indigens et imperfectum, et ut sustinens indigeret sustentato, et sustentatum indigeret sustinente, et neutrum eorum esset perfectum nisi ex altero. Et etiam, postquam oportuit creari esse patiens oppositum esse agenti, et esse agens est non finitum, non circumscriptum: debuit ut esse patiens es-

---

1 huius] eius *C* 2 quia haec] et hoc *N* in] uel *A*, per *C* 3 et *om.* *N* 4 hanc *om.* *C* 5 dixisti] intellexisti *C* 6 essentiae] esse *N* 8 scilicet *om.* *N* quod] quia *N*, *om.* *AM* primus factor unus *C* 9 ipse unus] unus *N* 13 patiens creatum *A*, causatum et patiens *C* sint *C* cur] cum *M* 14 unum] aliud *C* 15 perfectionem et efficere *om.* *N* efficere] perficere *AM* 16 sustinens] sensum *C* 17 Et] Quia *C* postquam *om.* *C* 18 sustentatum] sensus *C* 19 creatum] causatum *A* sit multiplex *C* 20 aut] autem *N* 21 remoueretur] remaneretur *N* Et] Quia *C* primus factor *A* 22 creatum] causatum *A* 23 sit] ut *N* 23 *et* 24 indigeat *C* 25 esse *M*, *om.* *C* 26 creari] creatum *A*, creati *C* esse patiens] est patiens *N* esse agenti] *i. e.* ei esse 27 non finitum] infinitum *A* non (*ante* circumscriptum)] uel *A*, nihil *C* esset] erit *M*

set finitum et circumscriptum; et debuit per hoc ut habeat aliquam determinationem, quia est circumscriptum; quia omne descriptum opus habet descriptione, et descriptio descripto. et cum hoc sit, oportet ut sit materia quae sustineat, et forma quae sustineatur. Et etiam, quia diuersitas quae est inter materiam et formam significat esse uoluntatem, cui conuenit facere rem et eius oppositum. Et etiam, postquam oportuit ut unumquodque, scilicet sustinens et sustentatum, sit finitum, oportet ut sustinens terminetur a non sustinente, et non sustinens a sustinente. Et etiam, postquam debuit ut creatum patiens esset duo, ideo oportet ut unum sit existens per se, et alterum non existens per se, existens autem per se sit sustinens, non existens per se sustentatum; et non erat possibile ut utrumque esset non existens per se, quia tunc esset necessarium esse tertium, quod sustineret ea.

26. D. Iam intellexi quare est materia et forma. sed fac me scire quare materia prima est una, et formae multae.

M. Si interrogas de forma prima substantiali coniuncta materiae primae, haec non est nisi una, sicut iam patuit tibi, cum loqueremur de forma intelligentiae; et haec forma, etsi sit sustinens omnes formas, tamen in se una est, et formae in ea non sunt diuersae, sed unitae in sua essentia unitione spirituali. si autem interrogas de formis accidentalibus, non est di-

p. 304,5—7 = *Falaqera* V, §. 32ᵃ.

1—2 debuit . . . circumscriptum *om.* *C* 2 aliquam] aliam *AN* quia] et *C* 2—3 quia omne descriptum *om.* *N* 2 quia] quod *C* omne] esse *M*, *om.* *C* 3 descriptio *om.* *A* 4 materia sit *M* 6 esse] ese *C* 7 ut *om.* *C* 8 scilicet *om.* *M* *ante* sit *add.* quod *C* finitum] infinitum *M*, in infinitum *N* 9 terminetur *om.* *N*. a non sustinente] ante sustentatum *C*, ante sustinentem *MN* a sustinente] ante sustinentem *C* 10 Et] Quia *C* creatum] causatum *M*, tantum (*scriptura* cātum, *i. e.* causatum, *perperam intellecta*; *cf.* *p.* *300,16*) *N* 11 duo *om.* *C*, duo ideo *om.* *N* oportuit (*sic!*) ideo *C* *post* oportet *add.* secundo *N* existens sit unum *A* 12—14 existens autem . . . existens per se *om.* *M* 12 sit] est *A* 13 *ante* sustentatum *add.* sit *C* 14 tertium] terminum *C* 15 *ante* quod *add.* subiectum *A* 17 quare] quod *C*, cur *M* prima *om.* *C* 18 substantiali] uniuersali *A* 19 haec] hoc *MN* est non *M* tibi *om.* *C* 20 loqueremur] *cf.* *p.* *237,21—238,22* de forma intelligentiae] de materia intelligentiae (intellectiuae *C*) et forma *AO* 21 sustinens] subsistens *C* una est in se *A*

uersa haec forma in suis essentiis, sed diuersificata est in subiectis earum, nisi propter elongationem ab origine, sicut saepe praedictum est. unde etsi diuersificantur, tamen una sunt, quia omnes sunt participantes intellectu formae; et quia forma in se una est, non diuersa, non est diuersificata nisi propter subiectam materiam.

D. Quare facta fuit **forma manifesta**, et **materia occulta**?

M. In intelligibilibus propter applicationem *formae intelligentiae et* formarum intelligibilium rerum et coniunctionem earum in materia, sicut uiri ad gymnasium; sed in sensibilibus, quia formae corporales sunt, et materia est spiritualis comparatione formarum quae sustinentur in ea. Et etiam, quia materia est extra essentiam animae et intelligentiae, et formae non ita. Et quia materia est uestita, forma autem uestiens. Et quia materia similior est priuationi, et forma similior esse, sicut praedictum est. Et quia materia est in potentia, forma uero in actu et perfectione.

D. Quomodo est hoc?

M. Quia materia non fuit perfecta, nec habuit esse, nisi per formam; et propter hoc mota est primum ad recipiendum eam, scilicet ad habendum perfectionem. sed de hoc praedictum est quod sufficit.

D. Cur **materia est retenta**, et **forma retinens**?

M. Quia forma est unitas patiens ab unitate prima quae totum retinet et in qua totum existit, et quia unitas adunit rem

---

p. 305,7—21 = **Falaqera** V, §. 22b. p. 305,24—306,8 = **Falaqera** V, §. 23.

---

1 sed] et *MN* diuersitata (*uel* diuernicata) *N* subiectis] substantiis *AN* 2 eorum *N* 3 praedictum] dictum *C*. *ad sententiam cf. p. 245,8; 231,25; saepius* etsi] si *M*, *om. N* 5 in se est una *C*, una est in se *M* *ante* non est *add.* et *AM* 6 subiectam] substantiam *AN* 7 Quare] Cur *MN* 7—8 materia occulta et forma manifesta *C*, forma manifesta et occulta materia *N* 9 In *om. C* formae intelligentiae et *addidi ex Falaqera* 10—11 in materiam *M*, *om. C* 11 gimnasium *A*, gignasium *CM*, gingnasium *N* sensibilibus] sensibus *N* formae *om. C* 12 comparatione] compositione *AM* 13 in ea *om. M* 14 intellectiuae *C* Et (*ante* quia) *om N* 15 forma autem] et forma *C*, forma aut *M*, forma aut enim *N* 16 est (*ante* priuationi) *om. CMN* et *om. C* sicut praedictum est (*cf. p. 274,8—22; 277,2-3. 9—10*) *om. C* 19 nec] et *N* 20 est *om. M* 21 scilicet] simul *N* praedictum est] *p. 275,23—28; saepius* 23 est materia *C* 24 patiens] faciens *N* adunat *A*

et coniungit, ne multiplicetur nec dispergatur: ideo oportet ut sit retentrix materiae. sed quia natura materiae est multiplicari et diuidi, debet uniri ab unitate et retenta esse et collecta.

27. D. Postquam omnis compositi simplicia inueniuntur per se, fac me scire quomodo est esse materiae et formae separatim.

M. Forma erat in scientia dei excelsi et magni per se, et postea composita est cum materia, sed hoc sine tempore.

D. Quae est probatio huius?

M. Distinctio materiae et formae primum; deinde separatio earum secundo, quando diuersificata est forma; deinde tertio, quando separantur formae a materia.

D. Si compositio materiae et formae fuit sine tempore, tunc non fuit altera sine altera ictu oculi. et cum hoc ita sit, quomodo est uerum, quod dicis, quod forma fuit in scientia dei magni et excelsi, et postea coniuncta fuit materiae?

M. Oportet ut hoc quod dico, quod forma fuit per se in scientia dei, intelligas, scilicet propter diuersitatem materiae et formae, et quod dico postea composita est materiae, intelligas, quia composita sunt sibi, cum sint diuersa in essentia. ergo erit quod dicimus hoc, scilicet differentia diuersitatis earum in sua essentia et unitio in esse, non differentia corporalis, sed differentia intelligibilis.

D. Exemplifica esse materiae et formae in scientia dei uniuscuiusque per se.

---

p. 306,7–9 = Falaqera V, §. 34a. p. 305,25—306,7 = Falaqera V, §. 34b.

---

1 nec] et *A*, ne *N* 2 *post* materiae *add.* M. *A* 3 debet] oportet *N* et (*ante* retenta) *om.* *C* esse et collecta *om.* *N* 8 postea *om.* *A* est *om.* *C* *ante* cum materia *add.* per se *C* 13 quando] quod *N* 14 fuit] fit *C* 15 sine altera *om.* *A* hoc *om.* *CM* 16 *ante* dicis *add.* tu *C* forma] substantia *M* 16–18 in scientia . . . quod forma fuit *om.* *N* 17 coniuncta est *A*, fuit coniuncta *C* 18–19 in scientia dei per se *A* 20 quod] quia *M* postea *om.* *N* 21 quia] quod *CN* sibi] ibi *C* 22 erat *M* 23 earum *om.* *M* corporalis] temporalis *MN* 26 *ante* per se *add.* diuersitatis earum in sua essentia *C*, *quo glossemate illud* uniuscuiusque per se *explicari apparet*

M. Exemplum huius est esse formae spiritualis intellectum in anima; deinde unitur cum materia et exit ad effectum. similiter haec forma est in intelligentia, et postea exit ad animam et unitur cum ea. sed forma quae est in scientia antiqui, alti et magni procedit de potentia ad effectum sine tempore, et ideo non est sine materia ictu oculi; forma autem quae exit ab anima non est sic.

D. Exemplifica etiam de applicatione materiae et formae, quomodo est.

M. Exemplum huius est applicatio luminis cum aëre, et coloris cum subiecto, et animae cum corpore, et intelligentiae cum anima, et sensus cum sensato, et intellectus cum intellecto. similiter etiam exemplificabitur eius exitus de potentia in effectum per deprehensionem sensus ad sensatum, et intellectus ad intellectum. et propter hoc dicitur quod totum sit per scientiam dei excelsi et per intuitum eius et praeceptum, et similia.

28. D. An materia et forma sunt finitae?

M. Probatio huius est destructio uniuscuiusque illarum, nisi coniunctae sunt; et quia forma diuiditur et multiplicatur propter materiam, nec diuideretur forma propter materiam, nisi materia sibi finita esset, scilicet quia nisi materia finita esset, non reciperet diuisionem neque mutationem.

D. Fortasse materia et forma extensae sunt in infinitum ex aliis partibus, quamuis sint finitae unde sunt unitae?

M. Quomodo est possibile ut sint infinitae, cum sint duo, quorum unumquodque finitum est erga aliud et mutatum per aliud, et materia per formam fuit formata, et forma per ma-

p. 307,8—12 et 15—16 = Falaqera V, §. 36.

1 intellectum] in intellectu *N* 3 in *om.* *MN* intellectiua *C* 4 alti] sancti *C* 5 sine tempore *om.* *N* 8 D. *om.* *N* *ante* etiam *add.* hoc *N* applicatione] amplificatione *C* 10 applicatio] amplificatio *C* 11 caloris *A* intellectiuae *C* 13 in] ad *C* 14 per] et per *C* 15 hoc *om.* *N* sit] fit *AN* 16 et (*ante* per) *om.* *C* 18 destructio] defbcio *C*, districtio *M*, distinctio *N* illarum] earum *C* 20 propter (*post* forma) per *ACN* 21 esset (*ante* scilicet)] est *N* nisi quia *C* 22 neque] nec *A* mutationem] unitionem *C* 23 *post* forma *add.* diminutae *N* 24 ex] in *N* sint] sit *M*, *om.* *N* unde] unum *CN* 26 mutatum] uuitatur *C*

teriam materiata? sed putatur forma esse infinita ex ea parte, unde uenit ad materiam desursum, scilicet ex parte uoluntatis; sed ex parte inferiori finita est secundum praedicamenta quae sunt terminus generationis.

D. Quomodo est possibile ut forma sit ex parte finita, et ex parte infinita?

M. Certe distinguere formam a uoluntate difficile est, quia distinctio non est nisi propter materiam; et ideo putatur forma indistincta esse a uoluntate; et uoluntas non est finita nisi secundum hoc quod creata est. ideo oportet ut forma sit finita ex hac parte, quia creatio terminum habet et principium, id est principium inuestiturae materiae per formam.

D. Manifesta hoc.

M. Dicitur forma esse finita unde est creata, id est unde incepit eius unitio cum materia. ergo forma adiuncta materiae finita est propter finitionem materiae, quando incepit unitio. et propter hoc dicitur quod substantia intelligentiae finita est utrisque suis terminis, scilicet ex superiori propter uoluntatem quae est supra eam, et ex inferiori propter hyle quae est extra eius essentiam.

D. Quomodo tu dicis intelligentiam finitam esse ex utraque sua parte? et iam dictum est de substantia intelligentiae et de ceteris substantiis simplicibus quod non sunt finitae ex altiori parte, nisi quia creatae sunt compositae ex materia et forma, quia unaquaeque illarum terminata est a sua

---

p. 308,17—20 = Falaqera V, §. 36a.

---

2 unde] unum *N* desursum] per decursum *A*, decursus *C* 3 sed] et *N* inferiori] in superiori *M* est *om.* *M* 6 et ex parte infinita *om.* *N* 8 et] quia *C* 10 hoc *om.* *CM* est creata *M* ideo] et ideo *A* 11 terminum] finem *AC* 12 id est principium *om.* *AN* 12 inuestiturae] in uetustate *AC* 14 unde (*post* finita)] unum *N* est creata id est unde *om.* *N* 15 eius] esse *N* materia] forma *C* 16 finitionem] finitatem *C* incepit unitio] recipit unitionem *C* 17 hoc] non *N* substantiae intellectiuae *C* 18 *post* superiori *add.* quae est A 19 quae est (*ante* supra)] quaeque est *N* 20 eius essentiam] naturam eius *M* 21 intellectiuam *C* esse *om.* *N* 22 sua *om.* *C* dictum est] *cf. III 57, p. 206,3—5* intellectiuae *C* 23 simplicibus] intelligibilibus *C* quod] quae *C* non *om.* *C* 24—25 creatae . . . quia *om.* *N*

causa et omnes sunt terminatae a prima causa; sed sunt in inferiori infinitae, quia ipsae sunt causae.

M. Verum est quod omnes substantiae simplices finitae sunt ex altiori, et infinitae ex inferiori, quia sunt aliae post alias, et quia sunt spirituales simplices. sed quia hyle est spissa et corporalis, fuit per hoc extra essentiam intelligentiae; unde dicitur quod intelligentia et omnes substantiae simplices finitae sunt ex hac parte, id est differunt a corporalitate, quae accidit hyle, et distinctio facit esse finem.

29. D. Iam dixisti quod materia et forma finitae sunt. et fortasse unaquaeque materia habet materiam, et unaquaeque forma habet formam usque in infinitum?

M. Si hoc ita esset, esse non terminaretur in extremo inferiori.

D. Fortasse materia infinita est?

M. Quomodo hoc esse potest, cum forma iam terminauit eam et facta est per eam finita?

D. Quid est argumentum quod forma est terminatrix materiae?

M. Probatio huius haec est quod omne sensibile et intelligibile non terminatur et finitur, nisi per suam formam et figuram. et extremitas substantiae sensibilis est figura et species, et extremitas substantiae intelligibilis est differentia et forma.

D. Vides quod aliquid materiae inueniatur sine forma?

M. Aliquid materiae esse sine ulla forma impossibile est, quia ipsa tota sustinet formam spiritualem.

---

p. 309,8—10 = Falaqera V, §. 36b.

---

1 causa prima *N* in inferiori] in insuperiori *M* 3 quod] quia *MN* simplices] similes *M* 4 quia] et quia *C* sunt *om.* *C* 6 fuit] sine *A* intellectiuae essentiam *C* 7 quod] quia *M* intellectiua *C*, intelligentiae *N* 8 quae] et *C* 12 materia habet materiam et unaquaeque *om.* *N* 14 inferiori] in superiori *M* 17—20 M. Quomodo . . . terminatrix materiae *om.* *C* 17 hoc *om.* *N* terminauerit *A*, determinauit *N* 18 facta] finita *A*, perfecta *N* finita *om.* *A* Quid *scripsi*: Quod *AMN* 21 est hoc *C* 24 extremitas] extra· *C* 27—29 M. Aliquid . . . sine forma *om.* *C* 27 forma] materia forma *N*

D. Quare non inuenitur aliquid materiae sine forma?

M. Quia forma est continens materiam. Et etiam, quia de natura formae est ut conferat se sua essentia; unde nihil est sine ea. Et etiam quia materia non habuit esse nisi per formam, quia esse ex forma est; et ideo materia mota est ad recipiendum formam, scilicet ut exeat a *dolore* priuation*is* ad delectationem essendi — Sed materiam esse absque aliqua ex formis possibile est, quia aliquid materiae caret forma spirituali, et non habet primam formam constitutricem essentiae materiae primae, sed secundam, quae constituit essentiam substantiarum simplicium. similiter est aliquid materiae corporalis sine aliquibus formis, et habens aliquas.

D. Declara mihi hoc.

M. Intellige materiam quasi habeat duo extrema, unum ascendens ad terminum creationis, scilicet principium unitionis materiae et formae, aliud descendens ad finem quietis. et imaginare quod id quod de ea est supra caelum, est spiritualis formae; et imaginare hoc spirituale, quia quo magis ascenderit, erit unitius et simplicius, quousque perueniat ad principium creationis. similiter imaginare quod id quod de ea fuerit descendens a summo caeli, erit formae corporalis; et attende quia quo inferius descenderit, corpulentius erit, donec corpus perueniat ad finem quietis.

---

p. 310,3–12 = Falaqera V, §. 37. p. 310,14–23 = Falaqera V, §. 38.

---

1 Quare] Cur *M* 2 continens est *A* 3 forma *C* unde] unum *N* 2—3 sine ea est *M*, est essentia sine ea *N* 4 nisi per] praeter *N* 6 a dolore priuationis] *scripsi Falaqerus* מכאב ההעדר *secutus*: a priuatione *ACMN* 8 materia *M* absque] sine *N* 9—10 et non habet primam formam . . . sed secundam] *melius Falaqera* לא הצורה הראשונה ... אלא השנית *i. e.* non forma prima (*sc.* caret) . . . sed secunda. *uitium cum ipsi interpreti latino tribuendum uideatur, mutare quicquam ausus non sum* 9 primam] propriam *M* constitutricem] constitutione *M* 11 *post* similiter *add.* etiam *C* 12 aliquas] alias *M* 14 quasi] quod *C* habet *C* 17 imagina *ACM* id quod *om.* *C* de ea] dictum *C* est (*ante* supra) *om.* *N* 18 imagina *ACM* 19 ascendit *C* erat *AM* perueniant *M* 20 imagina *ACM* 21 fuerat *M* forma *A* 22 quia] quod *C* corporulentius *C* erat *M* 23 corpus *om.* *N*

30. D. Iam attendi hoc, et imaginatus sum, et inueni, sicut dixisti. et secundum hoc non uideo materiam in se esse nisi unam, et non uenit diuersitas nisi ex forma. ergo fac me scire, postquam materia est continens totum, et totum existit in ea, quomodo est possibile ut imaginetur esse eius cum forma spirituali sine forma corporali.

M. Determina quod quaeris.

D. Postquam esse simplex est continens compositum, et sphaerae spirituales sunt continentes sphaeras corporales: nonne oportet ut materia, intelligentia et anima comprehendant caelum, sicut caelum elementa?

M. Si tu multum studeres imaginari substantiam spiritualem, et scires quod substantia corporalis talem habet comparationem ad eam, qualis est comparatio auis ad aërem, non dubitares in hoc quod dixisti.

D. Ostende ergo, quomodo imaginabor hoc.

M. Abstrahe intellectum tuum a substantia corporali, et intende uehementius in substantia spirituali, donec peruenias ad principium creationis, scilicet initium unitionis formae cum materia, et postea conuerte intellectum tuum deorsum: et tunc patescet tibi certitudo eius quod dixi tibi, scilicet paruitas substantiae corporalis comparatione magnitudinis substantiae spiritualis. — Et si possibile fuerit, sume compara-

---

p. 311,2—8 = Falaqera V, §. 30a. p. 311,12—312,12 = Falaqera V, §. 30b.

---

1 hoc] haec *A* imaginatus sum] imaginaui *AM*, imaginaui hoc *C* 2 uideo] inueni *C* 3 non (*ante* uenit) om. *C* 4 *ante* postquam *add.* quod *C* continens *om.* *C* totum (*post* continens) *om.* *N* 5 eius esse *M* 6 spirituali] corporali *C* corporali] spirituali *C* 7 Determino *C* 8 esse] omne *A* continens *om.* *N* compositionem *C* 9 sint *C* nonne] nec *N* 10 intellectiuae (*sic!*) *C* 12 tu *om.* *M* studens *N* substantia spiritualis *M* 14 ad ea *M*, *om.* *C* comparatione *N* auis] eius *C*; auis *etiam* *N*, *non* luminis (*Munk l. c. p. 118,5*) 16 ergo *om.* *N* imaginabo *ACM* 17 Abstrahe] Abstine *C* 18 peruenias *corr. ex* aduenias *N* 19 scilicet] sed *M* initium *om.* *C* unitionem *C* 21 eius] huius *C* tibi dixi *N* paruitas *om.* *M*, *lacuna hiante* 22 *ante* comparatione *add.* uel *A* 23 Et] Quia *C*

tionem substantiae spiritualis creatae, scilicet materiam unitam formae ab origine unde uenit, scilicet uoluntate, et uidebis substantiam corporalem minorem. Et considera hoc secundum caelum et terram, quia si tu aestimaueris animam tuam quasi stantem in ultimo caeli altiore inspicientem terram, non putabis uisionem terrae de medio caeli nisi quasi punctum quod mensuram non habet comparatione caeli, cum ipsa sit tam magna.

D. Certe ita est.

M. Similiter etiam, si cogitaueris intellectum ultimum terminum substantiae spiritualis, uidebis quod comparatio substantiae corporalis et spiritualis ad uoluntatem sic est, ut comparatio terrae ad caelum.

D. Iam imaginatus sum hoc, et inueni sicut dixisti; et satisfecisti mihi hac dictione. sed da mihi summam breuem ad facilius intelligendum hoc.

M. Considera terminum creationis, id est initium unitionis formae cum materia, et imaginare essentiam quae non habet initium nec finem, quae est essentia creatoris; et imaginare totum quod est, tam spirituale quam corporale, existens

---

p. 312,16—313,8 = Falaqera V, §. 40.

---

1 creatae] cāte (*i. e.* causatae) *N* 1—2 scilicet materiam . . . uoluntate] *secundum Falaquerae uerba* וצרופו אל המקור אשר ממנו בא השפע כלומר הרצון *corrigas:* ad fontem ex quo uenit effluxio, scilicet uoluntatem . 2 unde] unum *N* et *om.* *A* 4 quia si] et *N* existimaueris *CM* 5 in ultimo . . . terram *om.* *A* aspicientem *C*, inspiciente *N* 6—7 nisi . . . comparatione caeli *om.* *N* 6 nisi *om.* *CM* quasi punctum] est paruum *C* quod] qui *A* 7 comparatione caeli *ante* 6 quod *transp.* *C* tam] causa (*compendio non bene intellecto*) *M*, *om.* *C* 9 Similiter *om.* *M* si etiam *C* intellectum] in intellectu *A*, intellecta *N* ultimum] tuum *C* terminum] terram *M* 10 substantiae *om.* *CMN* spiritualem *N* comparatione *C* 11 corporalis et spiritualis] et corporis spiritualis *C*, spiritualis et corporis *M*. *Falaquera*: quod comparatio substantiae corporalis ad substantiam spiritualem, uel potius ambarum ad uoluntatem כי יחס העצם הגשמי אל העצם הרוחני אבל יחסם יחדו אצל הרצון 12 caelum] *quae a Falaquera adiunguntur, glossema puto* 13 imaginatus sum] imaginaui *ACM* et inueni hoc *C* 14 mihi] in *C* summam] sententiam (*ut ex compendio uidetur*) *M* 15 haec *N* 16 id est *om.* *N* 17 imagina *ACM* 18 neque *C* imagina *ACM* 19 tam est *C*, est *om.* *N*

in ea, sicut imaginaris aliquem de intellectibus existentem in tua anima: quia tu uidebis tunc quia uirtus creatoris excelsi et sancti est in omni quod est existens in eo; similiter etiam uidebis quod uirtus superioris eorum quae sunt et eius essentia est in inferiori usque ad finem, scilicet ultimum terminum quietis. et secundum hoc imaginaberis extensionem materiae et formae a supremo usque ad infimum extensionem unam continuam.

D. Iam imaginatus sum hoc, et didici quod materia stabilis est in scientia altissimi et magni, sicut stabilitas terrae in medio caeli, et quod forma diffusa est super eam, sicut diffusio luminis solis per aërem *et terram et penetratio eius per ea.* sed demonstra cur hanc formam uocauerunt lumen.

M. Quia uerbum, per cuius inspectum indita est forma, lumen est, scilicet lumen intelligibile, non lumen sensibile, oportet ut forma ab eo indita lumen sit etiam. Et etiam quia lumen solet declarare et penetrare formam rei et detegere post occultationem eius, similiter forma, cum coniungitur materiae, apparet per eam post suam occultationem, et habet per eam esse.

31. D. Fac me scire si materia et forma sint in loco, aut non.

p. 313,9—20 = Falaqera V, §. 41.

1 imaginas *ACM* aliquam *C* 2 quia (*ante* tu)] et *C* quia (*post* tunc)] quod *C* 2—3 sancti et excelsi *C* 4 eorum] in eis *M*, eis *N* et] in *C* eius (*scil.* superioris)] earum *C* 5 in *om. A* inferiori] superiori *M* 6 et] quia *C* imaginaberis *scripsi*: imaginabis *ACMN* 7 supremo] summo *N* infimam *C* 9 imaginatus sum] imaginaui *ACM* hoc *om. A* 10 stabilem *M* est *om. M* et *om. M*, et magni *om. C* 11 quod] quia *M* 12—13 et terram et penetratio eius per ea *addidi ex Falaquerae, qui praebet:* והארץ ושקיעתו בהם 13 demonstra cur *scripsi*: demonstra cum *A*, demonstratores *C*, demonstra *M*, demonstratur *N* 16 scilicet] si *C* intelligibile] intelligentiae *AMN*; *cf. Gundissalin. de process. mundi, p. 706 ed. Menendez*: et quia uerbum lumen est intelligibile, cuius inspectu materiae forma imprimitur lumen (*ante* sensibile) *om. C* 17 ab eo indita] abscondita *M* sit lumen *M* etiam (*post* sit) *om. C* 18 declarare et *om. AMN* 19 post occultationem . . . per eam *om. N* coniungitur] contingit *M* materiae *om. C* 20 occultationem suam *M* esse per eam *C* 21 sunt *AM* 22 aut] autem *N*

M. Dicunt quod materia est locus formae, ex intellectu scilicet quod *sustinet eam et quod* sustinetur in ea. similiter etiam dicunt quod uoluntas est locus utrique simul. quod autem de hoc intelligitur hoc est, scilicet quia unaquaeque earum indiget uoluntate ad habendum esse et consistere. sed locus uerus est attributus in intellectu extremo inferiori formae. — Similiter etiam dicendum est de tempore. — Et iam patefeci tibi ex praemissis quod locus dicitur duobus modis, spiritualis et corporalis.

D. Iam claruit mihi hoc. sed fac me scire si forma est agens in materiam, aut materia in formam.

M. Forma est agens in materiam, quia ipsa eam perficit et dat ei esse; *et* materia non habet actionem, quia suum esse in dicione est; ipsa enim in se non est nisi receptibilis tantum, id est subiecta uel parata ad recipiendum actionem.

D. Si materia est ante formam, uel forma ante quam materia?

M. Quomodo potest esse una prior alia, cum non sint separatae ictu oculi, sed sunt ligatae simul, sicut praedictum est. Et etiam quia materia non habet [esse] in se esse formale, scilicet in actu, quia non habuit esse nisi ex forma; et ideo oportuit ut esse eius non sit nisi ex esse formae.

D. Vides si aeternae fuerunt, aut coeperunt esse?

M. Postquam res non est nisi ex suo opposito, debet ut

---

p. 314,1—6 = Falaqera V, §. 42. p 314,16—22 = Falaqera V, §. 43.

---

2 scilicet *om.* *C* quod] quo *AMN* sustinet eam et quod *addidi ex Falaqera, apud quem legitur* כלומר שהיא נושא אותה והיא נשואה בו 3 utriusque *AM* 4 scilicet *om.* *C* quia] quod *C* 5 uoluntate indiget *C* 6 uerus] serius *M*, *om.* *C* intributus *C* inferiori] in superiori *M* 7 patefeci] patefecisti *C* 8—10 tibi ex . . . claruit *om.* *C* 8 ex praemissis] *cf. II 14, p. 49,17—19* duo modum *N* 11 aut] an *C* 13 et *scripsi* (*cf. ad p. 95,13*): quia *ACMN* 14 est (*post* dicione)] eius *A* enim] autem *A* nisi *om.* *M* 16 Si] *aut ut p. 296,17 usurpatum, aut ut Amos 3,6*: Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecerit? 16—17 quam materia] materiam *CM* 18 una esse *C* alia] altera *M* non] nec *AN* 19 sed sunt . . . praedictum est *om.* *C* sunt ligatae simul *om.* *N* 20 esse *deleui cum Falaqera*: *habent ACMN* ente formale *add.* nisi *A* *post* scilicet *add.* esse *C* 21 quia] et *C* habuerunt *M* et *om.* *C* 22 eius esse *M*, eius *om.* *C* 23 aeternae] essentiae *CM* fuerint *A*, fuerit *C* 24 debet] sed *A*

esse sit ex priuatione, scilicet ex non-esse. ergo materia est ex non-materia, et forma ex non-forma. Et etiam, quia si materia et forma fuerint secundum generationem, et omne naturale sit ex suo simili, tunc esset hoc in infinitum.

D. Iam intellexi hoc. sed fac me scire quod est ligans materiam et formam, et quod est uniens et retinens earum unitionem, et quid est.

M. Haec est *unitas*, quae est superior illis, quia unitio formae et materiae non est nisi ex impressione unitatis in illis. et postquam inter unum et duo non est medium, scias per hoc quod inter unitatem et materiam et formam non est medium.

D. Quid est signum quod unitas ordinatrix est materiae et formae?

M. Signum ad hoc est omnimoda unitio materiae et formae firma et stabilis et perpetua in earum creatione, id est principio unitionis; et hoc totum propter propinquitatem earum ad originem unitatis; et e contrario eius multiplicitas, diuisio et diuersitas et differentia, instabilitas et terminabilitas in fine quietis, scilicet ultimo substantiarum, est propter elongationem eius ab origine unitatis. et in hoc est firmior ratio, quod unitas est retentrix omnium et sustinens omnia.

D. Quomodo potest esse quod uirtus unitatis diuersificetur in fortitudine et debilitate, cum prius fuerit unitas id quod est unitione quae maior esse non potest et retentrix eius retentione omnimoda, et ad ultimum e contrario?

---

p. 315,4—20 = Falaqera V, §. 44. p. 315,21—316,2 = Falaqera V, §. 45ª.

---

1 est] non est *C* 3 fuerint] fiunt *A*, sunt *N* 4 fit *MN* 5 quod est] *i. e.* id quod est; *cf. ad v. 6* 6 quod] quid *AC*: *sed sequitur demum v. 7* et quid est uniens] uiuens *N* 8 Hoc *N* unitas *scripsi ex Falaqera* (האחדות): uoluntas *ACMN* est (*post* quae) *om.* *C* 10 et (*ante* postquam)] quia *C* unum] unde *N* 11 formam et materiam *N* 12 Quod *AMN* *post* quod *add.* est *N* 15 firma *om.* *N* et *ante* (stabilis) *om.* *M* 16 et hoc totum *om.* *C* eorum *M* 17 contrario] conuerso *M* multiplicitatis *C* 18 diuersitas] unitas *CMN* *ante* instabilitas *add.* et *C* interminabilitas *N* 19 scilicet] id est *C* ultimum (*quantum ex compendio uideri potest*) *A* est] esse *A* 20 ratio] unitio *M* quod] quia *M* 22 diuersificem *N* 23 prius] primo *A* 24 unitio *C* quae] qua *A* 25 contrario] conuerso *M*

M. Hoc est propter diuersitatem materiae, sicut iam saepe dixi.

32. D. Postquam omnis res non unitur nisi cum suo simili et conuenienti, quomodo est possibile uniri materiam et formam, cum non sit similitudo inter illas?

M. Hoc est quod magis significat potentiam potentis.

D. Materia est quieta, an mobilis?

M. Materia mobilis est ad recipiendum formam. exemplum autem motionis suae ad recipiendum formam et applicationis formae cum illa est motus animae priuatae aliqua scientia ad inquirendum eam et recipiendum; et cum accesserit forma illius scientiae ad animam et extiterit in ea, anima fiet per eam sciens, id est sustentatrix formae illius scientiae. similiter cum forma accesserit materiae, facta est materia per eam formata et sustentatrix formae.

D. Quae est causà compellens moueri materiam ad recipiendum formam?

M. Causa in hoc est appetitus materiae ad recipiendum bonitatem et delectationem, dum recipit formam. similiter dicendum est de motu omnium substantiarum, quia motus omnium substantiarum est ad unum et propter unum, hoc est quia omne quod est appetit moueri ut assequatur aliquid bonitatis primi esse. sed motus, qui sunt, diuersi sunt secundum diuersitatem ordinum suorum in propinquitate et elongatione; quia quo substantia fuerit propinquior primi esse, assequi bonitatem sibi erit facilius, et quo magis fuerit remotior, non assequitur eam, nisi longissimo motu aut

---

p. 316,7—15 = Falaqera V, §. 45[b]. p. 316,16—317,3 = Falaqera V, §. 46.

---

2 saepe dixi] *cf. p. 63,15 sqq. 242,10 sqq. etc.* 3 omnes *N* cum] in *C* 6 signat *N* 7—8 est . . . Materia *om. N* 8 Materia *om. M* 9 autem] ante *N* motionis] monitionis *M* 12 in *om. C* anima *om. C* 13 id est] et *C* sustentatrix] sustentans quod *C* 14 materiae] ad materiam *C* materia *om. C* 16 moueri] in omni *C*, *om. N* materia *C* 18 Causa *om. C* 19 bonitatem . . . recipit *om. A* 20 *ante* similiter *add.* et *C* est *om. C* 21 omnium *om. A* 22 hoc est *om. C* 24 sunt *om. C* 25 substantia quo *A*, substantia *om M* fuerat *M* 26 erat *C* 27 fuerit] fuerat fuerit *M* longissimo] legissimo *N*

motibus multis et temporibus multis; et quo magis erit remotior, quiescit motus eius. et pone exemplum ad hoc caelum et terram.

D. Quid est signum quod motus rei quae mouetur non est nisi ad unum et propter unum?

M. Signum huius est quod motus omnis mobilis non est nisi ad recipiendum formam; et forma non est nisi impressio ab uno. unus autem est bonitas. ergo motus omnis rei non est nisi propter bonitatem, quae unus est. signum autem huius est quod nihil eorum quae sunt appetit esse multa, sed omnia appetunt esse unum; ergo omnia appetunt unitatem.

D. Quid est signum quod motus materiae et ceterarum substantiarum est appetitus et amor?

M. Postquam intentio appetitus et amoris non est nisi inquisitio applicationis ad amatum et unitionis suae cum illo, et materia inquirit applicari formae: oportet ut eius motus sit propter amorem et desiderium quod habet ad formam. similiter dicendum est de omni re, quod mouetur ad inquirendum formam.

D. Si motus omnis mobilis et omnino motus materiae ad recipiendum formam non est nisi propter suum desiderium primi esse, oportet ut sit inter illa similitudo. desiderium enim et applicatio non est nisi similium.

M. Inter materiam et primum esse non est similitudo, nisi secundum modum quo materia acquirit lu-

---

p. 317,4—12 = Falaqera V, §. 47. p. 317,15—20 = Falaqera V, §. 48. 317,21—318,4 = Falaqera V, §. 49.

---

1 et (*ante* temporibus)] aut *C* erat *M* 4 Quod *AMN* quae] quo *A* 5 est *om.* *N* 6 non est mobilis *C* 8 unus] unum *A* autem] ante *N* 10 autem] etiam *N* quod] quia *A* nihil] nec *A*, nil *N* eorum] horum *M* esse *om.* *A* 13 Quid *scripsi:* Quod *ACMN* 14 est] eius *N* 15 amoris et appetitus *M* 15—16 applicationis inquisitio *M* 17 acquirit *N* motus eius *M* 19 est *om.* *CN* re *om.* *AMN* 21 omnis motus *C* motus (*ante* materiae) *om.* *N* 22 suum *om.* *C* 23 inter *om.* *C* illam *N* 25—26 nisi similitudo *A*, nisi similitudo nisi *M* inquirit *N*

men et splendorem ab eo quod est in essentia uoluntatis; et hoc cogit eam moueri ad illam et desiderare eam; non autem mouetur ad consequendam essentiam uoluntatis, sed mouetur ad consequendam formam quae creatur ex ea.

33. D. Quae est similitudo inter materiam et formam, cum ipsae sint duae substantiae diuersae in essentia, et una earum est sustinens et altera sustentata?

M. Non est inter illas similitudo; sed quia materia est receptibilis formae in se ipsa, et forma est defluxa in materiam fluxu uiolentiae et necessitatis: oportet ut moueatur materia ad recipiendum formam, et ut forma uniatur ei. et hoc est signum quod obligata sunt uoluntati et oboedientia ei, quod, cum diuersa sint in essentia, tamen unita sunt simul.

D. Postquam materia mouetur ad recipiendum formam propter suam inquisitionem consequendi bonitatem, quae est unitas, oportet ex hoc ut materia sit sciens eius quod quaerit. sed iam praedictum est quod materia non est sciens nisi per formam.

M. Quia materia est proxima unitati, et unitas influit in ea, facit debere ut acquirat ab ea uirtutem apprehendendi, et facit eam moueri ad eam ad recipiendum ab ea perfectionem; et cum recipit formam, fit per eam sciens et perfecta, et non restat aliquid quod acquirat. — Et haec est similitudo aëris, quando commiscetur ei parum splendoris in mane; quia cum sol eleuatur nimis super eum, completur aër splendore et lumine, et

p. 318,5—7 = Falaqera V, §. 50. p. 318,15—319,13 = Falaqera V, §. 51.

1 spendorem *N* quod] qui *C* non] nihil *C* 3 essentiam *om. A* 4 consequendum *M* creatur] causatur *N* est *om. C* 6 ipsa *AMN* sunt *N* 6—7 earum una *A*, una eorum *M* 8 illa *C* similitudo *ante* inter illas *transp. M* 9 forma] formam *N* materia *MN* 10 ut moueatur *post v. 11* formam *transp. C* 11 et (*ante* ut) *om. N* 12 obligati *C* 13 sint] sunt *AMN* 14 sunt *om. CMN* 15 materia *om. M* 17 ex] ut *N* sit materia *M* *ante* sciens *add.* in se *N* quod] quid *C*, quae *N* 18 quod] quia *C* est (*post* non) *om. N* 20 proxima est *M* 21 adaquirat *C*, acquirit *A* apprehendi *N* 23 recepit *M* 24 *ante* acquirat *add.* non *N* Et] Quia *C* hoc *N* 25 ei *om. A* 25—26 nimis eleuatur *A*

non restat ei quicquam quod acquirere debeat a sole. similiter est de materia prima; quia enim proxima est unitati, debet ut de eius lumine et uirtute fluat in eam, per quod moueatur et desideret ad illam. — Et secundum hoc respondebitur opponenti quod similitudo est inter materiam et ceteras substantias et factorem primum, quando posuerit quod motus harum substantiarum est motus desiderii: scilicet, quia per hoc, quod materia proxima est unitati, compellitur acquirere ab ea lumen et desiderium, per quod moueatur ad illam et desideret eam ad recipiendum perfectionem et exeundum de non-esse ad esse, quousque influat super eam uoluntas formam uniuersalem in effectu, et uniatur eum ea compleaturque natura eius, et fiat intelligentia.

34. D. Haec inquisitio et hic motus est diffusus in omnibus?

M. Vere, quia inquirere factorem primum et moueri ad illum inditum est omnibus; sed tamen hoc diuerse, secundum diuersitatem propinquitatis et elongationis.

D. Exemplifica hoc.

M. Hyle particularis desiderat formam particularem, sicut hylae herbarum et animalium, quae mouentur in generando ad recipiendum formam herbarum et animalium, et sunt ipsa patientia a forma particulari, et forma particularis agit in illas. similiter anima sensibilis desiderat formas sibi conuenientes, scilicet sensibiles. similiter anima rationalis *desiderat* formas intelligibiles; hoc est, quia anima particularis, dum uocatur intel-

p. 319,14—320,24 = Falaqera V, §. 62.

2 est (*ante* de)] esse *N* de *om.* *A* materia prima] materia materia *A* est proxima *C* unitati] ueritati *N* debet] oportet *AN* 3 de *om.* *N* 4 illam] eam *C* Et] Quia *C* 5 quod similitudo *etc.*] *ad Falaquerae textum a Munkio perperam mutatum cf. Guttmann l. c. p. 241,4* 6 posuerat *M* 7 scilicet] *i. e.* respondebitur 8 est proxima *M* perquirere *C* 9 eam] illam *A* 11 uniuersalis *C* effectum *CMN* 12 intellectiua *C* 14 modus *C* diffusus est *MN* 17 illud *M* inditum est] est indicium *C*, indicium est *N* omnibus] nobis *M* diuerse secundum *om.* *N* 21 mouerentur *C* 23 agit *om.* *C* illa *C* 25 anima *om.* *N et Falaquera, fortasse recte* rationales *C* desiderat *addidi Falaquerae* התשוקק *secutus* 26 intellectus *om.* *M*

lectus primus, est in [suo] principio, sicut hyle receptrix formae; sed cum receperit formam intelligentiae uniuersalis, quae est intellectus *tertius*, et fuerit facta intelligentia, tunc erit facilis ad agendum et uocabitur intellectus secundus. et postquam animae particulares habent tale desiderium, oportet etiam ut uniuersales animae habeant desiderium uniuersalium. similiter dicendum est de materia naturali, scilicet substantia quae sustinet praedicamenta, quia haec etiam materia mouetur ad recipiendum formam qualitatum primarum, et postea ad recipiendum formam metallinam, deinde formam uegetabilem, deinde sensibilem, deinde rationalem, deinde intelligibilem, donec coniungatur formae intelligentiae uniuersalis. et secundum hoc etiam considera motum omnium uniuersalium; et secundum hoc oportet ut materia prima sit desiderans recipere formam primam, ut acquirat bonitatem, quae est esse. similiter dicendum est de omni quod est ex materia et forma, quia quod ex eo est imperfectum, mouetur ad recipiendum formam perfecti; et quo magis ascenderit esse, fient pauciora motus et desideria, propter suam propinquitatem ad perfectionem. et propter hoc etiam esse, quo magis ascenderit et propinquius fuerit origini unitatis, erit eius actio magis una et durabilior sine tempore, quia res quo magis fuerit una in sua essentia, erit propter hoc magis una eius actio; et cum una fuerit eius actio, faciet multa sine tempore.

35. D. Si unitio materiae et formae, quae sunt in extremo

p. 320,25—321,17 = Falaqera V, §. 53.

1 *suo deleui cum Fal.* 2 intellectiuae 3 tertius *scripsi cum Falaqera* (השלישי): secundus *ACN*, sensus *M* 3—4 et fuerit ... intellectus secundus *om. N* 3 intellectiua *C* facilis] fortius *M* 4 secundus] sensus *M* et] quia *C* 6 etiam] et *N* animae] scilicet animae uniuersales *M*, animae particulares *N*, *om. A* habent *N* *ante* desiderium *add.* tale *N* 8 quia] et *N* 9 recipiendam *N* primarum] priorum *M* et *om. N* 11 sensibilem deinde *om. N* rationabilem *M* deinde intellectibilem *C*, *om. N* 12 intellectiuae *C* 13 etiam *om. MN* et] quia *AC* 14 desiderans] considerans *N* prima *N* 15 quae est] quaeque *N* 16 est (*ante* de) *om. AN* quia quod] et quia *C* 16—17 est ex eo *M* 17 moueatur *N* 18 et] quia *C*, ex *N* fient] fierent *A*, sunt *C* motus *C* 20 fuerat *M* 21 erat *M* actio eius *C* durabilior] debilior *C* 23 fuerit] fuit *AC*, fuerat *M* 23 erat *M* eius (*post* una) *om. C* 23—24 eius una fuerit *C*

altiori, est ideo quod appetunt uniri, quae est causa separationis infusae in extremo inferiori?

M. Iam saepe patefeci tibi quod materia, cum magis descenderit et spissabitur, tunc multiplicatur et diuersificatur; et hoc facit debere esse multiplicitatem formae et diuersitatem. — Cum hoc etiam cum consideraueris totum quod est in inferiori ex rebus diuersis, inuenies omnia, quamuis sint diuisa, tamen appetentia commisceri. erit ergo in extremo inferiori commixtio, sicut in extremo superiori unitio. et omnino omnia diuersa et diuisa tam in superioribus quam in inferioribus, scilicet indiuidua, species, genera, differentiae, propria et accidentia, et omnia opposita et contraria, mouentur ad coniunctionem et desiderant conuenientiam et inquirunt unitionem, quia, quamuis sint diuisa, coniuncta sunt, et quamuis diuersa, conuenientia sunt in aliquo quod ea retineat et coniungat et conuenire ea faciat. et radix communis in hoc est hoc, quod unitas uincit omnia et est diffusa in omnibus et retentrix omnium.

D. Iam implesti totum quod promisisti de materia uniuersali et forma uniuersali, quia iam constat apud me quod sunt, et quid sunt, et quales sunt, et quare sunt, et quicquid fuit possibile scire de eis; et factus sum speculator et coniectator earum. uideo enim materiam tamquam librum apertum, aut tamquam tabulam propositam; et uideo formam tamquam formas depictas et uerba disposita, ex quibus lector acquirit finem scientiae et per-

p. 321,18—322,4 = Falaqera V, §. 54.

1 ideo] iam *C* appetit *C* 3 saepe] *cf. p. 62,10 sqq. 315,16 sqq. etc.* cum] quo *N* 4 descenderet *N* inspissabitur *A* multiplicabitur *A* 5 fecit *C* 6 etiam hoc *N* cum (*ante* consideraueris) *om. C* 7 diuersis] diuisis *A* 8 erat *M* extremi *C* inferiori] in superiori *M* commixto *N* 10 quam in inferioribus *om. N* 11 *ante* differentiae *add.* et *N* omnia] omnino *A* 12 et (*ante* contraria) *om. N* contraria] continua *C* 13 inquirunt] metuunt *C* quia] et *M* 14 coniuncta diuisa sunt *A* conuenientes *C* 15 quod] ex *C* conuenire ea] conuenientia *A* 16 et] quia *C* hoc (*post* est) *om. N* 20 quid] quare *M* quales] quid *M* quare] quales *M* sunt (*post* quare) *om. C* fuit] fuerit *CN* 21 coniectator] contemplator *M* eorum *M* 23 uido (*sic!*) *N* formam] formas *C* formam depictam *N* 24 disposita] disputata *N* scientiae] sententiae *M*

fectionem sapientiae. et inuenio quod quando mea essentia comprehenderit illas et cognouerit mira quae sunt in eis, mouetur et desiderat inquirere pictorem huius formae mirabilis et creatorem huius sapientiae nobilis. est ergo uia ascendendi ad scientiam eius quod est supra materiam et formam?

M. Ascensio ad essentiam primam altissimam impossibilis est; sed ascensio ad id quod sequitur difficilis est ualde. et ideo dico quod materia et forma sunt duae portae clausae intelligentiae, quas difficile est intelligentiae aperire et intrare per eas, ideo quod substantia intelligentiae est infra eas; scilicet quia substantia intelligentiae est composita ex eis. et cuiuscumque anima se subtiliauerit et intelligentiam suam clarificauerit, donec fiat ei possibile penetrare eas et ingredi per eas, iam peruenit ad ultimum finem, et fit spiritualis, diuinus, delectabilis, quia est circa uoluntatem perfectam; et tunc quiescit motus eius et durat eius delectatio.

36. D. Ergo ostende mihi origines scientiae et radices eius.

M. Origines scientiae et radices eius tres sunt. prima earum est scientia de materia et forma; et haec est illa pars scientiae quam inquisiuimus usque modo a principio. secunda est scientia de uerbo agente, id est uoluntate. tertia est scientia de essentia prima, sicut in primis didi-

p. 322,7–17 = Falaqera V, § 55. p. 322,18—323,4 = Falaqera V, §. 56.

1 essentia mea *N*, in ea essentia *M* mira] uira *C* 3 desidera *N* acquirere *N* 3—4 et creatorem *om.* *N* 4 est] sunt *N* 5 eius] est *N*, *om.* *C* quod] quae *N* 7 impossibile *M* 8 sequetur *A* 10 intellectiuae *C*; intelligentiae (*post* est) *om.* *C* 11 aperire . . . intelligentiae *om.* *N* quod] quia *M* intellectiae *C* 12 scilicet *om.* *N* quia] quod *C* substantia intelligentiae *om.* *C* 13 et] quia *C* cuiuscumque] cuius quod *C* animae *M* intelligentiam] in assignatiuam *C* 14 clarificauerit] calauificauerit *C* fiet *C* ei *om.* *N* 14—15 ingredi per eas (eam *A*) et penetrare *AC* 16 spiritualis, diuinus, delectabilis *scripsi* *Fal.* *secutus*: spirituale, diuinum, delectabile (et delectabile *N*) *ACMN* 15 delectabilis . . . perfectam] *Fal.* מתענג בקרוב מהטוב השלם, *i. e. delectatus in propinquitate circa bonum perfectum* est *om.* *N* 17 delectatio eius *M*, eius *om.* *C* 18 originem *MN* 20 scientiae *om.* *AM* 21 eorum *M* 22 acquisiuimus *N* usque *om.* *A* 24 dicisti in primis *M*, in primis *om.* *C*. *ad sententiam cf.* *I 7, p. 9,24 sqq.; V 1, p. 257,11—18*

cisti. si ergo potueris attingere ad has tres scientias uniuersales, iam comprehendisti et cognouisti omnia, secundum quod possibile est intelligentiae humanae; et post has scientias non restabit tibi aliquid inquirendum, quia totum continetur in illis et refertur ad illas.

D. Quid dicis de **motu** qui est infusus materiae et formae, per quem est uirtus agendi et patiendi?

M. Dictio de motu continetur sub dictione de **uerbo**, quia **motus est uis insita a uerbo**. ergo oportet te scire quid sit actio et passio, et quales sint, et quare sint, cum contineantur intra scientiam de uerbo.

D. **Quae est differentia inter motum et uerbum?**

M. Differentia inter motum et uerbum haec est, quia **uerbum** est **uirtus infusa substantiis spiritualibus, conferens eis scientiam et uitam**, et **motus** est **uirtus infusa substantiis corporalibus, quae attribuit eis uim agendi et patiendi**. et hoc est quod **uerbum**, scilicet **uoluntas**, postquam creauit materiam et formam, ligauit se cum illis, sicut est ligatio animae cum corpore, et effudit se in illis et non discessit ab eis et penetrauit a summo usque ad infimum.

D. Quid est signum **quod uoluntas est, et quod non est materia et forma?**

M. Signum huius sumptum est ex **motu** qui est a uoluntate et ab umbra eius et a radio eius. et hic motus inuenitur in substantiis corporalibus et est infusus in illis; sed substantia

---

p. 323,13—20 = **Falaqera V, §. 57.** p. 323,21—324,9 = **Falaqera V, §. 58.**

---

2 cognouisti et comprehendisti *C* 3 intellectiuae *C* 4 aliquid] ad *N* adquirendum *N* 6 est *om. N* 7 quem] quam *C* 9 est uis] eius *M* a *om. CN* oportuit *N* te] ut *M*, *om. N* 10 quales sunt *AMN* quare sint *scripsi*: quare sunt *AMN*, quare *C* cum *om. MN* contineatur *N*, contenate *M* 13 hoc *N* quia] quod *C* 13 est uirtus *om. M* infusa] insita *C* 16 eis *om. N* 17 uerbis *N* uoluntatis *C* 18 creauit] ligauit *C* 18—19 ligatio est *C* 19 non *om. C* discedit *C* 21 D. *om. N* Quid *scripsi*: Quod *ACMN* 23 ex] a *C* qui] quae *N* a] ex *N* 24 et (*post* uoluntate)] *om. CM* ad umbram *M* a radio eius] radice eius *C*, radio *N* hic] haec *N* 25 in (*ante* illis) *om. MN*

corporalis non habuit eum ex se, sed inditus est ei ex substantiis spiritualibus; quia non erat ei possibile habere hunc motum nisi ex substantiis spiritualibus, eo quod substantia corporalis non habet tantam uim recipiendi eum quantam habet substantia spiritualis, propter elongationem sui ab origine, sicut iam saepe didicisti.

27. D. Non potest esse aliter.

M. Similiter etiam uoluntas non potest esse in inferioribus ex substantiis spiritualibus, sicut est in superioribus ex illis.

D. Non potest esse hoc aliter.

M. Ergo oportet ut in substantiis spiritualibus et corporalibus sint diuersi ordines uoluntatis in penetrabilitate et impressione, secundum diuersitatem substantiarum in superioritate et in inferioritate et propinquitate et remotione et spiritualitate et corporalitate. causa autem diuersitatis actionis uoluntatis accidit ex materia quae recipit actionem eius, non ex uoluntate in se, sicut saepe ostendi tibi. — Et secundum hoc oportet ut uoluntas in materia intelligentiae agat esse, id est formam uniuersalem quae sustinet omnes formas, sine tempore. exemplum autem quod uoluntas uniuersalis agat formam uniuersalem in materia intelligentiae hoc est, quod uoluntas particularis, id est intelligentia particularis, agit formam intelligibilem particularem in anima, scilicet quia intelligentia influit hanc formam super animam et subito inspirat ei sine tempore. similiter agit in materia animae uitam et motum essentialem. et agit in materia naturae,

---

p. 394,11—395,12 = Falaqera V, §. 59.

1 indutus *C* ei est ex *M*, est ex eis (*sic!*) *C* 2 possibile ei *C* habere] ut haberet *M* 3 eo *om.* *C* quod] quia *C* corporali *N*, spiritualis *C* 4 uim tantam *A* quantum *M*, quanta *N* 5 spiritualis] corporalis *C* 5—6 sicut iam saepe didicisti *om.* *C*, saepe *om.* *A* 7 aliter esse *C* 8—10 M. Similiter . . . hoc aliter *om.* *N* 9 in inferioribus] in insuperioribus *M* est] enim *M* 10 hoc *om.* *C* 11 Oportet ergo *C* ut *om.* *C* 12 ordines uoluntatis sint diuersi *A* 12—13 impressione et penetrabilitate *C* 14 in (*ante* inferioritate) *om.* *AN* 16 uoluntatis *om.* *C* 18 ostenditur *M* tibi *om.* *C* oportet *om.* *M* 18—19 intelligentiae in materia *M* 19 intellectiuae *C* aga (*sic!*) *N* esse *om.* *N* id est] secundum *C* 21 intellectiuae *C* 22 *et* 24 intellectiua *C* 25 materiam *M* 26—395,1 agit . . . eam *om.* *C* 26 materiam *M*

et in materia quae est infra eam, motum localem et ceteros motus. — Sed omnes isti motus deriuati sunt a uoluntate. ergo oportet ex hoc ut omnes substantiae spirituales et corporales sint mobiles a uoluntate. quod autem uoluntas moueat omnes substantias et corpora, est exemplum quod uoluntas animae mouet corpus aut quiescere facit aliquod membrorum eius, uerbi gratia sicut quies cum retinetur anhelitus, quia hoc contrarium est facienti motum. — Et hic motus qui diffusus est in omnibus substantiis a uoluntate est diuersus in fortitudine et debilitate, propter diuersitatem substantiarum recipientium eum, non propter diuersitatem uoluntatis in se, sicut saepe praedixi.

D. Quae est probatio quod uoluntas non est diuersa in se?

M. Probatio huius est quod ipsa est ex unitate, immo ipsa est uirtus unitatis. Et etiam, quia prima diuersitas fuit, ex quo coepit materia et forma.

D. Secundum quod dixisti, oportet ut aliud sit uoluntas quam materia et forma. sed uirtus eius defluxit in materiam et ligata est cum ea, sicut ligatio animae cum corpore.

M. Quomodo non erit uoluntas aliud a materia et forma, cum uoluntas sit factor, et materia et forma factae? Et etiam, quia uoluntas, remota actione ab ea, ipsa et essentia sunt unum, et considerata cum actione, erit alia ab essentia: secundum hoc quod differunt in se in principio creationis, id est initio unitionis materiae et formae.

---

1 et in materia (*sc. corporis*) *addidi Falaqeram* ,וּמֹּד *secutus* (*cf. p. 396,19*) ceteros] certos *N* 2 a uoluntate] *Fal. add.*: et uoluntas demittit eos 3 hoc] his *M* ut *om. A* omnes *om. M* 3—4 spirituales et corporales substantiae *N* 4 uoluntas *om. N* 5 substantias] formas *M* 6 aliquae *N* 6 aut quiescere . . . 8 motum] *apud Falaqeram hic locus corruptus est* 7 quies *om. C* hanelitus *A*, annelitus *C*, anelitus *MN* 8 quia] et *C* est contrarium *C* hic] haec *N* 9 effusus *C* 10 substantiarum *om. C*, 10—11 substantiarum . . . diuersitatem *om. N* 10 recipientis *C* 12 saepe dixi *C*, praedixi saepe *N* 15 quod] quia *C* 16 primo *C* 17 et forma *om. N* 19 in *om. N* 21 Quomodo] Omnimodo *M* alia *N* forma et materia *M* 23 ea *om. C* 24 erat *M* secundum] sed *C* 24—25 secundum hoc] *scil.* est 25 differunt (*scil. uoluntas et materia ac forma*) in se] differt in se *C*, diffinitum se *M*, differunt se *N* initio] unitio *CM*

D. Si uoluntas nec est materia nec forma, ergo quid est?

33. M. Describere uoluntatem impossibile est; sed paene describitur, cum dicitur quod est uirtus diuina, faciens materiam et formam et ligans illas, et diffusa a summo usque ad imum, sicut diffusio animae in corpore; et ipsa est mouens omnia et disponens omnia.

D. Manifesta mihi quomodo est infusio uoluntatis in substantiis et quomodo est eius actio in illis, exemplo manifesto.

M. Materia et forma est sicut corpus, et aër, et anima; et uoluntas ligans illa et infusa in illis est sicut anima in corpore, sicut lumen in aëre, et sicut intelligentia in anima; quia quando uoluntas infunditur toti materiae intelligentiae, fit ipsa materia sciens et comprehendens formas omnium rerum; et quando infunditur in totam materiam animae, fit ipsa materia uiuens, mobilis, apprehendens formas, secundum suam uim et secundum suum ordinem ab origine ueritatis et formae; et quando infunditur materiae *naturae et* corporis, attribuit ei motum, figuram et formam.

D. Secundum quod dicere uideris, non est differentia inter uoluntatem et formam?

M. Quae maior differentia potest esse inter illas, quam ut uoluntas sit actor, sicut scriptor, et forma acta, sicut scriptura, et materia subiecta illis, sicut tabula aut charta?

---

p. 326,3—7 = Falaqera V, §. 60. p. 326,11—20 = Falaqera V, §. 61. p. 326,24—328,6 = Falaqera V, §. 62.

---

3 describere] *i. e.* definire paene] saepe *A* 5 et formam *om. M* 6 imum] infimum *M* 8 diffusio *M* 9 actio eius *N* 11 et (*ante* aër) *om. A* aër] anima *C* anima] lumen *A*, aër *C*. *Munkii in Falaquerum coniecturam* והאור *suo iure reicit Guttmann, l. c. p. 253,3* 12 est *om. C* 13 intellectiua *C* 14 infundit *M*, diffunditur *C* intellectiuae *C* 15 rerum omnium *C* 16 et] quia *C* quando] ipsa *N* 16—19 in totam . . . quando infunditur *om. A* 16 materia *om. N* 17 *ante* mobilis *add.* et *N* *ante* formas *add.* omnes *C* 18 secundum *om. C* ueritatis] unitatis *C* 19 naturae et *addidi, Falaquerae* ליסוד הטבע והיסוד הגשמי *secutus (cf. p. 325,1)* 19—20 motum formam et figuram *C*, figuram motum et formam *N* 19 *ante* motum *Fal. add.* uirtutem 21 uidetis *M* 23 inter istas *N*, *om. C* 24 sit] sit sicut *C* actor] factor *M* sicut scriptor *om. N* 25 subiecta] sub'a (*i. e.* substantia) *N* aut] et *C*, uel *N*

D. Postquam forma infusa est in tota materia et penetrans essentiam eius et implens, quomodo dicam cum hoc quod uoluntas etiam sit infusa in tota materia et penetrans in illa?

M. Postquam uoluntas est uirtus spiritualis, sed multo excellentior quam spiritualis, non dubites ipsam infundi materiae et comprehendere eam simul cum forma. — Exemplum autem huius est, sicut penetratio uirtutis solis, id est uirtutis diffundentis lumen, et unitio eius cum lumine solis in aëre. erit ergo uoluntas sicut uirtus, et forma sicut lumen, et aër sicut materia.

30. D. Iam patefecisti mihi alta secreta. uides quod ideo dicatur creator sublimis et sanctus esse in omni?

M. Certe propter hoc dictum est, quia uoluntas, quae est uirtus eius, est infusa in omni et penetrans omne, et nihil est sine ea, quoniam ex ea est esse omnium et constitutio eorum.

D. Declara mihi hoc.

M. Nonne uides quod existentia essentiae omnium rerum non est nisi ex materia et forma, et existentia materiae et formae ex uoluntate, ideo quia ipsa est actor earum et coniunctor et retentor earum? Vnde etsi nos dicimus quod forma retinet materiam, improprie dicimus, quia forma suscepit a uoluntate uirtutem qua retinet materiam. manifestatio autem huius haec est, quia forma impressio est unitatis et uirtus retinendi unitatis est, et uoluntas est uirtus unitatis; ergo uirtus retinendi uoluntatis est. sed uoluntas re-

1 D.] et *C* est infusa *M* 2 quod cum hoc *C* 3 sit etiam *M* in tota materia *om.* *AMN* 5 uirtus est *C* spiritualis *om.* *N* 6 *post* quam *add.* forma *A* quam spiritualis] *Falaquera* quam spiritualitas (מרוחנות), *fortasse recte* infudi *M* 8 solis id est uirtutis *om.* *N* 9 aëre *scripsi*: aerem *ACMN* 9—10 ergo erit *C* 12 D. *om.* *N* ideo quod *C* 13 esse] est *N* 14 Certe *om.* *C* est *om.* *N* quia] quoniam *MN* 14—16 quia . . . sine ea *om.* *C* 15 eius *om.* *AM* 16 quoniam] quia *AC* est (*ante* esse) *om.* *C* 19 existentia *om.* *C* essentia *CM* 20 ex *om.* *N* existentia] essentia *C* 21 ipsa] quando *M*, *om.* *N* 23—24 improprie . . . retinet materiam *om.* *N* 24 qua] quae *CM* 25 est haec *M* quia] quod *C* est *om.* *C* est (*post* unitatis) enim *M* 27 uoluntatis] uoluntas *M*

tinet materiam mediante forma; et propter hoc dicitur quod forma retinet materiam, quia forma est media inter materiam et uoluntatem; ergo ipsa acquirit a uoluntate, et attribuit materiae. — Et quia uoluntas procedit a prima origine, infusa est cum ea materiae et formae, et illa et ipsae fuerunt existentes in omni, et nihil est sine eis.

D. Postquam **uoluntas est in se quies, quomodo transit per omnia et fit motus?**

M. Non est haec intentio de eo in cuius uia sumus, quia hoc est difficilius de scientia uoluntatis. sed quod debes scire nunc de hac intentione, hoc est, quia **uoluntas penetrat omnia sine motu et agit omnia sine tempore,** propter suam magnam fortitudinem et unitatem. — Et cum uolueris ut hoc facilius fiat tibi intelligere, imaginare actionem intelligentiae et animae in omni sine motu et sine tempore; et imaginare diffusionem luminis subito sine motu et sine tempore, cum sit corporale sensibile.

D. Sed **quomodo fit uoluntas motus?**

M. Scilicet propter substantiam materiae quae est ei subiecta. et dicendum est de uoluntate, sicut de forma, scilicet quia materia, quando fuerit spissa, remota ab origine *uni*tatis, debilitatur ad subito recipiendum actionem uoluntatis sine tempore et sine motu. ergo oportet ex hoc ut materia sit mobilis a uoluntate in tempore.

40. D. Iam docuisti me **scientiam de materia et forma et uoluntate,** secundum quod capax fui huius disciplinae, et se-

---

p. 328,11—24 = Falaqera V, §. 63.

---

2 quia] et *N* 3 tribuit *C* 4 prima] propria *M* 5 illa] *scil.* uoluntas ipsae (*scil.* materia et forma)] ipsa *C* 5—6 in omni *om.* *CMN* 7 quies in se *M* 8 transiit *AM* 9 haec] hic *M* 10 hoc] haec *A* est *om.* *C* 11 nunc] non *CM* 13 magnam suam *M* 14 intelligere *om.* *C* imagina *ACM* intellectiuae *C* 15 in omni *om.* *C* 15—16 et imaginare . . . sine tempore *om.* *ACM* 18 Sed *om.* *N* 19 Scilicet] Si *C* materiae substantiam *M* subiecta] sb'a (*i. e.* substantia) *N* 20 sicut de forma *om.* *M* scilicet] *sic etiam* *N*, *non sed* (*Munk, l. c. 133,2*) 21 quia] quod *C* unitatis *scripsi, ex Falaqera* (האחדות): uoluntatis *ACMN* (*cf. p. 315,7*) 22 debilitatur *om.* *N* ad subito] a sb'o (subiecto?) *C* *ante* recipiendum *add.* ad *C* 26 secundum] sed *C* fui] sum *C*

cundum quod uidisti me esse perceptibilem scientiae de uoluntate. ergo doce me **scientiam de creatione**, quantum mihi possibile est scire; et da mihi exemplum, **quomodo creator altus et sanctus creauit esse compositum ex materia et forma**, ut sit mihi hoc auxilium ad erigendum me ad scientiam eius quod est ultra materiam et formam.

M. Non oportet ut hoc quod cucurrit inter nos credas posse sufficere tibi ad habendam scientiam uoluntatis, quia sermo de uoluntate prolixus est, et quia **perfectio sapientiae est scientia de uoluntate**, quia uoluntas est origo formae intelligentiae, quae est sapientia perfecta, quasi scientia agendi et patiendi, quae diffusa sunt in omnibus substantiis. et intelligere **quid** sunt, et **quales** sunt, et **quare** sunt, et cetera quae accidunt eis, non elicitur nisi ex scientia uoluntatis, quia ipsa est agens totum et mouens totum.

D. Ergo **quid consulis quaerere de scientia uoluntatis**, postquam iam noui scientiam materiae et formae?

M. Oportet ut supersedeas ab inquisitione scientiae de uoluntate longo tempore, eo quod omnis scientia non est nisi in illa. unde non oportet tantum intendere in aliquam scientiarum, quantum in scientiam de uoluntate, quia est sublimis et lata et subtilis, et opera eius multa, et actiones diuersae.

D. **Ergo quid opus est speculari in scientia de uoluntate?**

M. Postquam concesseris uoluntatem esse, opus habes scientia de uoluntate ad considerandum essentiam eius et quid est et quousque peruenit, et quae eius actio et eius ab unitate

---

p. 329,10—11 = Falaqera V, §. 64a. p. 329,14—15 = Falaqera V, §. 64b.

---

1 perceptibilem] participabilem *C* 2 creatione] creatore *AC* 3 quomodo] quo *C* 5 mihi] in *M*, *post* auxilium *transp.* *N* 7 oportuit *M* ut] quod *C* concurrit] ea currit *A*, occurrit *N* credas] cui dat *A*, *om.* *M* 8 posse *om.* *C* 8—10 quia sermo . . . uoluntate *om.* *C* 9 prolixius *M* est (*post* sapientiae)] et *N* 10 intellectiuae *C* 11 sapientia] *Falaqera* הצורה *i. e.* forma 13 quid sint *C* sunt (*post* quales *et post* quare) *om.* *C* 16 quod *M* 17 noui iam *C* 18 supersedeas *etc.*] exspectes operam impendas in inquisitionem *uel similia* inquisione *N* 20 in (*ante* illa) *om.* *AN* non *om.* *N* aliqua *N* 21 scientia *MN* 21—26 quia . . . uoluntate *om.* *C* 23 Quid ergo *A* 26 scientiam *A* eius et *om.* *C*

separatio, et quae eius cum ea unitio, et differentia quae est inter eam et materiam et formam, et inductio suarum descriptionum et suarum uiarum et actionum in substantiis spiritualibus et corporalibus, et ad sciendum actiones sapientiae et opera eius et terminos dispositionis et aequalitatem in suis motibus et in suis impressionibus, et ad sciendum quietem sui motus et statum sui cursus et loca suae apparitionis et suae occultationis, et ad sciendum qualiter est forma ab ea, antequam appareat et postea quam appareat, et cetera quae hoc sequuntur, de quibus nos nondum inquisiuimus in hac disputatione. et iam disposui uerba de his omnibus in libro qui tractat de scientia uoluntatis; et hic liber uocatur origo largitatis et causa essendi, et debet legi post hunc; et per illum scies certitudinem creationis de qua interrogasti.

41. Sed nunc assignabo aliquid de hoc secundum quod tu sustinere possis, et secundum quod uideo tibi profuturum. — Dico ergo quod creatio rerum a creatore alto et magno, quae est exitus formae ab origine prima, id est uoluntate, et influxio eius super materiam, est sicut exitus quae emanantis a sua origine et eius effluxio quae sequitur alia post aliam; sed illud est sine intermissione et sine quiete, hoc autem sine motu et sine tempore. — Sigillatio autem formae in materia, quando aduenit ei a uoluntate, est tamquam resultatio formae in speculo quando resultat in eo ex inspectore. ergo secundum hoc exemplum materia recipit for-

p. 330,17 - 331,7 = Falaqera V, §. 64a.

3 uiarum] uirium *C* 4 et (*ante* ad) *om.* *C* 5 terminos et dispositiones *A*, terminorum dispositiones *C* motibus] moribus *C* 6 in suis *om.* *A*, in *om.* *MN* 7 suae apparitionis loca *C* 8 ea *om.* *A* 9 postquam *C* apparet *CN* hoc *om.* *C* sequuntur] fecerunt *M* 10 iam] ideo *A* 12—13 et hic . . . essendi *om.* *C* 12 largitatum *A* 13 causa] eum *M* 15 assigno *C* de hoc *om.* *C* 16 secundum *om.* *C* 19 et *om.* *N* 20 effluxus *N* 21 quiete *om.* *N* 22 hoc autem] *Falaqera* et, *perperam, quantum mihi quidem uidetur* 23 est *ante* quando *transp.* *C* 24 resultatio] sigillatio *A*, resultatio formae in speculo quando *om.* *N* 24 ex inspectore] ex speculatione *C*, exspectore *M*. *Gundissalin. de process. mundi, p. 706 ed. Menendez Pelayo, praebet* ab inspectore (inspectore *cod. Laodun. 412, fol. 19v col. a,* aspectore *cod. Parisin., bibl. nat., lat. 6443, fol. 96v col. b*), *ut infra 331,1 etiam Auencebrolis codices. ad totum locum cf. praeterea Guilelm. Aluern. de uniuerso I, 1, c. 17; p. 612 ed. Aurel. 1674.*

mam a uolunlate, sicut speculum recipit formam ab inspectore, cum tamen materia non recipiat essentiam eius a quo recipit formam. — Et etiam exemplificatur hoc modo, quod sicut sensus recipit formam sensati sine materia — *nam sensus recipit formam sensati non recipiendo materiam eius —, et sicut intelligentia recipit formam intellecti sine materia*: similiter omnis qui agit in aliud non agit in illud nisi per suam formam quam imprimit in illud.

D. Ergo secundum hoc quod dixisti oportet ut genera, species, differentiae, propria, accidentia, et omnino omnes formae quae sustinentur in materia, non sint nisi impressio a sapientia in materiam?

M. Ego etiam hoc saepe tibi dixi.

D. Cur ergo haec impressio est diuersa in materia?

M. Propter elongationem ab origine et propter receptionem, aliquo mediante et sine aliquo mediante.

D. Fac me scire, cur anima priuata est ab his impressionibus sapientiae, et non habet eas nisi studio multo disciplinae et memoria.

M. Debes scire quod anima creata est sciens; unde debet habere in se scientiam quae sit ei propria. sed postquam anima unita est cum substantia et commiscuit se illi, elongata est a receptione illarum impressionum in se, ideo quod cooperuit eam tantum tenebrositatis substantiae quod extinxit lumen eius, et spissata est eius substantia; et facta est ad modum speculi clari, quod cum adiungitur substantiae spissae, obscuratur lu-

---

p. 331,16—332,16 = Falaqera V, § 65.

---

2 cum *om. C* materia *om. A* recipit *C* essentiam] materiam *C* 3 exemplificantur *A*, exemplificant *M* 4—6 nam sensus . . . sine materia] *Falaqera*: כי החוש יקבל צורת המוחש מבלי שיקבל חמרו וכן השכל יקבל צורת המושכל ולא יקבל חמרו: *om. ACMN* 6—7 in aliud *om. C* 7 in illud non agit *C* 8 hoc *om. AMN* 9 *ante* species, differentiae, accidentia *add.* et *C* differentia *ACN* 10 sunt *C* 11 materia *CN* 11 tibi *om. C* 18 Ergo cur *A* hoc *N* diuersa] diuisa *A* materiam *M* 15 aliquo (*ante* et)] alio *M* aliquo (*post* sine)] alio *M*, *om. C* mediante] medio *CN* 17 eas *om. C* 20 sit] fit *N* 23 tenebrositas *N* substantiae] 2^e^ (*i. e.* secundae) *N*

men eius, et crassescit eius substantia. et quia hoc est sicut dixi, formauit deus magnus subtilitate sua substantiam, id est hunc mundum, et disposuit eum secundum hunc pulchrum ordinem, in quo est, et aptauit animae sensus, quibus apprehendat formas et figuras sensibiles, quia quando anima apprehenderit has formas et figuras sensibiles, apprehendit per has formas et figuras intelligibiles, et in ea prodeunt de potentia ad effectum. et propter hoc dicitur quod apprehensio **substantiarum secundarum et accidentium secundorum** non est nisi per scientiam **primarum substantiarum et primorum accidentium.**

D. Ergo ex hoc uidetur quod **scientia sensibilis non agit in animam, nisi memoriam et exitum in effectum.**

M. Certe sic est, quia anima in apprehendendo sensibilia est similis homini uidenti multa, et cum discesserit ab eis, non remanet in eo nisi uisio imaginationis et memoriae.

42. D. Quandoquidem hoc sic est, **quae est utilitas, quam anima consequitur ex ligatione sui cum sensibilibus?**

M. Vtilitas haec est, quod clarificatur anima et exercitatur in illis, et quod est occultum in ea, manifestatur in actu, sicut praedixi; hoc est quia substantias secundas et accidentia secunda cognoscit per scientiam primorum.

D. Redeamus ad dicendum id in quo eramus, scilicet quod **omnes formae, quaecumque subsistunt in materia,**

---

p. 332,17—23 = Falaqera V, §. 66.

---

1 crassescit *N*, clarescit *C* 2 id est] in *M* 3 hunc ordinem pulchrum *C*, pulchrum hunc ordinem *N* 4 quo est] quoque *N* adaptauit *M* apprehendit *CN*, comprehendat *M* 5 quando *om.* *N* apprehenderit] apprehendit *ACN* (*sed* apprehenderit *p. 86,4*) 6 has formas . . . apprehendit *om.* *N* has (*post* per)] hoc *AN* in ea] *cf. Munk l. c. p. 140,3* 8 et] quia *C* dicitur] *cf. II 6, p. 35,22—36,6* 9 secundarum substantiarum *M*, substantiarum suarum *A* 9—10 non est . . . substantiarum] est ex apprehensione substantiarum primarum *A* 12 ex hoc *om.* *N* 13 anima *A* in] ad *M* 14 quia] quod *C* in *om.* *C* apprehendo *N* 15 uidendo *M* discedit *AMN* 17 hoc *om.* *A* est (*post* quae) *om.* *N* 20 haec] hoc *N* quod] quia *M* excitatur *C* 21 in ea occultum *M*, in ea *om.* *N* 23 primorum] priorum *M* 24 id] idem *N* 25 quod] quia *M*

impressiones sunt a sapientia essentiae primae. et quoniam hoc dicimus de forma, quid dicemus de materia?

M. De materia hoc idem dicitur quod de forma, scilicet quod materia est creata ab essentia, et forma est a proprietate essentiae, id est sapientia et unitate, etsi essentia non sit propriata proprietate ab ea extrinseca. — Et haec est differentia inter factorem et factum, quia factor est essentia designata essentialiter, et factum est duae essentiae, quae sunt materia et forma, sicut ostendi cum assignaui, quare essent materia et forma.

D. Manifesta hic etiam illud idem.

M. Essentia prima et sancta, ipsa et eius proprietas unum sunt omnimode, non distinctae. sed materia et forma distinctae sunt, quia sunt principium actionis unitatis, quia hoc est quod primum illam sequitur sine medio. Et considera hoc ex multitudine, quae accidit formae quanto magis substantia elongauerit se ab ordine originis unitatis. — Manifestatio autem huius haec est, scilicet quia materia intelligentiae magis est unita cum forma et maioris simplicitatis quam materia animae, et materia animae plus quam materia naturae, donec peruenitur ad corpus, in quo est multiplicitas et diuersitas maxima, similiter etiam dicendum est de ordinibus corporis, quia corpus caeli unitius et simplicius est quam corpora elementorum, et ex ipsis elementis quod est superius, est unitius et sim-

---

p. 333,3—334,5 = Falaqera V, §. 67.

---

1 primae essentiae *C* 2 de materia dicemus *C* 3 Hoc idem dicitur de materia *C* dicimus *N* 4 creata] causata *C* 6 appropriata *C* 8 essentia designata essentialiter] *Falaqera* עצם אחד, *i. e.* essentia una. *fortasse utroque coniuncto scribendum est* essentia una, designata essentialiter (*sed cf. p. 334,14—15*) 9 ostendi] *cf. p. 300,14 sqq.* 11 etiam hic *C*, etiam *om. N* 12 sancta] scientia *ACN* et (*ante* eius) *om. N* unum] in *C* 13 (*bis*) distinctae] districtae *M* 14 unitatis actionis *C* quia (*ante* hoc)] et *C* 15 primum quod *N* sequetur *M* 16 quanta *N* 17 elongauit *M* se *om. C* 18 haec] hoc *M*, *om. C* intellectiuae *C* est magis *C* 19 materia *om. N* 20 et materia animae *om. N* perueniatur *C*, peruenit *N* 22 est *om. C* quia] quod *N* 23 est et simplicius *C* corpora] corpus *M* 24 et (*ante* ex)] quia *C* quod] quae *A* est (*ante* unitius)] et *C*, *om. N*

plicius inferiore. Et in hoc est signum quod materia uniuersalis et forma uniuersalis sequuntur uniuersitatem consecutione creaturae, et quod materia recipit formam ab unitate, secundum diuersitatem perceptionis in natura, quia unum eorum est sustinens, alterum sustentatum.

D. Iam patet ex praemissis quod materia non habet esse. et creatio est acquisitio essendi. unde sequitur quod materia non sit creata.

M. Materia non fuit absque forma ictu oculi, ut ideo sit non creata et non habeat esse; sed est creata cum forma simul, quia non habuit esse nisi ex forma, id est quia fuit creata cum creatione formae sustentatae in ea sine spatio temporis.

D. Secundum quod dixisti, quia essentia prima sancta est alicuius proprietatis essentialis propter quam distat ab omni re, oportet ut habeat esse ab ea essentia quae sit proprietatis extrariae, quae est materia et forma; et hoc uidetur tamquam necessarium. sed philosophi solent appellare materiam possibilitatem.

M. Non uocauerunt materiam possibilitatem, nisi quia possibile fuit ei recipere formam, id est uestiri lumine eius; et haec necessitas non aduenit nisi quia est infra uoluntatem, et uoluntas supra formam; unde non est mirum.

D. Adde explanationem quod materia sit ab essentia, et forma a proprietate.

---

p. 334,14—23 = Falaqera V, §. 68.

---

1 inferiore] in superiore *M* in *om.* *MN* 2 sequitur *C* 3 creaturae] naturae *AC* quod] quid *C* 3—4 secundum diuersitatem perceptionis] *Munkii* (*l. c. p. 142,2*) *coniecturam* perceptione diuersitatis *non accipio* 5 alteram *N* 6 habeat *C* *post* esse *add.* per se sine forma *A*, *quae uerba cum v. 9 neglegantur, glossema habenda sunt* 7 et] quia *C* 9 oculi *om.* *N* 9—10 non sit *A* 10 creata] causata *N* 14 dixisti] *cf. p. 336,6—10* quia] quod *C* sancta] scientia *AC* 15 propter] per *C* quam *om.* *M* 16—17 proprietatis extraneae *C*, extra rem *A*. *in cod. N exhibetur compendium quod significat* extrariae; *non recte de eo enarrat Munk, l. c. p. 143,3* 17 materia] natura *N* 18 tamquam *om.* *N* 20 Non *om.* *N* 21 fuit ei possibile *M* 22 hoc *N* 23 non *om.* *N* 24 D. *om.* *C*

M. Estne possibile ut uoluntas faciat contra id quod est in essentia?

D. Non est possibile.

M. Ergo oportet ut materia fiat ab essentia, et forma a uoluntate, id est a sapientia.

D. Si materia et forma sunt ab essentia et proprietate; cur dicitur forma aduenire materiae, et unde forma uenit ad materiam?

M. Forma uenit a superiore, et materia eam recipit ab inferiore, quia materia est subiecta, per hoc quod habet esse sub forma, et forma est sustentata super eam.

D. Quae est probatio de hoc?

M. Probatio huius haec est, quia largitor formae est super omnia; unde oportet ut receptrix eius sit infra eam. Et etiam, quia ipse est esse uerum, oportet ut esse fluat ab eo; et esse quo propinquius fuerit origini essendi, erit fortius lumen et stabilius in esse. et in sensu ostenditur hoc, quia substantia est dignior esse quam accidens, et inter accidentia quantitas est dignior esse quam qualitas.

D. Materia est receptrix formae ab essentia prima sine medio, aut cum medio?

M. Immo mediante uoluntate. et ideo dicitur quod materia est sicut cathedra unius, et uoluntas donatrix formae sedet in ea et quiescit super eam. — Et probatio quod uoluntas est aliud a forma, haec est, scilicet necessitas formae qua eget motore et mensuratore et diuisore et ceteris, per quae uoluntas intelligitur, de quibus iam aliquid praediximus.

---

p. 335,9—19 = Falaqera V, §. 69. p. 335,20—27 = Falaqera V, §. 70.

---

1 ut] quod *N* id] illud *C* 2 in] tua *C* 5 a (*ante* sapientia) *om* *AMN* 7 cur] cum *N* et] quia *MN* unde] unum *N* 9 recipit eam *C* 9—10 ab inferiori] a superiore ab inferiori *C* 12 de] super *C* 13 quia] quod *AC* 15 quia] quod *A* ipse *N* eo] esse *C* 17 stabilis *N* quia] quod *CN* 18 esse dignior *MN* 22 Immo mediante] *sic etiam N*, *non* Cum medio mediante (*Munk l. c. p. 144,2*) 23 *post* unius *add.* scilicet dei *A* 24 quiescit *N* Et] Quia *C* 26 hoc *N* 28 qua] quae *AC*, quam *M* et (*ante* mensuratore) *om.* *A* et diuisore *om.* *N* per *om.* *N* 27 praediximus] *cf.* *p.* 323,21 *sqq.*

43. D. In praemissis iam assimilasti creationem emanationi aquae ab origine et resultationi formae in speculo. est adhuc aliud simile?

M. Creatio assimilatur uerbo quod loquitur homo, quia homo cum loquitur uerbum, forma eius et intellectus imprimitur in auditu auditoris et in intellectu eius. et secundum hanc similitudinem dicitur quod creator sublimis et sanctus locutus est uerbum, et intellectus eius impressus est in essentia materiae et materia retinuit eum, scilicet quia forma creata impressa est materiae et depicta est in ea.

D. Declara hanc similitudinem et adapta hanc illi.

M. Vox est similis materiae uniuersali, quia uox est materia uniuersalis sustinens omnes uoces particulares, quibus insunt toni, motus, distantiae; et haec forma manifesta est forma uerbi auditi, et diuiditur in formas particulares quae subsistunt in singulis materiis particularibus — intelligo autem per formas particulares motus, et per materias particulares tonos —; sed forma occulta est intellectus eius quod uerbum significat.

D. Quae est similitudo creationis?

M. Locutio; scilicet cum prolatione uerbi, quando loquitur per illud, habet esse materia, quae sustinet formam uerbi manifestam et formam eius occultam, scilicet intellectum quem significat; et existenti*a* eorum simul.

D. Conueniunt hoc exemplum et exemplatum eius aliquo modo?

---

p. 336,1—19 = Falaqera V, §. 71[a].

---

1 In praemissis] *cf. p. 333,17 sqq.* assimulasti *M* 2 aquae emanationi *A*, emanationi quae *N* est] et *C* 4 assimilatur *M* 5 loquetur *A* uerba *C* eius] est *M* 6 in (*ante* intellectu) *om.* *N* 6 *et* 8 eius *om.* *N* 9 quia] quod *C* 10 est impressa *M* 12 meteriae uniuersalis *AMN* 12—13 quia uox est materia uniuersalis *om.* *M* 13—15 quibus . . . formas particulares *om.* *C* 15 subsistunt] subeunt *C* 17 formam *C* 21 Scilicet locutio *N* cum] est cum *M* probatione *C* loquuntur *M* 23 manifesti *MN* eius] uerbi *C* scilicet] id est *C* quem] uel quod *C*, quae *M* 24 signat *N* existentia *scripsi*: existentiam *ACMN* eorum *N* simul] ſimil' (*i. e.* similis) *M* 25 Conuenit *C* exemplificatum *A*

M. In hoc etiam conueniunt quod unaquaeque earum ad esse suum et existentiam opus habet factore suo.

D. Ex omnibus quae praemisisti iam mihi claruit quod in omnibus quaecunque creata sunt non est nisi materia et forma; et intellexi materiam uniuersalem et formam uniuersalem; et patuit mihi quod motus est uirtus defluens a uoluntate, et quod uoluntas est uirtus diuina omnia penetrans, diffusa in omnibus, sicut diffusio luminis in aëre et animae in corpore et intelligentiae in anima. ergo da mihi consilium, quid deinceps debeam inquirere.

M. Scientiam de materia et forma non debes credere ad omnia posse tibi sufficere, sed sustine, ne properes; et semper stude intelligere essentiam uniuscuiusque, scilicet materiae uniuersalis et formae uniuersalis, exspoliatae ab altera, et qualiter est diuersitas quae accidit in forma, et quomodo est eius effluxio et infusio in materiam absolute, et quomodo transit per omnes substantias secundum ordines earum; et discerne materiam a forma, et formam a uoluntate, et uoluntatem a motu in intelligentia tua discretione certissima; quia quando hoc feceris, extenuabitur anima tua et clarificabitur intellectus tuus, et penetrabit usque in saeculum intelligentiae. et intelliges tunc uniuersalitatem materiae et formae; et materia cum omnibus formis quae sunt in ea fiet tibi tamquam liber propositus co-

---

p. 337,1—2 = Falaqera V, §. 71b. p. 337,3—9 = Falaqera V, §. 72. p. 337,13—338,21 = Falaqera V, §. 73.

---

1 unumquodque eorum *C* 2 esse *om.* *C* et] est *C* *post* existentiam (*i. e.* conseruationem) *add.* suam *C* habet opus *A* 3 claruit mihi *M* 4 in *om.* *M* quaecunque] quae *C* est *om.* *C* 5 et (*ante* forma)] in *N* intellexi] intelli *N* formas *N* 6 et] quia *C* 7 fluens *C*, influens *N*; defluens . . . est uirtus *om.* *M* 9 intelligentia *M*, intellectiuae *C* 12 Scientia *N* 13 tibi posse *N* propes *M* et] sed *C* 15 ab] ad *C* 17 effluxio] influxio *AC* infusio] influxio *C* 18 substantias] formas *M* ordines] omnes *N* eorum *N* discernere *C* 20 in] et *A*, *om.* *CN* intellectiua *C* *ante* discretione *add.* et *A* quia] et *C* haec *N* 21 tuus intellectus *A* 22 in] ad *N* intellectiuae *C* et] quia *C* 23 tunc *om.* *N* materia] materiam *C* 24 fiet] et fiet *A* positus *N*.

ram te, et fies speculator per intelligentiam depictionum eius et percipies figuras eius per intellectum tuum; et tunc sperabis te posse conscendere ad scientiam eius quod est post haec.

D. Et quid est post haec?

M. Causa propter quam est quicquid est. et haec est scientia de saeculo deitatis, quod est totum maximum; et quicquid infra illud est, comparatione eius ualde parum est.

D. Quae est uia perueniendi ad hanc scientiam dignissimam?

M. Perueniendi ad hanc scientiam duo sunt modi. unus est per scientiam de uoluntate secundum quod infusa est in totam materiam et formam; et secundus per scientiam de uoluntate comprehendentem materiam et formam, quae est uirtus altissima, secundum quod cum nihilo materiae et formae est commixta. — Sed ascendere ad scientiam huius uirtutis, secundum quod non est permixta materiae et formae, poteris per suspensionem animi in uirtute, secundum quod est permixta materiae et formae, et per eleuationem tui per hanc uirtutem gradatim, usque quo peruenias ad principium eius et originem.

D. Quis est fructus quem consequemur ex hoc studio?

M. Euasio mortis et applicatio ad originem uitae.

D. Quid erit auxilium consequendi hanc spem nobilem?

M. Sequestrari prius a sensibilibus et mente infundi intelligibilibus et suspendi totum a datore bonitatis; cumque hoc feceris, respiciet te et largus erit tibi, sicut conuenit illi. Amen.

---

p. 336,22—27 = Falaqera V, §. 74.

---

1 intelligentiam] intellectum *A*, intellectiuam *C* 3 posse *om.* *M* contendere *C*, ascendere *M* 4 est *om.* *N* 5 quam] quid *C* quicquid] quod *C* 6 quod] et *N* 7 paruum *A* 8 dignissimam] altissimam *A* 11 secundus *C* infusum *C* 11—12 tota materia et forma *M* 12 et (*ante* secundus) *om.* *CM* secundus] sensus *N*, secundus est *A* 13 comprehendente *N*, apprehendere *A* 14 secundum quod] quae *A* 17 animi] eorum *C* uirtutem *C* est *om.* *N* 18 per (*ante* hanc)] ad *AC* 19 usque quo] usquoque *AN* et originem eius *A* 20 consequuntur *M* 23 spem] speciem *N* 25 ad datorem *A* 26 cumque] cum *A* respicies *N* 27 Amen *hic om.* *AC*; *habet etiam Falaqera*

Finitus est tractatus quintus, qui est de materia uniuersali et forma uniuersali, et ex eius consummatione consummatus est totus liber cum auxilio dei et eius misericordia.

EXPLICIT AVENCEBROL

Libro perscripto sit laus et gloria Christo,
Per quem finitur quod ad eius nomen initur.
Transtulit Hispanis interpres lingua Iohannis
Hunc ex Arabico, non absque iuuante Domingo.

---

1 qui *om. N* 1 *et* 2 uniuersali] *sic etiam M, non* uniuersi, *id quod Molinier, Catalogue des Manuscrits de la bibliothèque Mazarine, T. III, Paris 1890, p. 36, ex eo affert* 2 consumatione *CM* consumatus *M*, *om. N* est *om. C* 4 EXPLICIT AVENCEBROL] Amen *A*, Amen Explicit *C* Auencebrol *M*, Explicit *N* 5–8 Libro . . . Domingo] *haec tantum in M exhibentur: om. ACN* 8 Hunc *scripsi*: Tunc *M*

APPENDIX.

EPITOME CAMPILILIENSIS.

it Auicebrol, qui alio nomine dicitur auctor Fontis uitae.

Iste liber diuiditur in quinque partes. In prima determinat de his p. 1
debent praeponi ad assignationem materiae et formae uniuersalis et ad
ationem materiae et formae in substantiis compositis; in secunda
bstantia sustinente corporeitatem mundi; in tertia de assecueratione
intiarum simplicium; in quarta de scientia intelligendi materiam et
m in substantiis simplicibus: in quinta de[1] materia uniuersali et
uniuersali.

Et est modus procedendi per totam scientiam, quod discipulus quaerit
et magister soluit post. Dicit ergo discipulo suo magister[2]:

Tractatus primus[3].

Postquam ex bonitate naturae et studio scientiae iam profectus tantus p. 2
uenit, incipe interrogare, quod potius tibi uisum est de interrogationibus.

Quaerit[4] ergo discipulus: Quid est quod debet homo inquirere in p. 3
ita?

Magister respondet: Scientiam, cum sit perfectio nobilioris partis homi- p. 4
et etiam ut sciat se ipsum et alia quae sunt praeter ipsum, quia eius
tia omnia apprehendit et pene'rat, et uirtuti eius subiciuntur omnia; et
iam causae finalis, propter quam[5] conditus fuit, quare consequitur

[1] de *om. cod.* [2] M. *cod.* [3] *inscriptionem hic et in ceteris tractatibus*
li; om. cod. [4] *ante* Quaerit *add.* D. [5] quem

felicitatem. Qui finis est uoluntas, i. e. uirtus diuina adinueniens omnia
et mouens omnia, quia motus quo omnia fiunt alligatus est uoluntati; unde
motus omnium est ex motu eius, ut quies omnium ex quiete eius. Et
causa finalis hominis est applicatio animae eius cum mundo altiore, ut qui-
libet redeat ad suum simile; quod fit per scientiam et operationem.
Scientia enim ducit ad opus, et opus separat animam a suis contrariis; et
p. 5 reducunt eam ad suam naturam. Quod causa generationis hominis sit
scientia, patet, quia perfectio animae est scientia, imperfectio est ignorantia.

p. 6 D. Quae est scientia, propter quam creatus est homo?

M. Scientia omnium secundum quod sunt, et maxime scientia de es-
sentia prima quae sustinet eum et mouet eum[1]; quam[2] possibile est sciri per
operationes suas, non autem secundum essentiam suam propriam, quia est
super omnia et infinita est.

D. Quomodo ergo homo scit intelligentiam quae est supra se?

p. 7 M. Quia intelligentia similis est animae, et contingunt se: essentia
autem prima[3] non est similis animae nec habet aliquam conuenientiam cum
ea, quia non coniungitur alicui compositorum uel simplicium, et proportio
simplicis ad illam in possibilitate[4] sciendi eam talis est qualis proportio
compositi ad simplex in possibilitate sciendi illud.

D. Quomodo ergo sciemus utrum essentia est?

M. Considerando essentiam uniuersalem et passiones quae possunt
esse in illa; deinde de motu et uoluntate retinente et sustinente essentiam
omnium. Quae est multiplex, scilicet materia uniuersalis et forma uniuersalis; in
quibus conueniunt omnia quae sunt, quae sunt radix omnium. et in quae omnia
p. 8 resoluuntur, quia materia prima[5] simplicior est omni[6] materia, et forma prima
similiter omni[7] forma et coniungit omnes alias formas.

D. Resolutio omnium in haec estne actu uel opinione?

p. 9 M. Opinione. — Quod una sit materia, alia forma, patet, quia cum
sint duae radices, necesse est quod una sustentet, alia sustentetur. Et haec
duo sunt utilia ad scientiam uoluntatis et essentiae primae

D. Estne alia scientia praeter scientiam materiae et formae et scien-
tiam essentiae primae?

M. Partes omnis scientiae tres sunt: Scientia de materia et forma, et
scientia de uoluntate, et scientia de essentia prima; et non sunt plures scien-
tiae quam tres, quia in esse non sunt nisi tria haec, scilicet materia et forma
p. 10 et essentia prima et uoluntas, quae est media extremorum. Et non sunt
nisi haec tria, quia omni causato opus est causa sua, quae est prima essen-
tia; causatum est materia et forma; medium est uoluntas.

---

[1] eam [2] quae [3] propria [4] possibilitatem [5] prima] prima omnium
[6] et [7] omnium

D. Da exemplum ligationis[1] horum inter se et aliorum cum aliis et ordinationis aliorum ex aliis.

M. Exemplum materiae et formae est sicut corpus[2] et eius forma; formam autem intellige compositionem membrorum eius. Exemplum uoluntatis est anima; exemplum essentiae primae intelligentia. — Et secundum disciplinam scientia materiae et formae praecedet scientias aliorum duorum; sed secundum esse est e contrario. Et non sunt aliae scientiae praeter istas tres radices; sed rami sapientiae siue scientiae multi sunt. — Item, materia et forma sunt rami uoluntatis. — Item, substantia diuiditur in substantiam p. 22 corpoream compositam et substantiam spiritualem simplicem. — Item, substantiae corporeae alia est materia corporea sustinens formam qualitatum[3], et alia materia spiritualis quae sustinet formam corporalem. Et secundum hoc diuiduntur quinque tractatus huius libri.

Item, duobus modis potest sciri esse materiae uniuersalis et formae p. 23 uniuersalis. Vnus est uniuersalis, communis; alius[4] particularis et proprius, quia omnis res non scitur nisi per proprietates inseparabiles ab ea; et quando scietur quod sunt ipsae proprietates et quid sunt, scietur tunc res esse cuius sunt proprietates. Verbi gratia, si una est materia uniuersalis omnium, has proprietates adhaerent ei, scilicet[5] quod sit per se ens, unius essentiae, sustinens diuersitatem, dans omnibus essentiam suam et nomen. — Quod sint proprietates materiae communis, patet. Quod sit esse primo, quia quod non est, ei quod est, materia esse non potest; dicitur per se existens, ne procedatur in infinitum; unius essentiae, quia non quaesiuimus nisi unam materiam omnium; sustinens diuersitatem, quia diuer- p. 24 sitas non est nisi ex formis, quae non existunt per se; dans omnibus essentiam et nomen, quia cum sustineat omnia, necesse est ut sit in omnibus; et si sic, oportet ut det essentiam suam et nomen omnibus. Et in quocumque inueneris has proprietates, in omnibus et inuenisti iam materiam primam. Et hoc inuenies resolutione intelligibili, in quolibet abstrahendo quamlibet formarum eius quod est ab altera; et ibis a manifesto ad occultum, donec uenias ad formam post quam non est alia forma; et haec forma praecedit omnes formas eius quod sustinet eam, uerbi gratia in caelo, de cuius formis quae primo occurrit color est, deinde figura, tertio corporeitas, deinde substantialitas, deinde cetera, scilicet intellectus spiritualis, donec peruenias ad intellectum rei creatae, unius, per se existentis, sustinentis has formas omnes; et tunc inuenies illam descriptam proprietatibus praedictis, et illa est finis occultus post quem non est finis nisi unus[6], scilicet factor cuius excelsum nomen est. Deinde regredere a fine occulto ad manifestum et a[7]

[1] ligationis om. [2] corus [3] qualitatem [4] alicuius [5] secundum [6] unius [7] a om.

p. 15 manifesto ad manifestiorem, donec redeas ad terminum unde introisti; et inuenies proprietates ipsius finis occulti comitantes te. Et reuertes tunc de occulto, i. e. uniuersali, ad manifestum, i. e. singulare quod non diuiditur; in quo est materia uniuersalis sustinens omnia et esse aliud ab illis, quia cum illud indiuiduum sit ens et habens praedictas proprietates non[1] nisi propter hoc, quia prima materia est in illo: essentia[2] primae materiae[3] non est aliud ab essentia eorum quae facta sunt, sed ea quae facta sunt, sunt aliud a materia per formas quae adueniunt ei. Vnde diuersitas per manifesta non est nisi per formas manifestas; similiter diuersitas quae est[4] inter occulta non est nisi per formas occultas. Sed essentia occulta suscipiens formas est materia prima uniuersalis una; ut patet: si resoluantur plura
p. 16 monilia aurea, inuenietur materia una, licet habeant diuersas formas. — Similiter si inueneris has proprietates in alia re, scilicet subsistere in alio et perficere illud et dare esse ei, inuenies formam uniuersalem; sustineri[5] enim conuenit formae, et non sustinere, quia iam esset materia; et quamuis materia habet esse potentiale ante aduentum formae, forma[6] dat ei esse in effectu.

p. 17 Viso esse materiae[7] et formae uniuersalis secundum modum communem, primum, uidendum est de esse eorum secundum modum proprium, qui est secundus modus. Omnia enim sensibilia naturalia perticularia[8] constant ex materia et forma particulari[9], ut animalia, uegetabilia, inanimata; et similiter[10] particularia artificialia[11], ut statua et lectus[12], et similiter uniuersalia naturalia, ut quatuor elementa. Vna forma horum non est alia; et ideo necesse est, quod sit una forma communis eis, quia formae accidentales non existunt per se. Talem ergo comparationem[13] habent ad sustinentem se qualem habent formae particulares ad sustinentes se, ut humores in anima-
p. 18 libus[14] et elementa in uegetabilibus et lapidibus, et resoluuntur in ea[15]. Sic formae uniuersales resoluuntur in sua subiecta, et iudicium istorum est unum[16]. — Quod etiam patet per contrarietatem, quia qualitates non diligunt commixtionem; unde necesse est ut sit aliquid aliud coniungens eas et tenens
p. 19 in loco suo, quod est forma communis. — Praeterea, elementa quatuor sunt diuersa in qualitatibus, sunt tamen similia in corporeitate; ergo corpus debet esse subiectum illis. Quid autem sit hoc corpus, dicetur post, quia comparatio subiecti ad corpus sustinens formas elementorum talis est qualis est huius corporis adhas formas. — Et sic manifestabitur tibi per hanc considerationem, quid est post substantiam subiectam corpori de ceteris substantiis,

---

[1] non] et non [2] et essentia [3] prima materia [4] est *om.* [5] similiter [6] forma autem [7] materia [8] naturalia uniuersalia particularia [9] particularia [10] simpliciter [11] particularia ut artificialia [12] lectum [13] opinionem [14] ulceribus [15] *cf. p. 17, 26—30* [16] *cf. p. 18, 7*

quae subiciuntur sibi ipsis et subsistunt aliae in aliis, donec uenias ad primum subiectum quod est materia uniuersalis; et tunc cognosces comparationes quae sunt inter ista subiecta et substantias medias inter summum occultum quod est materia prima et summum manifestum quod est formae sensibiles.

Est ergo unum corpus illud, in quo communicant quatuor elementa, subiectum formis quatuor. Sunt ergo formae istae uniuersales in elementis, ut formae particulares ad ea quae generantur ex eis; et similiter corpus quod p. 20
subiectum est his formis uniuersalibus, erit sicut elementa subiecta formis particularibus.

Ex dictis patet quod sunt quatuor modi materiae et quatuor formae, p. 21
scilicet materia particularis artificialis, materia particularis naturalis[1], materia uniuersalis[2] naturalis recipiens generationem et corruptionem, materia caelestis; et in qualibet harum materiarum est sua[3] forma. Et licet isti modi materiarum et formarum sint diuersi, conueniunt tamen in[4] intellectu materiae et formae. Vnde sunt una forma specie omnes[5] formae; sunt autem p. 22
multae in indiuiduis.

Ergo in sensibilibus est materia uniuersalis, i. e. corpus, et forma uniuersalis, scilicet omnia quae sunt in corpore.

Post hoc ergo considerandum est in hoc secundo tractatu, quid est quod sequitur post hoc corpus sensibile, scilicet substantia quae sustinet quantitatem; et hoc est primum considerandum de substantiis intelligibilibus.

Tractatus secundus.

D. Iam promisisti quod in hoc secundo tractatu[6] loquereris de materia p. 23
corporali, i. e. substantia quae sequitur post haec sensibilia; explana ergo.

M. Inquisitio huius materiae est per considerationem materiarum praedictarum. Postquam mundus est essentia corporalis, sicut corpus est essentia figurata et colorata et omnino formata suis formis praedictis: necesse est per hoc quod corpus sit materia formarum, quae sunt in eo, scilicet figurae, colores et alia accidentia, et haec sint ei formae; similiter necesse est hic esse[7] aliquid quod sit materia corporeitatis[8], et quod corporeitas sit sibi forma; erit ergo consideratio corporeitatis ad materiam quae[9] sustinet eam qualis fuit consideratio formae uniuersalis, scilicet figurae, coloris etc., ad corporeitatem quae sustinet eam. Ergo debet hic materia p. 24
esse non sensibilis, quae[10] sustinet materiam[11] corporis. — Et ad inueniendam scientiam formarum et materiarum dabo tibi regulam generalem.

---

[1] uel [2] ut [3] sita; *sed cf. p. 21,23* [4] in *om.* [5] omnis [6] tractatu *om.* [7] e [8] incorporeitatis [9] qua [10] qua [11] *l.* formam; *cf. p. 24,1*

Imagina enim eorum quae sunt per ordinem alia sustinere alia [1], alia sustineri ab aliis; et pone ex eis duo extrema, unum superius, aliud inferius. Quod ex illis est superius continens totum, ut materia uniuersalis, est materia sustinens tantum; quod autem inferius, ut forma sensibilis, erit [2] forma sustentata tantum; ex his quae sunt in medio quod fuerit altius et subtilius, erit materia inferiori et spissiori [3], et inferius et spissius erit forma illi. Et secundum hoc corporeitas mundi, quae est materia manifesta [4] sustinens formam quae est in illa, debet esse forma sustentata in materia occulta de qua tractamus. Et secundum hoc erit haec materia forma ad id quod sequitur, donec ueniemus ad materiam primam quae continet omnia.

Quod materia sustinens corporeitatem mundi sit [5], patet per nomen generis [6]; quia qui dicit corpus, dicit formam et formatum, ut cum aliquis dicit
p. 25 corpus longum latum et profundum, dicit rem esse huiusmodi. — Si quaeratur: color et figura separantur [7] a corpore, et non longum, latum, profundum, solutio: colorem et figuram simpliciter [8] remoueri a corpore est impossibile, sed proprium colorem est possibile [9], quia cum unus remouetur, alius succedit.

p. 26 Materia ergo particularis naturalis subsistit in materia uniuersali naturali, et materia naturalis uniuersalis subsistit in materia uniuersali caelesti, et materia caelestis uniuersalis in materia uniuersali corporali, et materia uniuersalis corporalis subsistit in materia uniuersali spirituali [10]; et ex hoc sequitur quod caelum cum omni eo quod in eo est subsistat in substantia
p. 27 spirituali, et sustinet illud substantia spiritualis. Et ordinantur et diuiduntur quinque formas una ab alia, sicut quinque materiae, quia [11] formae particulares naturales subsistunt in forma uniuersali naturali, et forma uniuersalis naturalis in forma uniuersali caelesti, et forma uniuersalis caelestis in forma uniuersali corporali, et forma uniuersalis corporalis in forma uniuersali spirituali. — Incipiendo ab intelligibili materia uniuersalis spiritualis sustinet materiam corporalem, et materia corporalis sustinet caelestem, et materia caelestis materiam [12] naturalem uniuersalem, et materia naturalis uniuersalis sustinet materiam naturalem particularem. Similiter dicendum est de formis.

Vnde sequitur ex his quod materia quae sustinet quantitatem et cetera sensibilia est una, quia omnia sensibilia resoluuntur in illam, quia sensibilia sunt accidentia, et intellectus separat illa a substantia et resoluit in illam.
p. 28 Sicut sensus, quando uident diuersitatem sensibilium, etsi sint res compositae sensibiles, indicant [13] tamen quod quaelibet illarum non est alia: similiter intelligentia, quando apprehendit discretionem intelligibilium, etsi sint res

---

[1] alta [2] et erit [3] spissieris [4] manifestata [5] sic [6] *l.* corporis; *cf. p.* 24,16 [7] superantur [8] similiter [9] impossibile [10] supernaturali [11] quae [12] materia [13] indicant (idicāt)

compositae in esse, indicant tamen quod quaelibet illarum non est alia. Et ideo sensibilia separantur a substantia et resoluuntur in illa, quia intelligentia separat inter illa[1] et illam, etsi sint simul in esse; et ideo res intelligibiles necesse est esse separatas in suo esse, etsi sint iunctae et compositae, quia intelligentia indicauit separationem earum. Vnde intelligibilia sunt discreta quantum ad intellectum, sicut sensibilia separata quantum ad sensum.

Vnde haec regula ad sciendum separationem in omnibus rebus intelligibilibus, in quibus est difficile, quia ipsae sunt iunctae et continuae in esse suo; quia si substantia intelligentiae cognoscit se ipsam, necesse est ut forma p. 29
ueritatis subsistat in se ipsa; ideo intelligentia cognoscit hanc formam et non dubitat de illa. Quare substantia animae[2] cognoscit formam ueritas aliquando, quia proxima est intelligentiae; sed anima animalis non cognoscit hanc formam cognitione completa, sed existimat eam, quia natura eius longe est a natura intelligentiae; et ipsa est similis uisui qui distat a sensibili, qui uisus non comprehendit illud, quando intercedit[3] aliquantulum impedimentum. Vnde intelligentia apprehendit formas rerum secundum uirtutem; deinde anima aliquando; sed anima animalis nunquam. Sed intelligentia non apprehendit, quod est supra se, nisi secundum quod est fixa in illo et stans per illud; et hoc est apprehensio causae a causato. Inferiora uero sibi apprehendit ut causa causatum, et est supra illa[4]; et formae inferiores omnes sunt in illa secundum uirtutem. Item, quicquid p. 30
est[5] subtilioris essentiae et clarioris substantiae, citius et uerius percipit et apprehendit; sed intelligentia[6] respectu omnium quae sunt sub ea est subtilior et clarior; ergo est apprehensibilior; et quia intelligentia est receptibilis formarum omnium rerum, et etiam diuersarum, et omne quod est unius formae in actu, non est receptibile formarum diuersarum in actu: sequitur quod intelligentia non est unius formae tantum in actu. Vnde intelligentiae non est p. 31
appropriata una forma in se, nec habet propriam formam in se, sed comprehendit formas in se omnium; formae igitur omnium sunt sibi formae. — Et postquam formae omnium rerum sunt formae essentiae intelligentiae, et distinctae sunt apud intelligentiam, ex hoc sequitur quod sint distinctae in semet ipsis. Praeterea[7] oportet quod essentia intelligentiae sciat distinctiones formarum in semet ipsis; unde etiam esse intelligentiae est quod sit sciens sui ipsius cum certitudine omnis rei scitae. — Et similiter dicendum p. 32
de sensu, quia cum sensibilia imprimunt aliquid in sensitiuo, tunc fit sensio; et postquam[8] forma impressionis fit secundum formam rei sensae in se, necesse est ut forma impressionis sentientis[9] per sensatum sit secundum formam sensati in se; et quando[10] forma sentientis per sensatum fuerit secun

---

[1] illam [2] *i. e. anima rationalis* [3] intendit [4] illas [5] est *om.*
[6] in illa [7] P [8] post [9] sentientes [10] et quando *om.*; *cf. p. 32,8*

dum formam sensati in se, et forma sensionis est impressio sentientis per formam sensatam: sequitur ut forma sensionis sit secundum formam sensati in se, sicut est in intelligentia [1], quia intelligentia scit per se certitudinem omnis rei scitae. Vnde scit rem scitam per scientiam aequalem suae certitudini in se ipsa, et scit separationem formarum omnium rerum; sequitur, quod intelligentia sciat formas rerum per scientiam aequalem certitudini suae separationis in semet ipsis. — Vnde oportet quod omnes res, quas apprehendit sensus et intelligentia de formis eorum quae sunt, sint separatae in semet ipsis,
p. 23 quia sunt separatae in sensu et intelligentia, licet non sint separatae in esse, quia omnia quae sunt unita sunt et coniuncta.

Intelligendum est exemplum diuisionis substantiarum et accidentium intelligibilium et diuersitatis [2] in semet et apud intelligentiam, licet sint [3] unita in esse, ut color, figura, corpus, quia quodlibet istorum diuersum est ab alio, etsi sint coniuncta in esse. Similiter dicendum est de substantia et quantitate quam sustinet, quia quantitas diuersa est a substantia sustinente eam et in se et apud intelligentiam, licet sint unita in esse; et unio quantitatis cum substantia est [4] sicut unio coloris et figurae cum quantitate, licet sint separata a substantia in se et in intelligentia, ut separatio coloris et figurae a quantitate in se et in sensu, licet non sint ita in esse. Et sic separatio intelligibilium similis est separationi sensibilium, ut coloris et figurae et quantitatis a substantia, quia substantiae intelligibiles susten-
p. 24 tantur [5] una in alia, et color et figura in quantitate, et quantitas in substantia, et omnes formae in prima materia.

Et illa prima materia est quasi liber depictus et uolumen lineatum, et
p. 25 sustinet omnia sensibilia, et ab ea oriuntur et in eam [6] resoluuntur; et sustinet nouem praedicamenta, et nouem praedicamenta sunt forma uniuersalis subsistens in ea. Et haec materia est magnae nobilitatis et altae, et sustinet omnes formas mundi quas sensus attingunt. Et ipsa est terminus distinguens inter sensibilia et intelligibilia, quia est finis esse ex parte inferiorum et principium ex parte superiorum; unde ipsa est clauis speculandi remota a sensu, et sequitur sensibilia per ordinem; et ipsa formata nouem praedicamentis est exemplum rerum intelligibilium. — Quia anima priuata est scientia secundorum accidentium et secundarum [7] substantiarum, ex quo ligata est cum corpore, sed postea recuperat eam, quando attingit prima accidentia et primas substantias et meditatur in illis et intelligit: manifestum
p. 26 est quod non propter aliud proponuntur ei accidentia prima et substantiae primae, hoc est saeculum [8] naturae, et aptantur ei sensus ut per eos attin-

---

[1] *ante* sicut est in intelligentia *add.* sicut est uisu (*l.* in uisu), *quibus uerbis glossema contineri puto* [2] diuersitatem; *cf. p. 33,10* [3] sit [4] est *om.* [5] sustentatur [6] ea [7] aliarum [8] secundum

gat accidentia prima et substantias primas, nisi[1] ut per illas apprehendat post accidentia secunda et substantias secundas. Vnde cum homo a principio natiuitatis suae apprehenderit sensibilia in hoc saeculo, augetur per hoc eius intelligentia[2] et exit de potentia ad actum[3], quia formae sensibilium sigillantur in instrumentis, quia sunt similes illis; et post eaedem formae sigillantur in imaginatione subtilius et simplicius; et post in essentia animae subtilius iterum. Et ideo comparatio formarum sensibilium ad animam talis est, qualis comparatio libri ad legentem, quia quando uisus uidet figuras libri, recordatur anima intentionum figurarum.

Ad hoc, quod iudicamus quod materia prima formata nouem praedicamentis sit exemplum intelligibilium, per quod deuenimus in ea, ponamus illud quod est in extremo inferiori, quia inferius est exemplum superioris, p. 37 quia uenit ex illo; et cum hoc fiet, tunc erit scientia occulti per manifestum. Et de hoc ponamus exemplum uniuersale, scilicet substantiam quae sustinet nouem praedicamenta. Cum ergo uoluerimus ire ad supremum finem, scilicet ad materiam uniuersalem quae sustinet omnia et formam uniuersalem quae sustinetur in illa, quae sunt finis esse ex parte inferiorum et principium ex parte adinuentoris eorum[4], cuius excelsum[5] nomen, inspiciamus exemplum inferius, scilicet substantiam quae sustinet nouem praedicamenta, et[6] inueniemus eam conferibilem ei et exemplum eius. Similiter inueniemus formam quantitatis sustentatam in hac infima substantia exemplar formae uniuersalis, i. e. formae intelligentiae, quae sustinetur in materia prima uniuersali, tamquam si supremus finis sit corpus solis et infimus radius eius diffusus super sphaeram terrae.

Et est simillitudo inter haec extrema, quia proprietates materiae uni- p. 38 uersalis inueniuntur in materia inferiori, scilicet quod sit existens per se, una[7], sustinens diuersitatem, et alias[8] proprietates quas habet. Similitudo duarum formarum est similitudo duarum materiarum, quia sicut prima forma, quando coniungitur primae materiae, constituit speciem intelligentiae et eam ducit ad esse: similiter forma quantitatis, cum coniungitur inferiori materiae, constituit speciem corporis et eam ducit ad esse; ergo forma quantitatis est similis formae intelligentiae. Et sicut forma intelligentiae est propinquior primae materiae inter omnes formas, sic forma quantitatis est propinquior materiae inferiori inter omnes formas. Et sicut forma intelligentiae[9] non separatur a materia superiori, sic nec forma quantitatis a materia inferiori. Et sicut forma intelligentiae penetrat totam essentiam

---

[1] nisi *om.* [2] intelligibilia [3] actus [4] *uerba* quae sunt finis esse ex parte inferiorum et principium ex parte adinuentoris eorum *om.*; *addidi ex p. 37,18—19* [5] excessum [6] et *om.* [7] una] in materia [8] alia [9] *uerba* est propinquior materiae inferiori . . . intelligentiae *addidi ex p. 38,18—19*

materiae altioris, sic forma quantitatis diffusa est per totam essentiam ma-
teriae inferioris. Et sicut forma intelligentiae uestit et circumdat materiam
altiorem, similiter forma quantitatis uestit et circumdat materiam inferiorem.
Et sicut forma intelligentiae sustinet omnes formas, et omnes sustinentur in
illa, sic forma quantitatis sustinet omnes formas corporis et eius accidentia,
et habent esse in illa. Et sicut figura est finis formae quantitatis et cir-
cumdans eam terminus, similiter scientia est finis formae intelligentiae et
p. 39 terminus, circumdans eam; et scientia intelligentiae non est figura, nisi[1]
propter hoc quia est finis circumdans eam et est similis figurae circumdanti
corpus; et sicut corpus cum iungitur[2] corpori, non iungitur ei[3] nisi per figu-
ram suam, similiter intelligentia cum coniungitur figurae[4], non ei coniungi-
tur nisi per suam scientiam. Et sicut forma quantitatis resoluitur[5] in
punctum et unitatem, similiter forma intelligentiae resoluitur in materiam
et unitatem. Et sicut cum intelligentia inspexerit in formam quantitatis,
inueniet eam altiorem omnibus formis et propinquiorem substantiae, et in-
ueniet alia accidentia et formas inferiores ea, sic forma intelligentiae cum
inspexerit se ipsam, inueniet se altiorem omnibus formis et propinquiorem
materiae primae, et alias formas infra se. Et sicut sunt quaedam formae
affixae materiae[6], non separabiles ab ea, ut formae[7] intelligentiae et sim-
plices substantiae[8], et sunt aliae quae non sunt affixae, ut formae elemen-
torum et elementatorum, similiter ex formis corporis quaedam non sunt
affixae, ut color et figura propria et similia accidentia, aliae sunt affixae,
ut forma quantitatis. Et sicut formae[9] materiae sunt obuiantes intelligen-
tiae, sic formae substantiae sunt obuiantes sensui; et sic se habent quae-
cumque sunt sibi similia inter duo extrema.

Patet ergo quod substantia quae sustinet nouem praedicamenta cum
p. 40 omnibus formis quae in ea sunt, est exemplum ad illud quod est occultum
et quod ipsa est prima substantiarum intelligibilium; ipsa enim est intelli-
gibilis tantum, et non sensibilis, et scientia eius praecedit scientias omnium
substantiarum intelligibilium.

Et tamen non[10] est tantae nobilitatis, quantae sunt aliae substantiae
intelligibiles, quia est inferior eis, et quia ipsa patitur, et aliae agunt. Quod
patet, quia omne agens praeter primum indiget subiecto receptibili suae
actionis; sed infra illam substantiam non est subiectum receptibile suae
actionis, quia ipsum est ultimum ad alias substantias intelligibiles. Et etiam
quantitas circumdans eam uetat eam[11] agere. Quod quantitas eam prohi-
p. 41 bet[12], patet, quia comprehendit eam et iungitur in ea. Ac per hoc est si-

---

[1] nec [2] cum iungitur] coniungitur [3] ei *om.* [4] *l.* intelligentiae *cf. p.* 39,5 [5] resoluuntur [6] materiae *om.* [7] forma [8] *sic! cf. ad p.* 39,15 [9] forma [10] non *om.* [11] ea [12] prohibetur

milis flammeo ignis, quae obscuratur propter humiditatem illi commixtam, et aufert ei leuitatem motus; et sicut[1] aër nubilus, qui prohibetur penetrari lumine; et ideo passio huius substantiae fit manifesta. Cum[2] autem complexio fuerit subtilis et parata ad accipiendum[3], ut penetrare possint actiones intelligibilium substantiarum[4] in ea, tunc apparebit actio substantiarum spiritualium in corpore, quia penetrant et irrumpunt illud, ut sol penetrat aliquod obstaculum et pertransit. — Non solum autem quantitas prohibet eam ab agendo, sed etiam essentia eius prohibita est a motu, quia distat multum a radice motus; et quia non defluxit ad eam de uirtute agentis et mouentis omnia, unde ipsa fieret mouens et[5] agens; et ideo est quieta non mouens, et mouetur in se, i. e. patitur. — Quod iterum quantitas impediat motum, sic patet, quia quanto plus crescit quantitas[6] alicuius, tanto difficilius mouetur. — Vnde caelum et similia, nisi esset uis spiritualis agens, p. 42 penetrans per haec corpora, nec mouerentur nec agerent; cuius signum est, quia aliquid corporum est quietum et immobile. — Item, si primum est factor non factum, et mouens non motum: ultimum sibi rerum oppositum erit factum non factor, motum non motor.

Et illa substantia aliquando m a t e r i a, aliquando s u b s t a n t i a nominatur[7]; inter quae talis est differentia quod nomen substantiae[8] illi materiae conuenit, quae iam aliquam[9] formam recepit[10] et per[11] ipsam formam facta est substantia prima[12]; nomen uero materiae conuenit illi soli quod paratum est recipere aliquam formam quam nondum[13] recepit[14]. Et nomen conuenien- p. 43 tius sustinenti formam mundi est materia uel hyle, quod nos non consideramus illam nisi[15] exspoliatam forma mundi quae sustinetur in illa; parata est tamen recipere formam mundi.

Illa uero materia est res subiecta sustinens formam quantitatis, cuius natura uenit ex alia[16] substantia altiore, scilicet ex substantia naturae, et essentia illius substantiae uenit ex essentia naturae; aut potest dici quod est gradus inferior naturae aut ex suis uiribus uis inferior. Quod patet sic, quia omne quod fit ab aliquo, necesse est quod inter ea sit aliqua conuenientia; si ergo substantia fit ex natura, inter ea conuenientia erit[17]. Sup- p. 44 posito ergo quod substantia naturae faciat accidentia rerum sensibilium et fundat ea in substantia, quia hoc postea probabitur, arguatur ergo sic. Omne quod sigillat et depingit aliquod signum in aliqua re, ipsum signum habet esse in se aliquo modo: sed natura sigillat et depingit[18] figuras et signa in substantia[19]; ergo haec sunt in natura[20] aliquo[21] modo. Item, si aliquid re-

---

[1] sic [2] quas [3] patiendum [4] suarum [5] et om. [6] qualitas [7] nominatur *addidi* [8] sic [9] anima [10] recipit [11] per om. [12] *legendum* propria; *cf. ad p. 42,24* [13] nunquam [14] recipit [15] alta [16] non [17] erit *addidi* [18] uerba aliquod signum . . . natura sigillat et depingit *addidi ex p. 44,9—11* [19] in substantia] se in ea; *sed cf. p. 44,11* [20] materia [21] alio

cipit signum ab aliquo, inter ea est conuenientia; sed substantia recipit a natura figuras et depictiones; ergo inter ea est conuenientia; et si hoc, ergo essentia substantiae est de essentia naturae.

p. 45 Visa hac substantia quae sustinet nouem praedicamenta, uidendum est de forma eius quae sustinet nouem praedicamenta, quae sunt depictiones et lineamenta eius; quae non habet de se qualitatem aliquam, quia omnes qualitates continentur in nouem praedicamentis quae sunt in illa. Si tamen dicatur quod simplicitas substantiae et sustentatio accidentium sit eius forma, non multum distat a uero, quia licet dixerimus ipsam nudam ab accidentibus, tamen non potest esse quin habeat aliquam formam praeter accidentia, quae appropietur[1] ei, et per quam differat ab eis.

p. 46 Sciendum tamen est quod uoluntas mouet omnem formam subsistentem[2] in materia et educit eam usque ad ultimum finem materiae; et uoluntas penetrat totum et continet totum, et forma oboedit illi; et ideo necesse fuit, quod sigillatio formae et differentiarum constituentium species et descriptio earum in materia esset secundum quod est in uoluntate. Et sic omnia quae sunt coartantur sub uoluntate et omnia pendent ex ea, quia omnes formas in materia oportet aequaliter sigillari; et omnino aequalitas oppositionis formarum in materia et librationis suae in illa est ex uoluntate, quae coartat et stare facit secundum terminos et fines secundum quos sunt in ea. Cuius exemplum est, quia diuisio substantiae est in simplicem et
p. 47 compositam, et diuisio[3] simplicis in[4] intelligentiam et animam et formam et hyle. et diuisio compositi in crescibile et[5] non crescibile et in uiuum et non[6] uiuum et in omnes oppositiones differentiarum quae diuidunt materiam et ducunt ad esse eam. Et non plene scitur de uoluntate, nisi prius sciatur uniuersalitas materiae et formae, quia uoluntas creat materiam et formam et mouet eas. Et dictio uoluntatis comparatur dictioni[7] de materia et forma, ut dictio[8] animae ad dictionem corporis et ut dictio[9] intelligentiae comparatur ad dictionem[10] animae et ut dictio materiae et formae primae ad dictionem[11] intelligentiae.

Et substantia nouem praedicamenta sustinens non eget loco corporali ad esse suum, quia quod non est corpus et est[12] substantia simplex, non stat nisi in[13] causa sua, quae eam sustinet, quae est causa simplex et conueniens illi; et illa substantia est locus quantitati, in qua est locus certissime.

D. Si locus non est nisi in quantitate, qualiter erit substantia locus quantitati? — Item, locus non est nisi applicatio superficiei corporis ad

---

[1] approprientur [2] sustinentem [3] diuisio *om.* [4] in *om.*; *deinde* intelligentia et anima et forma [5] et *om.* [6] non *om.* [7] ductioni [8] ductio [9] ductio [10] ductionem [11] ductionem [12] est *om.* [13] in *om.*

superficiem alterius corporis; et substantia non habet in se superficiem
qua[1] applicetur quantitati, quia substantia in se non est corpus.

11. Non oportet ut peruertas formas superiorum in formas[2] inferiorum, p. 48
uel e contrario, quia formae[3] indiuiduorum uel specierum uel generum no-
bis proximorum non sunt tales quales in eis quae sunt supra haec; tamen
formae inferiorum infunduntur a superioribus. — Forma loci a superiore ad
inferius est his nouem modis: primus est subsistentia omnium in scientia
creatoris; deinde subsistentia formae uniuersalis in materia uniuersali;
deinde substantiarum simplicium aliarum in aliis; quarto accidentium sim-
plicium in substantiis simplicibus; et infra hoc subsistentia quantitatis in
substantia; sexto superficierum in corpore, linearum in superficie et puncto-
rum in linea; ****[4] et inferius subsistentia corporum[5] partium similium in
partibus aliis[6]; nono subsistentia aliorum corporum[7] in aliis corporibus; et hoc
est locus cognitus. Vnde substantiae simplices non sunt in tali loco in quali sunt p. 49
substantiae compositae, nec e contrario; et substantia non dicitur locus quan-
titatis, nisi quia sustinet eam; et similiter corpus est locus non-corpori hoc
modo, scilicet accidentibus, quae non habent superficies. Et per hoc patet
quod duplex est locus: simplex, id est spiritualis, et compositus; sicut duplex
substantia; et substantia simplex, in qua est alia substantia simplex, est ei
locus; et in corporibus similiter, ut in elementis et elementatis.

Quaeratur ergo de minima parte quantitatis substantiae mundi, utrum p. 50
sit diuisibilis uel non. Si est indiuisibilis, omnes aliae partes sunt indiui-
sibiles; et si hoc, non erit quantitas; et si non est quantitas, non conti-
nuantur aliae cum aliis; ergo non est indiuisibilis. Si diuisibilis: ergo
uel est substantia simplex, uel accidens simplex, uel accidens compositum
cum substantia. Si substantia: ergo non est pars quantitatis. Item, si
esset substantia simplex tantum: ergo non esset diuisibilis nec sensibilis,
ergo nec corpus compositum ex his esset sensibile et diuisibile. Item, si p. 51
quantitas est ex partibus quae in se sunt substantiae tantum, sic ex sub-
stantiis fieret quantitas, uel ex quantitatibus substantia. — Item, si illa pars
est accidens simplex non habens substantiam: sic accidens erit in non-sub-
stantia; quod est impossibile. *Ergo* illa pars est substantia et accidens simul.
— Et substantialitas eius est praeter accidentalitatem eius; et accidentalitas est
pars quantitatis; et substantialitas est uis simplex sustinens illam quantitatem
partis, uel materia simplex sustinens formam partis, quae est essentia sim-
plex, quae est pars substantiae uniuersalis sustinentis quantitatem simpli- p. 52
cem[8]. — Et illius partis non uidetur nisi forma indigens materia sustinente;
quae materia uidetur mediante forma, sicut quantitas uidetur mediante

---

[1] quo [2] in formas *addidi; cf. p. 48,8* [3] forma [4] *lacunam indicaui; cf. p. 46,20—21* [5] corpora [6] officialibus [7] corporum *om.* [8] simplex

colore existente in ipsa. Vnde talis est proportio quantitatis ad substan-
p. 56 tiam qualis est coloris ad quantitatem. — Diuiditur igitur illa pars in
p. 57 substantiam et accidens. — Item, licet[1] sit minima, diuiditur tamen, cum sit pars corporis, quae omnes diuiduntur[2] in infinitum. Si enim illa pars, in quam diuiditur haec pars, esset indiuisibilis, illa pars secunda aut non esset, aut esset simplex substantia; utrumque[3] est inconueniens[4].

p. 59 Sciendum est ergo quod quaelibet pars quantitatis substantiae mundi subsistit in materia; et sic essentia[5] substantiae est infusa per totalitatem quantitatis.

p. 60 Et ad notitiam dico quantitatis quod forma perficiens essentiam cuiuslibet rei est unitas, ueniens a prima unitate quae creauit eam, quae prima
p. 61 unitas non habet principium neque finem nec mutationem. Necesse fuit ut unitas creata ab ea haberet principium et finem et diuersitatem; et quaecumque erit unitas propinquior unitati uerae, materia informata illa unitate erit unitior et simplicior; et e contrario, quanto plus remotior, erit compositior. Et ideo unitas quae duxit ad esse materiam intelligentiae, est una simplex, indiuisibilis et intelligens omnia, quae cohaeret primae unitati, et omnes aliae unitates
p. 62 constituentes essentiam omnium dependent ab ea, quia omnes unitates multiplicantur a prima unitate creata, et formae omnium rerum non sunt nisi unitates augmentatae. Et quanto magis recedit unitas a prima unitate, tanto magis multiplicatur illa unitas, ut in anima, et sic descendendo, donec perueniat ad materiam sustinentem quantitatem, i. e. substantiam huius mundi; unde haec substantia in sua grossitudine et spissitudine, cum sit infima, opponitur substantiae altiori in sua subtilitate, et suprema est initium
p. 63 unitatis, inferior uero finis unitatis. Illud patet in aqua currente, quae in principio sui ortus est tenuis et limpida, et postea, quando miscetur alii, paulatim densatur in stagnum[6] et obscuratur, sicut est de unitate. — Item, quantitas ens in substantia fit ex coniunctione unitatum multiplicatarum. Vnde dictum est quod compositio mundi non euenit nisi ex lineamento numeri et litterarum[7] in aëre. — Item, forma inferioris materiae creatur a forma superioris materiae; sed forma superioris materiae est unitas;
p. 64 ergo forma inferioris materiae non est nisi unitas. — Item, omnis pars quantitatis aut est unum aut plura; et pluralitas non est nisi unitatum multitudo, et[8] numerus similiter; et inter unitates numeri discreti et unitates quantitatis continuae entis in materia non est[9] differentia, nisi quod illae sunt disgregatae, istae continuae; ergo continuum non est nisi ex disgregato, quia intellectus continuationis in continuo non est nisi continuatio disgregatorum in disgregatis; et sic continua quantitas aduenit substantiae cuilibet ex unitatibus. Et sicut numerus disgregatus non inuenitur nisi in numerato per ipsum, sic nec quantitas conti-

[1] sed [2] diuidantur [3] utrum [4] conueniens [5] esse [6] stannum
[7] linearum [8] nec [9] est om.

sua inuenitur[1] nisi in substantia sustinente illam. — Item, corpus in sui compositione simile est numero in sua compositione, quia compositio cuiuslibet numeri ab unitate incipit, cuius multiplicatione fit binarius, ex multiplicatione duorum[2] quatuor, ex duplicatione quaternarii octonarius fit. Similiter in compositione corporis incipies[3] a puncto, quod est simile unitati, et ex multiplicatione[4] puncti fit linea, quae fit ex duobus punctis, quae est similis binario; ex duplicatione lineae[5], quae est ex duobus punctis, fit superficies similis quaternario, quia est ex quatuor punctis; ex[6] duplicatione superficiei, quae est ex quatuor punctis, fit corpus simile octonario, quia est ex octo punctis. Ergo numerus discretus et quantitas continua[7] sunt similia in compositione et resolutione, quia compositio cuiusque non surgit nisi ex duplicationibus; et sic patet quod unitas est radix utriusque, quia ab illa oriuntur et in illa resoluuntur. p. 68

Sciendum autem quod intelligibilia uniuersalia et particularia sunt substantiae simplices, continentes substantiam sustinentem nouem praedicamenta, scilicet intelligentia, natura et tres animae. — Item, substantia spiritualis uniuersalis comparatur ad substantiam corporalem mundi sicut anima ad corpus, quia sicut anima continet corpus et sustinet illud, sic[8] substantia spiritualis uniuersalis continet et sustinet corpus uniuersale mundi; et sicut anima discreta est per se a corpore et est ei iuncta, non tamen cohaerens, similiter est substantia spiritualis discreta in se a corpore mundi et iungitur ei, non tamen est cohaerens illi. Et applicatio substantiae spiritualis cum[9] substantia corporali et omnino applicatio substantiarum spiritualium aliarum cum[10] aliis[11] et existentia aliarum in aliis est sicut applicatio luminis ignis cum aëre et applicatio coloris et figurae cum quantitate[12] et quantitatis cum substantia et applicatio accidentium spiritualium cum substantiis[13] spiritualibus; et sic manifesta[14] sunt exempla occultorum. p. 69 p. 70

Tractatus tertius.

D. Promisisti[15] mihi ostendere quod inter primum factorem et altum[16] et substantiam sustinentem nouem praedicamenta sunt substantiae mediae. p. 72

M. Ecce probatio sic. Principium omnium distat ab ultimo omnium p. 73

---

[1] non inuenitur [2] duorum *addidi; cf. p. 65,8* [3] incipiens [4] multitudine [5] lineae *om.* [6] *uerba* ex duplicatione superficiei quae est ex quatuor punctis *in margine adscripta erant; sed glutinatoris cultro prima uox* ex *et de uoce* superficiei *litterae* cie, *a quibus prior et alter uersus incipiebant, decisa sunt.* [7] quantitas discreta continua [8] sicut [9] est [10] aliarum cum] tum est [11] *post* aliis *add.* est sicut applicatio [12] qualitate *ex* quantitate [13] cum substantiis] cum substantia cum [14] manifestata [15] Promisistis [16] alterum

in essentia et effectu; quia si non, tunc unum esset alterum; et distantia inter
haec est remotio similitudinis et talitatis[1]. Si distant: ergo habent medium;
unde si non esset spiritus medium inter animam et corpus, unum non coniun-
p. 76 geretur alii. — Item, omne compositum sequitur sua simplicia; sed sub-
stantia quae sustinet nouem praedicamenta componitur ex substantiis simpli-
cibus; ergo sequitur illas. — Item, summus factor est summa unitas, sub-
stantia nouem praedicamentorum summa multitudo; inter quae necesse est
esse media. — Item, necesse est quod multitudo huius[2] substantiae ordinetur
sub alio uno eiusdem naturae; sed deus non est eiusdem naturae cum illa[3];
ergo necesse est esse medium. — Item, prima causa non facit nisi simile
sibi; sed substantia nouem praedicamentorum est ei dissimilis; ergo etc.
p. 77 — Item, substantia nouem praedicamentorum est[4] multiplex; et omne[5]
multiplex componitur ex multis unis, et omni aggregato ex multis unis[6] est
aliquid minus illo; ergo substantiâ nonem praedicamentorum est aliquid mi-
noris multitudinis. — Item, substantia quo[7] magis descendit, fit multiplicior;
ergo etc. — Item, mundus minor exemplum est mundi maioris ordine;
et substantia intelligentiae, quae est simplicior et dignior omnibus substantiis
p. 78 minoris mundi, non coniungitur corpori, quia anima et spiritus sunt media
inter illa, et secundum hoc consideratur ordo maioris mundi; ergo substan-
tia simplicior et dignior non est iuncta corpori, quod est substantia sustinens
praedicamenta. — Item, si non esset medium inter[8] causam primam et
substantiam sustinentem praedicamenta, esset factor illius substantiae factor[9]
per se; ergo haec fuit semper apud deum, quod falsum est; ergo et pri-
mum. — Item, deus est supra sempiternitatem[10], substantia nouem praedica-
mentorum est infra[11] sempiternitatem; ergo sempiternitas[12] est media inter
p. 79 ea; ergo illud cuius sempiternitas[13] est mensura. — Item, uirtus, id est sub-
stantia, mouens substantiam praedicamentorum est coniuncta illi; sed factor
primus non est iunctus alicui[14] rei; ergo illa uirtus non est de essentia factoris[15]
primi; ergo oportet ut sit alia substantia media quae mouet substantiam praedica-
mentorum. — Item, facere dei est creare aliquid ex nihilo; et substantia
praedicamentorum componitur ex substantiis simplicibus; ergo non est creata
ex nihilo. — Item, inter duo opposita est medium simile utrique; sed deus
et substantia praedicamentorum sunt opposita, quia deus est factor tantum,
substantia illa factum tantum; ergo oportet ut sit medium, scilicet factor et
p. 80 factum. — Item, uirtus substantiae sustinentis praedicamenta est finita; et
non est ex essentia sui; nec ex essentia primi, quia sic non esset finita; ergo

[1] *Verba* et distantia . . . et talitatis *ex p. 74,7—8 hic suppleta sunt*
[2] huius *(i. e.* sustinentis nouem praedicamenta; *cf. p. 76,21)*] eius [3] illis
[4] est *addidi* [5] esse [6] et omni aggregato ex multis unis *addidi;*
cf. p. 77,3 [7] qua [8] in [9] factor *om.* [10] aeternitatatem [11] infixi [12] sim-
plicitas [13] simplicitas [14] alio [15] factoris *om.*

oportet ut sit substantia media, de cuius essentia sit; quae substantia media finita est, quia est creata. — Item, substantia praedicamentorum formata est ad exemplar; ergo illud exemplar praecedit. — Item, anima est medium p. 84
inter intelligentiam et substantiam praedicamentorum, tangens intelligentiam; ergo sunt substantiae mediae ante substantiam illam. — Item, factum a primo p. 85
fit ab eo sine mora et sine medio sive subito; substantia sustinens praedicamenta facta est in tempore et per medium; ergo etc. — Item, sub- p. 85
stantia sustinens praedicamenta est mobilis, ergo passibilis; et omnis passio exit de potentia in actum per ens actu, inter quod et ipsum non est medium; sed primum non est in[1] potentia nec in effectu; ergo per media inter illa. — Item, anima mobilis est per se non in loco; et omnis talis mobilis est motus uniformis; et omnem talem rem sequitur res secundaria; ergo motum animae sequitur motus secundarius. — Item, motus uniformis p. 86
praecedit omnes alios motus, et motum[2] unius modi[3] sequitur motus varius, quo movetur substantia sustinens praedicamenta; ergo motus substantiae praedicamentorum[4] sequitur motum animae, et substantia animam. — Item, p. 86
quicquid recipit aliud sine medio, magis recipit illud quam si cum medio reciperet; sed substantia praedicamentorum[5] non magis recipit formam quam si cum medio reciperet; ergo substantia non est receptibilis formae sine medio; una enim pars substantiae praedicamentorum magis receptibilis est formarum quam alia, et omne tale est receptibile formae per medium aliud ab ipsa. — Item, omnia disposita sunt secundum oppositionem; ergo, cum substantia p. 87
praedicamentorum recipiat formam suam propriam, necesse est ut proprietas substantiarum simplicium sibi opposita sit receptibilis omnium formarum[6]. — *** Et substantia simplex est aut supra[7] substantiam compositam sustinentem praedicamenta ****. Et illae duae uniuntur sine destructione alicuius formae ipsa- p. 88
rum; ergo sunt convenientes substantiae illae; ergo sunt eiusdem generis; ergo est substantia supra illas simplicior illis, quod est genus earum. — Item, cum primum agens agat sine tempore, patiens[8] primum patitur sine tempore; sed substantia praedicamentorum patitur in tempore; ergo non est primum patiens a primo agente. — Item, omne patiens in non-tempore prius est patienti in tempore, nec invenitur aliud patiens prius eo, nec aliud patiens posterius patienti in tempore; ergo substantia sustinens praedicamenta quae[10] patitur in tempore est posterius[11] eo quod p[...] non-tempore, scilicet simplici. — Item, substantia praedicamento[...]erfecta, cum aliquando p. 89
procedat de potentia ad actum; sed deus[...]rfectum; ergo patiens

---

[1] in *om.* [2] motus [3] moti [4] pr[...]praedicamenti [6] omnia forma [7] supra *om.* [8] *Verba* Et su[...]est . . . sustinentem praedicame[...]m *sunt argume*[...]7,26. [9] *ante* patiens *add.* sed [...]icamentorum [...] *sic!*

ab eo immediate est perfectum; ergo substantia praedicamentorum non[1] pa-
p. 90 titur ab ea immediate, cum sit imperfecta. — Item, formae substantiae praedicamentorum exeunt de potentia ad actum per aliam formam entem actu; non per[2] formam essentiae primi agentis, cum illa essentia non habeat[3] for-
p. 91 mam; ergo per aliam formam. — Item, mouens substantiam praedicamentorum immediate est finitum, cum substantia sit finita; ergo primum non
p. 92 mouet illam substantiam immediate; ergo aliud. — Item, mouens substantiam praedicamentorum est mobile, quia si non potest mouere se, nec aliud posset mouere. Praeterea, si infundit[4] mouens uirtutem mouendi alii, necesse est quod habeat in se illam; ergo immobile est sine medio[5]; et primus motor est immobilis; ergo non mouet substantiam praedicamentorum sine medio.
p. 94 — Item, patiens immediate a primo est mobile, quia aliter non esset mouens, et est mobile in non-tempore, quia suus motor mouet in non-tempore; sed substantia
p. 95 praedicamentorum mouetur in tempore; quare non est patiens immediate a[6] primo. — Item, substantia sustinens praedicamenta mouetur in loco finito, quia mouetur in tempore finito; ergo substantia praedicamentorum non mouetur in factore
p. 96 primo, cum sit locus infinitus. — Item, quaecumque substantiarum simplicium coniungitur alii substantiae per se, est finita; sed substantia primi agentis est infinita; ergo non[7] coniungitur substantiis finitis; ergo est medium inter illa. — Item, omne quo aliquid est perfectius, exit ab alio; sed substantiā sustinente[8] praedicamenta est aliquid perfectius; ergo exit illa ab alio; non[9],
p. 99 nisi a substantia alia; ergo est alia substantia dignior ea. — Item, forma existens in substantia sustinente praedicamenta est in ea accidentaliter; est tamen in suo agente substantialiter, et est proprium accidens illius agentis; sed in deo nullum est accidens; ergo deus non est auctor formae substantiae
p. 101 sustinentis[10] praedicamenta; est ergo alia substantia, in qua est. — Item, quicquid coepit esse, antequam illud esset, erat possibile ipsum esse, ut substantia quae sustinet praedicamenta; sed quod possibile erat prius esse, necessarium est ipsum esse, postquam est; sed quicquid mutatur in aliquid, est eiusdem naturae cum illo; ergo possibile eiusdem naturae est[11] cum illo, cum mutetur in illud; sed necessarium est prius possibili, quia per ipsum reducitur ad actum; ergo substantia simplex antecedit substantiam sustinentem praedicamenta.

p. 104 D. Bene uideo quod substantiae mediae sunt inter factorem primum
p. 105 et substantiam quae sustinet nouem praedicamenta; sed nescio qualiter aliae res agunt in alias.

M. Esse actionis alicuius rei est, quando res illa dat formam suam alii rei ab ipsa; et hoc est aut secundum coniunctionem sine medio, aut cum

---

[1] non *om.* [2] per *om.* [3] habet [4] influit [5] *l.* ergo mouens sine medio mobile est; *cf. p.* 93,4 [6] a] ăt a [7] non *om.* [8] sustinens [9] *l. e.* sed non exit [10] sustinente [11] est *om.*

oportet ut sit substantia media, de cuius essentia sit; quae substantia media
finita est, quia est creata. — Item, substantia praedicamentorum formata est
ad exemplar; ergo illud exemplar praecedit. — Item, anima est medium p. 82
inter intelligentiam et substantiam praedicamentorum, tangens intelligentiam;
ergo sunt substantiae mediae ante substantiam illam. — Item, factum a primo p. 83
fit ab eo sine mora et sine medio siue subito; substantia sustinens praedica-
menta facta est in tempore et per medium; ergo etc. — Item, sub- p. 84
stantia sustinens praedicamenta est mobilis, ergo passibilis; et omnis
passio exit de potentia in actum per ens actu, inter quod et ipsum non est
medium; sed primum non est in[1] potentia nec in effectu; ergo per media
inter illa. — Item, anima mobilis est per se non in loco; et omnis talis
mobilis est motus uniformis; et omnem talem rem sequitur res secundaria;
ergo motum animae sequitur motus secundarius. — Item, motus uniformis p. 85
praecedit omnes alios motus, et motum[2] unius modi[3] sequitur motus uarius,
quo mouetur substantia sustinens praedicamenta; ergo motus substantiae
praedicamentorum[4] sequitur motum animae, et substantia animam. — Item, p. 86
quicquid recipit aliud sine medio, magis recipit illud quam si cum medio reci-
peret; sed substantia praedicamentorum[5] non magis recipit formam quam si
cum medio reciperet; ergo substantia non est receptibilis formae sine medio;
una enim pars substantiae praedicamentorum magis receptibilis est formarum
quam alia, et omne tale est receptibile formae per medium aliud ab ipsa. —
Item, omnia disposita sunt secundum oppositionem; ergo, cum substantia p. 87
praedicamentorum recipiat formam suam propriam, necesse est ut proprietas
substantiarum simplicium sibi opposita sit receptibilis omnium formarum[6]. —
*** Et substantia simplex est aut supra[7] substantiam compositam sustinentem
praedicamenta ****. Et illae duae uniuntur sine destructione alicuius formae ipsa- p. 88
rum; ergo sunt conuenientes substantiae illae; ergo sunt eiusdem generis; ergo
est substantia supra illas simplicior illis, quod est genus earum. — Item,
cum primum agens agat sine tempore, patiens[8] primum patitur sine tempore;
sed substantia praedicamentorum patitur in tempore; ergo non est primum pa-
tiens a primo agente. — Item, omne patiens in non-tempore prius est pa-
tienti in tempore, nec inuenitur aliud patiens prius eo, nec aliud patiens
posterius patienti in tempore; ergo substantia sustinens praedicamenta quae[10]
patitur in tempore est posterius[11] eo quod patitur in non-tempore, scilicet sim-
plici. — Item, substantia praedicamentorum est imperfecta, cum aliquando p. 89
procedat de potentia ad actum; sed deus est agens perfectum; ergo patiens

---

[1] in *om.* [2] motus [3] moti [4] praedicamenti [5] praedicamenti [6] om-
nia forma [7] supra *om.* [8] *Verba* Et substantia simplex est . . . sustinentem
praedicamenta *fragmentum sunt argumenti 80; cf. p. 87,26.* [9] *ante* patiens
add. sed substantia praedicamentorum [10] quae *om.* [11] *sic!*

ab eo immediate est perfectum; ergo substantia praedicamentorum non[1] pa-
p. 90 titur ab eo immediate, cum sit imperfecta. — Item, formae substantiae prae-
dicamentorum exeunt de potentia ad actum per aliam formam entem actu;
non per[2] formam essentiae primi agentis, cum illa essentia non habeat[3] for-
p. 91 mam; ergo per aliam formam. — Item, mouens substantiam praedicamen-
torum immediate est finitum, cum substantia sit finita; ergo primum non
p. 92 mouet illam substantiam immediate; ergo aliud. — Item, mouens substan-
tiam praedicamentorum est mobile, quia si non potest mouere se, nec aliud
posset mouere. Praeterea, si infundit[4] mouens uirtutem mouendi alii, necesse
est quod habeat in se illam; ergo immobile est sine medio[5]; et primus mo-
tor est immobilis; ergo non mouet substantiam praedicamentorum sine medio.
p. 93 — Item, patiens immediate a primo est mobile, quia aliter non esset mouens, et est
mobile in non-tempore, quia suus motor mouet in non-tempore; sed substantia
p. 95 praedicamentorum mouetur in tempore; quare non est patiens immediate a[6] primo.
— Item, substantia sustinens praedicamenta mouetur in loco finito, quia mouetur
in tempore finito; ergo substantia praedicamentorum non mouetur in factore
p. 96 primo, cum sit locus infinitus. — Item, quaecumque substantiarum simplicium con-
iungitur alii substantiae per se, est finita; sed substantia primi agentis est
infinita; ergo non[7] coniungitur substantiis finitis; ergo est medium inter
illa. — Item, omne quo aliquid est perfectius, exit ab alio; sed substantia
sustinente[8] praedicamenta est aliquid perfectius; ergo exit illa ab alio; non[9],
p. 99 nisi a substantia alia; ergo est alia substantia dignior ea. — Item, forma
existens in substantia sustinente praedicamenta est in ea accidentaliter; est
tamen in suo agente substantialiter, et est proprium accidens illius agentis;
sed in deo nullum est accidens; ergo deus non est auctor formae substantiae
p. 101 sustinentis[10] praedicamenta; est ergo alia substantia, in qua est. — Item,
quicquid coepit esse, antequam illud esset, erat possibile ipsum esse, ut
substantia quae sustinet praedicamenta; sed quod possibile erat prius esse,
necessarium est ipsum esse, postquam est; sed quicquid mutatur in aliquid,
est eiusdem naturae cum illo; ergo possibile eiusdem naturae est[11] cum illo,
cum mutetur in illud; sed necessarium est prius possibili, quia per ipsum
reducitur ad actum; ergo substantia simplex antecedit substantiam sustinen-
tem praedicamenta.

p. 103 D. Bene uideo quod substantiae mediae sunt inter factorem primum
p. 105 et substantiam quae sustinet nouem praedicamenta; sed nescio qualiter aliae
res agunt in alias.

M. Esse actionis alicuius rei est, quando res illa dat formam suam
alii rei ab ipsa; et hoc est aut secundum coniunctionem sine medio, aut cum

[1] non *om.* [2] per *om.* [3] habet [4] influit [5] *l.* ergo mouens sine
medio mobile est; *cf. p.* 93,4 [6] a] ăt a [7] non *om.* [8] sustinens [9] *l. e.*
sed non exit [10] sustinente [11] est *om.*

medio; aut est cum mutatione formae agentis et diminutione, aut sine diminutione qualitatis[1] agentis; aut cum impressione uirtutis agentis in rem patientem sine tempore; aut secundum aestimationem, sicut actio rei amatae in amantem. — Sed quare[2] aliae res sunt in aliis, haec causa altissima uniuersali, quia uirtus, quae facit omnia et mouet omnia per se, facit quamdiu inuenit receptibile actionis suae; unde forma uniuersalis facta ab hac uirtute est agens per se, et similiter materia uniuersalis prima est receptibilis actionis per se. Proprium est autem uniuersalium, ut suae naturae inueniantur in suis inferioribus, et ipsa singularia accipiant naturam ab essentia eorum et dent[3] sibi ipsis. Et necesse est ex hoc ut omnes formae sint agentes, et omnes materiae patientes. De forma patet, quia forma uniuersalis agens est neces- p. 207 sario, ergo similiter omnes formae particulares sub ipsa sunt agentes; de materia patet, quia materia uniuersalis est receptibilis actionis formae necessario, ergo a simili et omnes materiae particulares.

Quod forma sit agens necessario, patet, quia factor primus et excelsus largus est, a quo relegatur omnis inuidia, et quia primus largitor est fons omnis formae quae est apud se, unde ipsam affluenter influit; et hic fons est coërcens omnia, ambiens et comprehendens. Vnde omnes substantiae obediunt actioni eius et sequuntur eum in dando[4] suas formas et largiendo suas uires, quamdiu inueniunt materiam paratam ad recipiendum eas. — Fluxus autem substantiarum intelligitur motus et desiderium earum dandi formas suas et motum, in quo imitantur primum creatorem. Sed sunt diuersae secundum perfectionem earum et imperfectionem, quia quaedam earum fluunt non in tem- p. 208 pore, quaedam in tempore; et proportio quarumlibet substantiarum altiorum ad inferiores in dando fluxum est, ut proportio primi factoris ad altiores substantias et inferiores ad influendum super illas, licet influxus earum in quolibet modo est diuersus; similiter comparatio altiorum substantiarum ad factorem primum in recipiendo ab ipso, qualis inferiorum substantiarum ad superiores in recipiendo ab illis. Et omnino prima influxio quae complectitur omnes substantias facit necesse ut aliae substantiarum influerent aliis, ut sol, qui se non facit influentem radios suos, nisi quia cadit sub prima influxione et obedit illi.

Alia autem causa est, quare aliae substantiae influunt aliis, praeter illam causam praedictam, scilicet subtilitas materiae. Quia subtile penetrat oppositum sibi: ideo forma penetrat per omne sibi oppositum et unitur et dat se totam materiae paratae recipere ipsam. — Et hoc[5] signum est quod forma

[1] qualitatum [2] quando; *ad sententiam cf. p. 106, 17 sqq.* [3] dicunt; *cf. p. 106,26* [4] in dando] md'ato
[5] *Verba* et hoc si]gnum est quod forma processit
a factore primo] et compellitur se dare
materie parat]e recipere ipsam
in margine adscripta, sed a glutinatore margines nimium amputante truncata sunt. ad supplendas lacunas quae ante has uncinas (]) posita sunt ex p. 106,24 sqq. addidi

p. 109 processit a factore primo et compellitur se dare materiae paratae recipere ipsam; et similiter actio.

Et item, postquam res[1] agens aut est materia, aut forma, non potest esse quin eius actio aut sit sibi et formae similis, aut sibi[2] tantum; et non potest esse quin[3] aut sit uirtus, aut forma corporalis, aut motus; et sic patiens aut est essentia formata, aut uirtus, aut forma corporalis, aut motus; et sic omne habens formam agens est sibi et suae speciei, cum inuenerit materiam receptibilem sui.

Et de substantiis simplicibus illud est magis necesse, quod conferant[4] se essentias et formas, quam ceterarum substantiarum, propter fortitudinem earum et subtilitatem et lumen. Quanto enim fortior est et subtilior[5] et luminosior, tanto erit actio eius fortior et opus eius penetrabilius in aliud non
p. 110 in tempore, quia effluxio est ex impulsu, impulsus autem ex ui. — Quod autem uis et subtilitas faciant fluxum, patet, quia quantitas et figura imprimunt suum simile in obstans[6] potens recipere; substantia uero habens grossam quantitatem non confert se alii, propter[7] tenebrositatem sui; similiter tamen quantitas eius confert umbram suam corporibus sibi oppositis, ut patet in speculo. Quanto magis necesse est quod substantia spiritualis, cum non habeat quantitatem, conferat suam essentiam et uirtutem et lumen.

p. 111 Et ideo substantia corporea, quia grossae quantitatis est, non potest ubique penetrare nec esse; sed anima uniuersalis, quae est substantia spiritualis, diffusa[8] est per totum mundum, sustinens illum in semet propter simplicitatem et subtilitatem suam; et similiter inuenies substantiam intelligentiae uniuersalis diffusam per totum mundum; et hoc est propter subtilitatem et lumen et uim ambarum illarum substantiarum. Ergo multo plus uirtus dei penetrat omnia. — Et sic sequitur, quod substantiae simplices conferunt se et suas formas substantiae quae sustinet nouem praedicamenta.

p. 112 Et sic etiam est quod omnes formae sensibiles quae sunt in substantiis compositis sunt in eis a substantiis simplicibus. Et has[9] formae non sunt sensibiles, ut color et cetera, nisi quia materia recipiens eas est proxima corporeitati in natura sua; et hae formae sensibiles sunt simpliciores in substantia spirituali quam in materia. — Quod fluxus iste sit ex actione substan-
p. 113 tiarum spiritualium, patet per solem infusum aëri, qui penetrans illum nondum tamen apparet, donec inuenit corpus solidum, scilicet terram, quod radii eius non possunt penetrare, sed stant in superficie eius. Sic lumina substantiarum[10] simplicium fluunt alia ad alia et ab aliis, sed non apparent sensui[11] propter sui subtilitatem; sed quando penetratio luminum[12] pertingit ad substantiam

---

[1] Postquam est res [2] *l.* formae; *cf. 100,8* [3] *l.* quin forma [4] conferat [5] subtiliocior [6] obsistens [7] et propter [8] uel diffusa [9] haec [10] substantia luminarum [11] sensui *om.* [12] penetratio luminum *om.*

corporalem, tunc apparent propter grossitiem illius, quam non possunt pene-
trare. Et similiter omnis forma eas in materia uniuersali habet esse in essen-
tia uirtutis dantis illam, i. e. uoluntatis, in esse quodam simpliciori quam in
materia illa prima, quae est similis corpori in comparatione ad uoluntatem:
et sic actio eius in materia est manifesta, ut substantiarum simplicium in
compositis. Necesse est etiam ut uoluntas educat, quod est in[1] essentia sua, et
det corporibus[2]; hoc excepto quod uoluntas agit sine tempore, sine motu, sine loco,
substantiae uero simplices e contrario agunt. Ideo omnes substantiae sim-
plices et omnino sic agentes agunt per motum[3] primae causae quae totum
mouet et penetrat; et ideo dicitur quod prima causa est in omnibus p. 114
quae sunt.

Quod autem formae sensibiles, quae subsistunt in materia corporali,
sint[4] in ea per actionem simplicium, patet, quia uires, formae, motus substan-
tiae corporalis sunt simpliciores ea et accedunt[5] ad finem simplicis substantiae
et naturam; ergo aut[6] sunt de essentia eius uel accidentia illi. Non sunt
de essentia; ergo sunt accidentia; ergo sunt ab illis in substantia cor-
porali. — Item, substantia[7] composita receptibilis est formarum, et non recipit p. 115
illas[8] nisi ab agente in ea, quae est substantia simplex; sed omne receptum
in alio et ab alio patitur ab eo a quo influitur; et si patitur ab eo, est in
illo; et inde, ut prius[9]. — Item, omne quod fit, fit a contrario; sed substantiae
compositae contrariatur substantia simplex; ergo forma substantiae compo-
sitae fit ex substantia simplici. — Item, motus, uires, formae substantiae p. 116
compositae sius substantiae sustinentis praedicamenta non sunt a primo
factore, quia sic inter ea esset conuenientia, et iterum primum esset multiplex;
nec a se ipsa, quia sic esset agens et patiens, uel, si ageret secundum aliud p. 117
et pateretur secundum aliud, non reciperet formam secundum se totam; ergo
recipit a substantia media, scilicet spirituali. — Item, partes cuiuslibet
compositi possunt esse per se; ergo forma substantiae compositae
potest esse sine ea; sed non est in non-substantia; ergo est in sub- p. 118
stantia; ergo in simplici. — Item, forma substantiae compositae per-
ficit esse illius; ergo est substantia; sed substantia simplex diuiditur in
materiam et formam diuisione generis in species; sed species generis coae-
quaeuae sunt ad suscipiendum nomen generis et definitionem; ergo sunt sub-
stantiae simplices illa duo. — Item, omne causatum compositum est respectu
suae causae; ergo formae sensibiles sunt compositae respectu substantiae
simplicis. — Item, omne causatum in se est actu, in causa sua est potentia;
ergo, cum formae sensibiles sint in actu, sunt in substantia spirituali potentia. p. 119

---

[1] in *om.* [2] *cf. ad p. 118,20—21* [3] modum [4] sit [5] et substantiae
accedunt [6] autem [7] forma [8] recipit illas *om.* [9] *i. e. ut in probatione
antecedente*

— Item, nihil unitum est tantae uirtutis, quantae est forma simplex [1] per
se; ergo formae sensibiles unitae substantiae compositae non sunt tantae
uirtutis quantae est forma simplex; sed quicquid est minus alio uirtute et
perfectione, est simile illi; ergo forma infusa substantiae est similis formae
per se et simplici; ergo est [2] exemplar illius et imago et pictura illius, et
inde [3], ut prius. — Item, forma spiritualis eas in materia diuersificatur in
claritate et perfectione secundum diuersitatem materiae, quia forma dependet
p. 120 ab illa; quare forma non est sibimet forma; sed omne quod non est in alio
per se, patitur ab alio quod est in alio per se; ergo forma in materia pati-
tur a forma per se. — Item, omnis forma spiritualis habet formam, et ipsa
est subtilis, et ex omni subtili fluit forma eius; quare [4] ex illa fluit forma
eius; ergo reuerberatur forma eius ab opposito recipiente illam; ergo illa
forma ambit et penetrat receptibile illud; et inde, ut prius. — Item, essentia
substantiae corporalis non potest esse in omni loco, quia est terminabilis;
p. 121 substantia spiritualis e conuerso, quia ipsa fluens est et non quiescens; sed
talis rei forma quiescit, dum corpus obstans inuenit, et reuerberatur; quiescit
ergo forma substantiae spiritualis in substantia composita et eam tegit et am-
p. 122 bit. — Item, unum est radix multitudinis; sed substantia simplex est unum,
et elementa et figurae substantiae compositae multa; ergo illa est causa
p. 123 istorum. — Item, natura totius est in singulis partibus eius; ergo natura
multitudinis substantiae compositae est in singulis unis, quia unitates sunt
partes multitudinis; ergo, cum substantia simplex sit una, natura illius mul-
titudinis est in substantia simplici. — Item, quantitas et qualitas substan-
tiae compositae forma [5] sunt; sed forma non fit nisi ex forma, et non ex
substantia quae eam sustinet; et non est alia substantia quae sit forma, nisi
p. 124 substantia simplex; quare fiunt ex ea. — Item, quantitas [6] est multitudo, et
multitudo componitur ex unis; et nihil unum est nisi substantia simplex;
ergo quantitas componitur ex illa. — Item, unum in substantia simplici est
accidens simplex; et accidens compositum componitur ex accidente simplici;
ergo et quantitas [7], cum sit accidens, componitur ex uno simplicis substantiae.
— Item, quod forma quae continetur in substantia composita sit similis sub-
stantiae simplici, patet, quia substantia simplex non sentitur nisi in corpore,
et est una simplex in se ipsa, et est forma substantiae compositae, et perficit
illud cuius est forma, et penetrat substantiam compositam, et complectitur, et
discernit subiectum suum ab alio, et restringit partes sui subiecti, nec est lo-
calis, sed est mouens et agens; et omnes istae proprietates similiter sunt in
p. 125 forma quae sustinetur in substantia composita. Sed in quocumque sunt im-
pressiones substantiae simplicis, illud impressum est a substantia simplici; et

[1] *ante* simplex *add.* per [2] sunt [3] tantum [4] quasi [5] *sic!*
[6] Qualitas [7] substantia

inde[1] ut prius. — Item, omnes duae substantiae oppositae in forma cum
uniuntur, fit forma diuersa a propriis formis earum, quia ex eis resultat unum,
et unum est aliud a duobus. Et praeterea substantia simplex unitur substan-
tiae compositae, ut impressiones naturae et animae in[2] substantia composita
ex illis. Et iterum, quia agens unitur patienti, et substantia simplex agit in p. 126
compositam. Item, forma substantiae simplicis fluit continue et recipitur in p. 127
sibi opposito, et sic sibi unitur. Et item, simplex substantia continet compo-
sitam, et est etiam ubique. Et item, substantia composita est subiectum
actionis substantiae simplicis in qua manifestatur effectus eius. Ex omnibus
his patet quod substantia simplex unitur substantiae compositae. Ergo ex
coniunctione illarum duarum oppositarum fiet forma diuersa a formis illarum,
per primam[3]. Sed figurae, uires et motus sunt formae in substantia compo- p. 128
sita, aliae a forma substantiae simplicis et a forma essentiae substantiae
compositae; ergo illa fiunt ex unione substantiae simplicis et compositae. —
Item, forma substantiae compositae apparet[4] sensui actu; et similiter,
quando substantia simplex unitur substantiae compositae, formae quae latebant
in ea apparent actu. — Item, cum substantiae compositae creatae sint a substantia p. 129
simplici, multo magis et earum formae. Et iterum, cum substantiae simplices
sint causa compositae substantiae, imprimunt in eam formam suam, motus
scilicet, uires et figuras. — Item, diminutum creatum est a perfecto et quietum a p. 130
mobili; sed anima est perfecta et mobilis, substantia composita imperfecta
et quieta; ergo haec causatur ab illa, et similiter forma illius substantiae
confluit simul. — Item, causa debet esse plurium formarum et figurarum quam cau-
satum; ergo substantia simplex habet plures formas et figuras quam compo-
sita. Potest enim substantia simplex figurari omnibus figuris; unde omnes p. 131
figurae et formae possunt esse in ea. Vnde substantiae simplices, cum sint
receptibiles omnium formarum, non habent aliam formam uel figuram sibi
propriam, ut anima, intelligentia, natura et materia. — Item, cum in sub-
stantia corporali possint colligi multae figurae: multo plus in spirituali. —
Item, uis uniuersalis[5] animae habilior est ad suscipiendas plures formas et p. 132
figuras, quam uis[6] particularis; sed uisus recipit plures formas sensibiles;
ergo multo plus uis uniuersalis ipsius animae. — Item, cum[7] intelligentia et[8] p. 133
anima sint[9] apprehendentes omnes formas rerum, omnes sunt in eis, quia ap-
prehendunt spiritualitatem et similitudinem illarum[10]; ergo formae omnes
sunt similes illis; et sic formae inferiorum sunt in formis superiorum grada-
tim, donec ueniatur ad formam in qua est collectio omnium formarum; et
istae formae inferiores sunt in loco, et superiores non in loco. — Item,
anima recipit formam rerum praeter materiam suam; et hoc est quia materia p. 134

---

[1] uide [2] in *om.* [3] *scil. partem huius probationis* [4] apparens [5] uni-
uersalis *om.* [6] quamuis [7] est (*ē pro ē*) [8] et *om.* [9] sicut [10] illorum

non est in essentia animae, ut forma; et similiter intelligentia recipit illas,
p. 135 sed simplicius quam anima. — Item, anima et intelligentia resoluunt formas materiae compositae et sustinent eas in ipsis separatas[1] a materia in qua sunt; ergo sunt in essentia illarum. — Item, sicut forma particularis expoliata a materia particulari sustinetur in anima particulari, sic forma materiae uniuersalis, id est substantiae compositae, separata ab illa continetur in anima[2] uniuersali; et similiter sunt formae animae uniuersalis sustentatae in alia substantia altiori, donec perueniatur ad primam substantiam quae omnia sustinet. — Item, materia spiritualis et forma spiritualis inueniuntur in omnibus; sic in qualibet substantia corporali, et in quolibet accidente corporali
p. 136 similiter, ut in colore. — Item, omne fluens ab alio circa originem colligitur, sed longe ab origine dispergitur; sed formae sensibiles colliguntur in substantiis spiritualibus[3], et disperguntur in corporalibus; ergo oriuntur a spiri-
p. 137 tualibus. — Item, formae sensibiles magis uniuntur cum intelligentia quam cum ceteris formis; sed omnia magis uniuntur circa originem suam quam alibi; ergo forma intelligentiae est origo illarum omnium.

p. 139 Item, si substantia simplex est imprimens formas sensibiles in substantia composita, non potest esse quin sit imprimens aut quod est in se tantum, aut quod in se et essentia substantiae compositae, aut imprimens quod in sua essentia non est; hoc ultimo modo esse non potest, quia sic esset creatio ex nihilo, quod solum conuenit deo.

p. 140 Item, non imprimit formam essentiae substantiae compositae, quia illa essentia non habet formam; ergo imprimit quod est in essentia sua; et
p. 142 inde, ut prius, scilicet quod formae sensibilium substantiarum sunt in substantia simplici, sed modo subtili et simpliciori; et sunt separatae a sua materia mediante anima.

p. 140 Vnde omnes formae substantiae compositae sunt quasi punctum respectu formae substantiae simplicis, id est animae; ergo multo plus respectu intelligentiae, quae subtilior est anima, quae unit in se ipsa uniuersali[4] omnes for-
p. 143 mas. — Et nouem praedicamenta sunt in substantia spirituali, et sunt[5] omnia in extremo inferiori opposita[6] extremo superiori[7]; et inuenies materiam uniuersalem contra s u b s t a n t i a m; et q u a n t i t a t e m contra formam intelligentiae, ut patet ex praedictis; similiter inuenies eam[8] contra singula quaecumque sustinentur[9] in formis substantiae; similiter inuenies eius
p. 144 species septem contra numerum septem substantiarum simplicium, id est materia, forma, intelligentia, animae[10], natura, et[11] contra numerum uirium cuiusque substantiarum istarum; et inuenies q u a l i t a t e m contra differentias ista-

---

[1] separatis [2] alia [3] spiritalibus; *sed paulo post* spiritualibus, *ut plerumque* [4] *an* uniuersalius? *cf. p. 143,18:* communius et simplicius [5] sicut [6] opposito [7] *cf. ad p. 143, 15—17* [8] ea, *ut ACMN* [9] sustinent [10] anima [11] et *om., ut ACMN*

rum substantiarum[1] et formae earum, et relationem[2] contra esse earum in eura et cansato, et tempus contra sempiternitatem, et locum contra ordinem illarum substantiarum in prioritate et posteritate, et situm contra subsistentiam[3]; et inceaico agentem contra imprimentem harum substantiarum et attribuentem et creantem, et patientem contra impressum ab his et suscipientem, et habere contra esse formae uniuersalis in materia uniuersali.

Et per hoc patet quod formae substantiae compositae fluunt a formis substantiae simplicis. Vnde formae substantiae simplicis sunt similes panno albo tenui claro, qui cum[4] coniungitur corpori nigro uel rubeo, tingitur illo colore, in se autem non.

Item, substantia simplex in se apprehendit omnes formas per se, quia p. 145
omni hora apprehendit eas, ut anima, quamuis in ea non sint semper in p. 146
effectu, sed in potentia — anima tamen non[5] apprehendit eas sine instrumento, ut intelligentia —, et ita per se[6]; ergo formae omnes sunt in substantiis sim- p. 147
plicibus, quia quando aliquid apprehendit aliud per se, inter apprehendens et p. 148
apprehensum non est medium. — Item, substantia simplex apprehendit formas per unionem factam cum motu; ergo cum tempore; et eius apprehensio p. 149
plurium formarum est in maiori tempore, quam apprehensio unius formae tantum; unde substantia simplex non apprehendit simul diuersas formas dispersas in diuersis corporibus. Apprehendit tamen simul multas formas unitas in essentia sua; et etiam apprehendit formam aliquantum distantem ab ea, ut p. 151
cum percipit formas sensibiles exutas a suis materiis et imaginatur eas quasi praesentes. Et unio formae in materia in qua est, est corporalis, unio uero p. 152
speciei formae illius[7] cum substantia simplici est spiritualis.

Item, quod multae formae collectae possunt esse in una substantia p. 153
simplici, patet, quia formae multae in substantia simplici spirituales sunt nec occupant locum; et sic unum et multa sunt aequalia in ea; unde nihil prohibet multas formas simul esse in ea. — Et per contrarium, formae multae p. 154
corporales non possunt simul esse in eodem corpore, quia corpus est locus corporalis illarum. — Item, substantia quanto est unitior[8], tanto est collectior p. 155
plurium formarum; et sic intelligentia, cum sit unitior[9] omnibus aliis, plures apprehendit formas.

Quare autem diuersae formae, ut colores, figurae etc., apparent in p. 156
corporibus, ratio haec est, scilicet infusio substantiarum simplicium in corporibus, quia lumen subtile est et spirituale, et non uidetur eius essentia, nisi

---

[1] istarum substantiarum *om.* [2] *post* relationem *add.* earum. [3] substantiam [4] cum *om.* [5] non *additum a manu 2* [6] *hic locus cum ea quae p. 146,6—147,5 fusius disputantur in unum contracta sint, nimis obscurus factus est.* [7] *post* illius *add.* est [8] uicinior [9] uicinior

eum iungitur corpori superficiem habenti, ut terrae; si autem iungitur corpori transparenti, ut aëri, non uidetur; unde cum lumen apparet in super-
p. 160 ficie, apparet color qui ibi latebat. — Vnde forma spiritualis substantiae simplicis similis est soli, et forma infusa super materiam comparatur lumini solis super[1] superficiem terrae, et color formae corporali quae est in materia cor-
p. 161 porali in potentia. Et cum comparaueris quamlibet harum formarum inter se, inuenies formam corporalem quae est in materia in potentia, apparere sensui, quando coniungitur ei forma infusa super eam a forma spirituali, ut color, qui est in corpore potentia, sed apparet sensui, quando iungitur ei lumen infusum corpori a[2] lumine solis; et sic forma infusa materiae a forma spirituali apparet sensui, quando iungitur corporali formae enti in materia potentia; et haec et illa fiunt unum; ut lumen infusum in superficie corporis patet sensui, cum coniungitur superficiei[3] corporis, et ipsum et color fiunt unum. — Et istae formae sensibiles non sunt omnino spirituales propter coniunctionem cum materia; nec corporales omnino, quia exeunt a formis spiritualibus; unde sunt mediae.

p. 163 D. Videtur mihi quod has formae[4] sensibiles sint transeuntes per essentiam animae sicut forma luminis per aërem; nec sunt fixae in anima, sed transeunt per eam ut per speculum transeunt formae. Et praeterea scientia nihil[5] aliud est, quam intellectus incomplexes[6] decem praedicamentorum esse in anima secundum suas formas, quae est subiecta illis, ut materia formae; formae enim sensibiles attenuantur et subtiliantur in sensu et in existimatione.
p. 164 Vnde per hoc patet quia anima non habet propriam scientiam in se, quia formae quas recipit ipsa propter subtilitatem suam non remanent in ea, nisi dum percipit eas mediante sensu: sed transeunt per eam ut lumen per aëra, et non permanent in ea. Vnde anima media est inter substantiam intellectus
p. 165 et sensum; unde quanto plus appropinquat uni, magis remouetur ab alio; unde sicut uisus cum flectitur ab una forma ad aliam, perdit formam primam, sic uidetur in anima. Ostende ergo mihi quomodo formae sensibiles habeant permanentiam in anima, et quod anima sciens est per se ipsam

p. 166 M. Ecce probatio, quia si homines apprehendunt scientiam sine disciplina, scientia est in essentia eorum. Item, si anima scit ea quae sunt antequam sint, ipsa est sciens per se. Item, si anima sentit a principio incrementi[7] corporis, tunc[8] ipsa sciens est[9] per se. Et aliae probationes multae sunt. — Formae autem sensibiles non possunt esse in anima nisi primo sensu apprehensae; potest tamen ipsas aliquando apprehendere sine instrumentis, conuertendo se super illas primo receptas. Et iterum, formae sensi-

---

[1] super om. [2] lumen infusum corpori a om. [3] superficie [4] formae om. [5] scientia nihil] ⁎⁎⁎⁎⁎⁎ n, ubi illud n post lacunam insequens pro n perperam scriptum esse uidetur [6] incomplexus [7] incrementi] e⁎⁎⁎⁎⁎ [8] in [9] est om.

biles sunt in anima in potentia, in sensibili in effectu; et ideo cum uniuntur,
reducuntur de potentia ad actum.

D. Proba mihi quod anima habeat formam primam. p. 168

M. Aliter non haberet esse, cum forma debet esse cuilibet; et etiam
non apprehenderet alias formas, quia[1] non apprehendit eas nisi per formam p. 169
sibi propriam.

Vnde esse materiae sustinentis nouem praedicamenta exspoliatae a
forma non est in re, sed in opinione tantum; anima enim non dicitur ita
habere formas secundum opinionem, sed secundum ueritatem et effectum. —
Item, si formae transirent per animam et non starent in ea, sicut transeunt p. 170
per speculum et non stant: quomodo posset doceri anima. Et iterum, quid
posset dici de forma intelligentiae, in qua sunt omnes formae per se, quia scire
res per se est essentiale intelligentiae[2], quia intelligentia non inuenitur aliquando
non sciens res. — Vnde formae quae sunt in substantia animae sunt mediae p. 171
inter formas existentes in substantia composita et in forma intelligentiae. Quod p. 172
patet, quia substantia intelligentiae apprehendit esse omnium rerum, scilicet
formam unientem simplicem, i. e. genera et species, et substantia animae ap-
prehendit non-esse, i. e. differentias, propria, accidentia, quae attinguntur
sensibus. Et ideo cum anima uult intelligere esse rei, unitur cum intelligen-
tia, ut acquireret esse per eam simplex; et quia genus est in forma intelli-
gentiae, quod est esse, et differentia est in forma animae, et superponitur
unum alii, ut genus differentiae quae est in anima: tunc anima intelligit[3] esse
rei, quia coniunguntur[4] esse simplicia, i. e. genus et differentia, cum eius essen-
tia; et tunc scit esse rei, i. e. definitionem eius.

Et quaelibet substantia subiecta est superiori et agens in[5] inferius se. p. 173
Vnde sicut hyle recipit formas sensibiles ex anima, similiter anima est uirtus
recipiens; unde anima, cum se uertit ad materiam corporalem, apprehendit quod p. 174
est in ea apprehensione corporali in effectu, et apprehendit ea in se apprehen-
sione spirituali in potentia; et cum se flectit ad intelligentiam, apprehendit ea
apprehensione intelligibili, i. e. cognitione[6] suarum definitionum, et quid sunt.

Post manifestationem supradictorum per uiam compositionis, sequitur p. 175
eorundem manifestatio per uiam resolutionis. Sed praesciendum est, quod cor-
pus quiescens est in semet ipso, et non habet actionem unumquodque corpo- p. 176
rum[7] ex[8] eo quod corpus sunt, sed ex eo quod sunt quantitates[9] cum suis
qualitatibus; ut patet in elementis, quia si, in quantum corpus, mouerentur[10],
haberent[11] unicum motum, quia corpus eorum unum est, et diuersi motus sunt
ex diuersis essentiis. — Et actiones corporis oportet habere aliud agens quam

---

[1] quas [2] animae; *sed cf. p. 170,11* [3] intelligitur [4] coniungimur
[5] in om. [6] origine [7] unumquodque corporum *addidi (cf. p. 176,1), ut
orationi propter nimiam breuitatem hianti succurreretur* [8] in [9] qualitates
ACMN; cf. p. 176,2 [10] moueretur [11] haberet

p. 177 corpus. Et corpus habet compositionem et continuitatem partium suarum, quae non fiunt nisi motione partium et attractione aliarum in aliis uel ab aliis; ergo oportet ut sit aliquid praeter corpus per quod partes possint attrahere alias et retinere.

p. 178 Oportet ergo ut sit alia substantia a corpore componens et retinens partes diuersorum corporum, ut compositionem elementorum et retentionem eorum in lapidibus et lignis et herbis et animalibus. Vnde in animalibus et plantis uidetur attractio manifesta, ut restauretur deperditio facta in eo; et oportet quod cum illis sit uirtus et digestiua et conuersiua et assimilatiua et expulsiua. — Et omnes has operationes fiunt ab una substantia et non a diuersis, quia si fierent a diuersis substantiis, non esset possibile ut una illarum substantiarum esset altior et perfectior alia, cum operationes non sint ita[1].

p. 179 Et etiam sunt eiusdem generis omnes inter se. Fiunt etiam a diuersis uirtutibus, quia ab una uirtute non fit nisi una operatio, quia actio dependet a uirtute.

p. 180 — Et ex istis sequitur quod oportet quod sit una substantia uniuersalis componens partes corporis uniuersalis et retinens illas, quia illud corpus uniuersale est[2] simile corpori particulari simplici et corpori particulari composito ex quatuor elementis intellectu compositionis et retentionis. Ergo factor eorum debet [3]esse unus intellectu. — Et ex hoc sequitur quod substantia uniuersalis agens in corpus uniuersale attribuat substantiae particulari agenti in corpus particulare essentiam eius et uirtutem; et sic cum aliqua[4] operatio[5] in particulari corpore sit manifesta: similiter debet aliqua[6] operatio in corpore uniuersali esse manifesta ex substantia uniuersali, ut ibi ex substantia particulari. Et substantiae uniuersales istae sunt tres animae et intelligentia, quae intelliguntur per substantias particulares quae sunt in uegetabilibus et animalibus.

Et sic patet quod corpus particulare indiget corpore uniuersali, et anima particularis anima uniuersali, et intelligentia particularis intelligentia

p. 181 uniuersali, a quibus habent esse. Et altior dat esse inferiori, quod inferiores substantiae uestiunt lumen superiorum, et totum simul uestit lumen factoris primi et alti et sancti[7]. — Vnde anima uegetabilis operatur motum crescendi, alendi et generandi in uegetabilia, natura uero attractionem, retentionem et similia, anima uero sensibilis et rationalis et intelligentia sensum, cognitionem, ratiocinationem.

p. 182 Vnde anima uegetabilis causa est naturae, et operationes illius operationum istius[8], quia operationes naturae sunt minores illis; e contrario est in

p. 184 aliis substantiis. Actio naturae est attrahere, retinere, mutare, pulsare; actio animae uegetabilis est uegetare, generare; et operationes istarum duarum substantiarum sunt similes, ut patet, quia generare est procreare rem ex se[9] simi-

---

[1] ista [2] est om. [3] deus [4] anima [5] operatione [6] alia [7] lumen factoris primi et alti et sancti *addidi ex p. 181,7: om. cod., lacuna hiante* [8] illius [9] re

lem sibi, uegetare est mouere partes uegetabilis[1] a centro ad[2] extrema, at-
trahere autem et pulsare est mouere partes alimenti motu opposito; ergo
istae sunt sub eodem genere cum motu partium uegetabilis a centro ad ex-
treme. Item, mutare est conuertere corpus alimenti a sua forma et assimilare p. 185
formae eius quod aliter, et hoc est idem cum generare; ergo anima uegeta-
bilis, cum sit dignior natura, imprimit in natura unam de suis uiribus per
quam[3] agit quod agit. Quod motus animae uegetabilis sit dignior natura,
patet, quia nobilius est illud in quod agit anima uegetabilis, quam illud in
quod agit natura. — Et similiter patet quod anima sensibilis agit in animam p. 186
uegetabilem, et operationes earum sub eodem genere sunt[4]. Quod patet, quia
anima sensibilis mouet totum corpus de loco ad locum; similiter anima uege-
tabilis mouet partes corporis de loco ad locum sine mutatione totius; sed ma-
gis est mouere totum corpus de loco ad locum, quam partes; ergo fortior est
anima sensibilis quam uegetabilis; ergo agit in eam; et patet quod opera- p. 187
tiones sunt similes in illis et unius generis. — Et similiter se habent anima
rationalis et intelligentia. Quod intelligentia agit in eam, patet, quia actio
animae sensibilis est apprehendere species grossorum corporum in tempore et
loco et sine ordine, anima uero rationalis apprehendit formas intelligibilium
subtiles et mouetur in illis in non-tempore et non in loco et cum ordine,
quas[5] apprehendit intelligentia sine motu et tempore et loco et fatigatione
et sine causa alia praeter suam essentiam; et sicut anima rationalis est p. 188
praeter sensibile et uegetabile, sic est intelligentia praeter animam ra-
tionalem.

Ex praedictis sequitur quod quicquid est in substantiis inferioribus, est
in superioribus; sed non conuertitur. — Et ut melius pateat hoc, uidendum p. 189
est de motu sphaerae superioris. Inuenies enim quod rotae quanto sunt su-
periores, tanto sunt maioris corporis et subtilioris essentiae et fortioris actionis
et simplicioris motus; et motu mouentur illius[6] omnes sphaerae inferiores; ip-
sum uero a se ipso non mouetur, quia si sic, essentia ipsius corporis uniuer-
salis esset praeter essentiam corporum infra ipsum, quod falsum est; et es-
sentia eorum est[7] una, cuius signum est communio eorum in motu, remanere
autem et durare eorum differentia est.

Item, si motus corporis esset per se, non posset diuersificari motus p. 190
aliquorum corporum inferiorum; quod uidemus falsum. Inde omne mobile
non habet motorem usque in infinitum, propter defectum mobilium[8] in extremo
inferiori, et quia prohibetur quod omnis motus sit per se et quod omnis mo-
tus sit causa motus. — Item, si corpus uniuersale esset mobile per se, iam
esset mouens et mobile; nam[9] quia non potest esse pars eius mobilis tantum

[1] sic! [2] ad om. [3] quod [4] sunt om. [5] quae [6] illius] i. e. corporis
uniuersalis; cf. p. 191,8 [7] sit [8] immobilium [9] nam addidi

uel mouens tantum, istud totum esset mobile per se et totum mouens per se. Sequeretur etiam, quod motus partium corporis non sequerentur[1] se inuicem, et motus primus non pulsaret secundum, et quod patiens esset a non agente.
p. 193 — Et etiam, quia caelum coepit esse, non est aeternum. Vnde istis rationibus et aliis non dubitandum quod caelum non mouetur a primo motore sine medio, cum ipsum sit substantia sustinens praedicamenta; quia spissum[2] non iungitur subtili sine medio[3] conuenienti utrique, ut anima rationalis corpori mediante spiritu, et sicut homo non apprehendit intelligentiam nisi per medium, scilicet animam rationalem, et sicut uisus non coniungitur corporibus
p. 194 nisi per aërem. Item, sicut anima uniuersalis non coniungitur corporibus nisi[4] per medium caeli, quod est medium inter spiritualia et corporalia: sic[5] inter factorem primum et substantiam sustinentem praedicamenta, i. e. caelum,
p. 195 sunt substantiae simplices mediae. — Et proportio ultimi superioris sensibilium ad ultimum superius intelligibilium erit eadem proportio, quae est ultimi inferioris sensibilium[6] ad ultimum inferius intelligibilium in nobilitate et fortitudine.

p. 196 Essentiae substantiarum simplicium non[7] sunt[8] defluxae, sed uires earum et radii, quia substantiae finitae sunt et terminatae, non extensae in infinitum, sed radii excedunt terminos et limites propter continentiam eorum[9] sub primo fluxu, qui effluit a uoluntate, ut lumen a sole in aërem[10], quia hoc lumen excedit terminos solis, sed sol in se ipso non excedit finem[11] suum; et sicut uis animalis effluit a uirtute rationali, cuius sedes est cerebrum, in neruos et lacertos, substantia tamen animae in se ipsa non est diffusa: similiter quaelibet substantia simplex influit radios suos in inferioribus suis, et[12] tamen substantia non excedit finem suum et ordinem suum.

Illi tamen radii influxi non sunt praeter intellectum substantialitatis; non tamen ita perfecti[13] sunt in intellectu substantialitatis, ut substantiae influen-
p. 197 tes. Sunt tamen eiusdem generis[14] fluxum et influens. Similiter substantia
p. 198 fluit a substantia. Vnde corpora non fluunt a corporibus propter grossitiem suae quantitatis; substantiae uero simplices non habent quantitatem. Vnde fluxus non est nisi causâ subtilitatis luminis et uirtutis. Vnde uires et accidentia, ut lumen, calor et similia, non fluunt a substantiis, sed a uiribus et accidentibus, quae sustinentur in[15] illis; substantiae uero fluunt a substantiis,
p. 199 sicut formae a formis; et sic omne defluxum simile est illi a quo fluit. — Et iterum, anima exit ab intelligentia exitu uirtutis a re forti et non est intrans essentiam eius: exitus autem a sua essentia non prohibet quia sit fluxa ab eo,

---

[1] sequeretur [2] spissum *om., lacuna hiante* [3] motore [4] nec [5] sicut [6] ad ultimum superius . . . inferioris sensibilium *om.*; *cf. p. 195,10—12* [7] cum [8] sicut [9] *sic!* (*p. 196,10* earum) [10] aëre, *omisso* in [11] in finem [12] et *om.* [13] ita perfecti] imperfecti [14] generis *om.* [15] in *om.*

quia fluens ab aliquo exit ab essentia eius a quo fluit. Similiter anima defluxa est ab intelligentia et exit ab essentia intelligentiae fluendo ab ea; et iste exitus animae sicut uirtutis[1] a re forti non prohibet quin anima sit substantia, quia res fluxa ab intelligentia est substantia in semet ipsa, etsi sit accidens, quia fluxa est a substantia.

Et propter fluxum substantiarum simplicium aliarum ab aliis, et etiam substantiarum inferiorum ab illis, scilicet exitu uirtutis a re forti et non exitu essentiae ab essentia, oportet ut essentiae substantiarum[2] superiorum non propter hoc minuantur, scilicet propter generationem substantiarum inferiorum ab eis. Nec oportet quod hae uires separentur ab illis substantiis superio- p. [illegible]
ribus, ut calor ignis non minuitur nec discedit ab eo, cum illuminat aërem circa eum, et non est calor illemet, quia ignis potest remoueri, remanebit tamen calor in aëre; et similiter cum infunditur[3] lumen solis super terram, non minuitur[4] lumen solis, quod est in essentia eius, licet lumen quod est super terram et in essentia solis non sit idem.

D. Cum uirtus dei sit infinita, aequaliter debet respicere omnia, et non p. [illegible]
magis propinquum quam remotum.

M. Verum est, ubi causatum propinquum magis esset paratum recipere actionem primi. Vnde uirtus dei in se non diuersificatur; nec propter hoc est finita, quia receptio formae in materia non est nisi secundum praeparatio- d. [illegible]
nem materiae.

Et sciendum quod ad apprehensionem horum inferius est exemplum superioris, et manifestum facit intelligere occultum. — Ad sciendum ergo p. [illegible]
terminos aeque distantes inter substantias simplices et partes corporis uniuersalis debemus ponere materiam primam contra substantiam sustinentem[5] omnes formas corporis, quia materia est sustinens[6] omnium formarum; et ponere substantiam intelligentiae contra quantitatem, quia intelligentia habet duas uires, quare diuisio[7] accidit ei; et ordinare[8] substantiam animae contra figuram quae continet quantitatem; et substantiam naturae contra colorem, quod est ultimum partium corporis, ut natura est ultimum substantiarum simplicium, et fit color etiam per naturam; et sicut[9] uisus quo plus penetrat colorem, figuram, quantitatem et usque ad substantiam, tanto fit obscurior propter subtilitatem[10] suam, et quo plus redit ad colorem, tanto fit certior propter grossitudinem suam: similiter intellectus quo magis penetrat illud quod est post substantiam susti- p. [illegible]
nentem nouem praedicamenta, scilicet substantia spiritualis, donec perueniat[11] ad materiam primam, quae est contra substantiam, obscurior fit[12] propter

---

[1] uirtus, *ut ACMN* [2] essentiae substantiarum] substantiae [3] influitur [4] minuit [5] sustinentes [6] formas corporis quia materia est sustinens om.; *cf. p. 203, 17* [7] dimensio [8] ordinat [9] sic [10] subtilitate [11] perueniant [12] sit

suam subtilitatem, et e contrario, quo plus redit a prima materia et exierit ad propinquiorem ex substantiis, erit clarior et manifestior propter suam grossitudinem. Vade quando uis apprehendere substantiae spirituales, oportet ut erigas tuum intellectum ad ultimum intelligibile[1] et purges eum et mundifices ab omni sordo sensibili et a captiuitate naturae et fias quasi ignarus rerum sensibilium, et uidebis tunc ante oculos tuos substantias spirituales, et essentiam tuam, tamquam tu sis idem cum illis, et totum mundum
p. 205 natitantem in illis, ut nauis in mari et auis in aëre; et in materia prima uniuersali uidebis mirabilius omni mirabili, et ibi est delectatio magna et felicitas magna.

D. Fac me scire, si uires substantiarum simplicium sunt finitae uel infinitae. Si finitae, quomodo habuerunt esse a uirtute infinita? Si infinitae, quomodo ergo procedit ab eis aliquid finitum?

M. Voluntas, i. e. uirtus efficiens has substantias, finita est[2] secundum effectum et infinita secundum essentiam suam. Et dicitur finita secundum
p. 206 effectum solummodo, quia secundum actionem habet initium; et est infinita secundum essentiam, quia non habet initium. E contrario de intelligentia, quia habet principium, eo quod creata est, et non habet finem, quia simplex est et non temporalis.

Et hae solent appellari circuli et rotae, quamuis figura circuli conueniat corpori tantum. Et circuli et rotae[3] uocantur, quia quaedam sunt altiores[4]
p. 207 aliis et continentes alias; ut uirtus naturalis comprehendit corpus, agendo in illud, et anima uegetabilis naturam, agendo similiter in[5] illam, et intelligentia similiter in[6] animam rationalem; et inferior ex his continetur in altiori[7]; et anima uniuersalis sustinet totum mundum corporalem et imaginat quicquid est in illo et uidet, ut animae particulares sustinent nostra corpora et imaginant et
p. 209 uident quicquid est in eis; et ad nutum substantiae altioris mouentur omnes substantiae et obediunt sibi; et uidetur mihi quod anima particularis sequitur dispositionem mundi uniuersalis.

Tractatus quartus.

p. 211 Iam manifestum est tibi ex dictis materiam et formam esse in substantiis compositis. Per quae potes[8] scire similiter materiam et formam esse in substantiis simplicibus, quia eadem est ratio utrobique, quia nihil est in inferiori[9], quod non sit in altiori substantia; unde rotae[10] spirituales sunt
p. 212 ad instar corporalium, et e contrario. — Huius etiam signum est, quia sub-

---

[1] intelligentiae [2] est *om.* [3] circuli et rotae *om.*, *lacuna hiante* [4] altiora [5] *ante* in *add.* et [6] in *om.* [7] altior [8] potest [9] in inferiori] inferior [10] *post* rotae *add.* corporales

quia fluens ab aliquo exit ab essentia eius a quo fluit. Similiter anima defluxa est ab intelligentia et exit ab essentia intelligentiae fluendo ab ea; et iste exitus animae sicut uirtutis[1] a re forti non prohibet quin anima sit substantia, quia res fluxa ab intelligentia est substantia in semet ipsa, etsi sit accidens, quia fluxa est a substantia.

Et propter fluxum substantiarum simplicium aliarum ab aliis, et etiam substantiarum inferiorum ab illis, scilicet exitu uirtutis a re forti et non exitu essentiae ab essentia, oportet ut essentiae substantiarum[2] superiorum non propter hoc minuantur, scilicet propter generationem substantiarum inferiorum ab eis. Nec oportet quod hae uires separentur ab illis substantiis superio- p. 280
ribus, ut calor ignis non minuitur nec discedit ab eo, cum illuminat aërem circa eum, et non est calor illemet, quia ignis potest remoueri, remanebit tamen calor in aëre; et similiter cum infunditur[3] lumen solis super terram, non minuitur[4] lumen solis, quod est in essentia eius, licet lumen quod est super terram et in essentia solis non sit idem.

D. Cum uirtus dei sit infinita, aequaliter debet respicere omnia, et non p. 281
magis propinquum quam remotum.

M. Verum est, ubi causatum propinquum magis esset paratum recipere actionem primi. Vnde uirtus dei in se non diuersificatur; nec propter hoc est finita, quia receptio formae in materia non est nisi secundum praeparatio- d. 282
nem materiae.

Et sciendum quod ad apprehensionem horum inferius est exemplum superioris, et manifestum facit intelligere occultum. — Ad sciendum ergo p. 283
terminos aeque distantes inter substantias simplices et partes corporis uniuersalis debemus ponere materiam primam contra substantiam sustinentem[5] omnes formas corporis, quia materia est sustinens[6] omnium formarum; et ponere substantiam intelligentiae contra quantitatem, quia intelligentia habet duas uires, quare diuisio[7] accidit ei; et ordinare[8] substantiam animae contra figuram quae continet quantitatem; et substantiam naturae contra colorem, quod est ultimum partium corporis, ut natura est ultimum substantiarum simplicium, et fit color etiam per naturam; et sicut[9] uisus quo plus penetrat colorem, figuram, quantitatem et usque ad substantiam, tanto fit obscurior propter subtilitatem[10] suam, et quo plus redit ad colorem, tanto fit certior propter grossitudinem suam: similiter intellectus quo magis penetrat illud quod est post substantiam susti- p. 284
nentem nouem praedicamenta, scilicet substantia spiritualis, donec perueniat[11] ad materiam primam, quae est contra substantiam, obscurior fit[12] propter

[1] uirtus, *ut ACMN* [2] essentiae substantiarum] substantiae [3] influitur [4] minuit [5] sustinentes [6] formas corporis quia materia est sustinens om.; *cf. p. 203, 17* [7] dimensio [8] ordinat [9] sic [10] subtilitate [11] perueniant [12] sit

suam subtilitatem, et e contrario, quo plus redit a prima materia et exierit ad propinquiorem ex substantiis, erit clarior et manifestior propter suam grossitudinem. Vnde quando uis apprehendere substantias spirituales, oportet ut erigas tuum intellectum ad ultimum intelligibile[1] et purges eum et mundifices ab omni sordo sensibili et a captiuitate naturae et fias quasi ignarus rerum sensibilium, et uidebis tunc ante oculos tuos substantias spirituales, et essentiam tuam, tamquam tu sis idem cum illis, et totum mundum
p. 205 natitantem in illis, ut nauis in mari et auis in aëre; et in materia prima uniuersali uidebis mirabilius omni mirabili, et ibi est delectatio magna et felicitas magna.

D. Fac me scire, si uires substantiarum simplicium sunt finitae uel infinitae. Si finitae, quomodo habuerunt esse a uirtute infinita? Si infinitae, quomodo ergo procedit ab eis aliquid finitum?

M. Voluntas, i. e. uirtus efficiens has substantias, finita est[2] secundum effectum et infinita secundum essentiam suam. Et dicitur finita secundum
p. 206 effectum solummodo, quia secundum actionem habet initium; et est infinita secundum essentiam, quia non habet initium. E contrario de intelligentia, quia habet principium, eo quod creata est, et non habet finem, quia simplex est et non temporalis.

Et hae solent appellari circuli et rotae, quamuis figura circuli conueniat corpori tantum. Et circuli et rotae[3] uocantur, quia quaedam sunt altiores[4]
p. 207 aliis et continentes alias; ut uirtus naturalis comprehendit corpus, agendo in illud, et anima uegetabilis naturam, agendo similiter in[5] illam, et intelligentia similiter in[6] animam rationalem; et inferior ex his continetur in altiori[7]; et anima uniuersalis sustinet totum mundum corporalem et imaginat quicquid est in illo et uidet, ut animae particulares sustinent nostra corpora et imaginant et
p. 208 uident quicquid est in eis; et ad nutum substantiae altioris mouentur omnes substantiae et obediunt sibi; et uidetur mihi quod anima particularis sequitur dispositionem mundi uniuersalis.

Tractatus quartus.

p. 211 Iam manifestum est tibi ex dictis materiam et formam esse in substantiis compositis. Per quae potes[8] scire similiter materiam et formam esse in substantiis simplicibus, quia eadem est ratio utrobique, quia nihil est in inferiori[9], quod non sit in altiori substantia; unde rotae[10] spirituales sunt
p. 212 ad instar corporalium, et e contrario. — Huius etiam signum est, quia sub-

---

[1] intelligentiae [2] est *om.* [3] circuli et rotae *om.*, *lacuna hiante* [4] altiora [5] *ante* in *add.* et [6] in *om.* [7] altior [8] potest [9] in inferiori] inferior [10] *post* rotae *add.* corporales

stantiae[1] spirituales conueniunt in materia, differunt autem in forma, quia habent diuersos effectus. — Item, non possunt esse forma tantum uel materia tantum, quia ambae sunt compositae. — Item, si essent materia tantum, non agerent, cum actio sit formae[2] tantum; nec possunt esse[3] forma tantum, cum p. 222 forma non sit sine materia. — Item, non est possibile ut substantia intelligibilis sit una res tantum, nec duae materiae, nec duae formae; ergo est ex materia et forma. — Item, cum substantiae spirituales differant a compositis p. 225 et etiam inter se, et differentia non est nisi per formam: habent formam. Vnde quamuis omnes substantiae spirituales conueniant in forma spirituali, differunt tamen propter materias quae eas sustinent, quia si illa materia proxima est primo factori, est in fine subtilitatis, et forma similiter, et e contrario. Sicut lumen colis aliud apparet in aëre spisso et claro, similiter est forma ad materiam spissam et claram.

Ordo substantiarum spiritualium patet, quia, sicut substantia corporalis p. 227 habet triplicem ordinem[4] — in primo est spissum corpus, in secundo corpus subtile, in tertio materia et forma ex quibus componitur —: similiter[5] et substantia spiritualis; in primo ordine est substantia spiritualis quae sequitur substantiam corporalem, deinde substantia spiritualis quae est simplicior illa, tertio materia et forma ex quibus hae componuntur.

Et licet substantiae dicantur compositae quantum ad ea quae sunt supra, p. 218 sunt tamen simplices quantum ad ea quae sunt[6] infra se. — Et intelligentia non apprehendit rem nisi per unionem formae illius rei cum forma sua. p. 222

Quod iterum sit materia et forma in illis, patet, quia post unum sequuntur duo; ergo post factorem primum, quod unum uere est, sequitur quod habet duo, scilicet materiam et formam; uel non differret a primo. — Et etiam patet p. 223 per hoc quod res nec omnino sunt diuersae nec omnino similes. — Et intellectus cum percipit rem[7], non apprehendit eam[8] nisi quia finita est apud eum; res autem non est finita nisi per suam formam, quia res infinita non habet formam qua fiat[9] unum et differat ab alio; et ideo deus est infinitus, et ideo omne creatum habet formam qua finitur, cum sit finitum. — Item, partes omnium rerum sunt ex materia et forma; ergo et totum omnium rerum oportet esse similiter. — Item, omnia resoluuntur in materiam et formam; ergo omnia habent materiam et formam. [Item.] Si esset materia tantum, non possent[10] fieri formae per eam; et si esset forma tantum, non fierent materiae, nec posset existere sola; et si nec est materia nec forma, erit primus factor, p. 225 quod est impossibile; post factorem enim primum nihil est nisi materia et forma. — Item, si res resoluuntur ad duas radices, istae radices aut erunt

---

[1] substantiae *om.* [2] *forma* [3] possunt esse *addidi* [4] ordo [5] similiter *addidi ex p. 217,20* [6] ad ea quae sunt *addidi* [7] cum percipit rem *addidi ex p. 223,20* [8] ea [9] fuit [10] possent.

duae materiae, aut duas formae, aut nec duae materiae nec duae formae, aut una materia et una forma. Et hoc ultimo modo est possibile; et sic omnia
p. 226 componuntur ex materia et forma. — Item, quod est, ab extremo[1] inferiori[2] usque ad extremum superius extensum est continuum; sed supremum inferius componitur ex materia et forma; ergo similiter et omnia quae sunt usque ad extremum[3] superius; et sic in intelligibilibus non est nisi materia et forma uniuersalis.

Item, ordo illarum, scilicet materiae et formae uniuersalium, quae sunt in spiritualibus substantiis, patet; quia sicut materia omnium corporum est uniuersalis, quia in ipsa conueniunt omnes aliae materiae, et forma similiter corporum uniuersalis, quia omnes formae conueniunt in hac intentione: sic
p. 227 oportet quod in substantiis intelligibilibus sit materia uniuersalis sustinens formas intelligibiles, et ita omnes materiae intelligibiles communicant; et una forma uniuersalis similiter, in qua communicant omnes formae intelligibiles.

Et sic patet quod omnium sensibilium et intelligibilium non est nisi una materia generalis et una forma generalis similiter, quia omnes materiae
p. 228 in illam primam materiam spiritualem resoluuntur similiter. Vnde licet una forma sensibilium sit separabilis et alia succedat, ut in cera, in intelligibilibus uero et in caelo sit forma inseparabilis: non propter hoc sunt materiae diuersae sensibilium et illorum, quia uidemus in una materia et eadem numero corporali diuersas formas, quarum una est separabilis, alia inseparabilis.

p. 229 Sunt enim tres materiae; una est materia spiritualis simplex, qua nulla est simplicior, scilicet quae non induit formam; et alia est materia composita corporalis, qua non est alia magis corporea; et alia est media. De prima materia, quae non induit formam, dico quod materia quae induit formam simplex est et spiritualis, sed est alia ab ea quae non induit formam, sicut dixit Plato. Sed uides quod materia corporalis, i. e. quantitas quae sustinet formam coloris et figurae, non est forma[4] corpori quod eam sustinet, sicut color et figura est forma illi; aut sicut corpus solum, denudatum forma, quod est simplicius corpore habente qualitatem, est materia sustinens qualitatem: sic ipsum potest esse forma alii materiae quae est simplicior eo[5], quia resoluitur in eam. Vnde materia magis corporea ex illis debet esse forma simpliciori[6], quia in illam resoluitur, donec ueniat resolutio[7] ad materiam simplicem
p. 230 certissime. — Et quod manifestum est, forma est occulti; et sic una est materia substantiarum corporalium et intelligibilium. Et quod materia corporalis est forma spiritualis materiae, quia resoluitur in eam; et quod quo[8] magis manifesta est sensui, est[9] eo[10] similior formae, et quo remotior est a sensu, similior est materiae, ut materiae simplicium: ex his sequitur quod materia

---

[1] extremo *addidi ex p. 226,3* [2] infinito [3] supremum [4] forma *addidi ex p. 229,18* [5] ea [6] simplicior [7] resoluendo [8] quia [9] et [10] ideo

prima quae sustinet totum, est una, de qua hic est intentio. Vnde patet quod p. 231 diuersitas rerum non est a materia, sed a formis, quae sunt diuersae et multae, materia autem est una.

Ostenso quod una materia prima est uniuersalis tantum, ostendendum p. 232 est quod similiter est una forma uniuersalis tantum perficiens illam materiam. Et uia istius probationis est una, scilicet resoluendo omnes formas in primam, ut in materia. Cum enim materia uniuersalis sit, ut uisum est, et materia non potest esse exspoliata a forma uno ictu oculi, nec forma sine materia: oportet quod forma uniuersalis sit ex debito unita materiae uniuersali, et e contrario. Et quamuis forma det[1] esse materiae, non tamen habet esse per p. 233 se, quia, si habet esse et[2] appropriatur per illud, sic intellectus formae est intellectus esse, uel aliud[3]. Si idem sunt, quomodo ergo alterum est proprietas alterius? Si est ita, sicut materia est essentia una, cum[4] unitas sit[5] eius proprietas: unitas tamen forma est materiae, et est alia ab ea; et forma non est nisi unitas, quia materia describitur per eam, et descriptio est aliud a descripto; et licet materia sit una de se ipsa, tamen essentia unitatis aliud est a materia, quia forma non est nisi debito materiae. Vnde omnes formae p. 234 sunt unitas, et ipsa est forma omnibus et non materia, cum sit proprietas materiae. — Item, quod unitas sit forma, patet, quia omnes proprietates[6] unitatis sunt affixae formae, quia unitas est efficiens multitudinem et retinens illam et dans esse et continens eam et existit in omnibus partibus eius et sustentata est in eo quod est sibi subiectum. Et ideo dixerunt quod numerus p. 235 est principium omnium, propter unitatem quae est principium numeri et forma omnium. Sed quamuis unitas sit forma omnium, non tamen radix omnium ipsa tantum, sed materia et forma; unde melius est dicere quod numerus est radix omnium, scilicet binarius, quam unitas. Sed iterum rectius est dicere quod[7] tria sint origo omnium, ut[8] unitas assimiletur formae et dualitas materiae. — Et quod binarius sit similis materiae, patet, quia proprietates unius illorum conueniunt alii, quia binarius ponitur sub unitate, ut materia sub forma, et unitas est supra binarium. Item, binarius est diuisibilis, sic et materia; et unitas est indiuisibilis[9], sic et forma. Et etiam, materia diuiditur in duas p. 236 partes, in materiam substantiarum simplicium et in materiam substantiarum compositarum. Et sic tria sunt principia omnium; et sic una est forma et duo est materia. Vnde omnia ordinantur et generantur secundum ordinationem numerorum[10], quod patet. Vnitas enim est forma[11] essentialis intelligentiae, quia

---

[1] debet [2] et *om.* [3] *post* aliud *add.* esse idem intellectus uel aliud [4] cum] tamen [5] est; *cf. p. 234,20* [6] omnis proprietas [7] ut [8] ut] quam quod; *cf. p. 236,8* [9] diuisibilis [10] numerum [11] *post* forma *add.* animae simul (*l.* similis), *quae duo uerba ex eis quae insequuntur huc irrepserunt*

p. 238 non potest ab ea separari, et *forma* animae similis[1] est duobus, quia mouetur a propositionibus ad conclusionem, ab identitate ad diuersitatem; et *forma* animae sensibilis similis est tribus, quia apprehendit corpus quod est ternae dimensionis, et per triplex medium, scilicet colorem, figuram et motum; et *forma* naturae est similis[2] quatuor, propter quatuor uirtutes suas. Et sic omnia ordinantur et constituuntur secundum naturam numeri, et omnia cadunt sub *forma* intelligentiae, sicut omnes numeri cadunt sub uno, et oriuntur a forma[3] et resoluuntur in illam, sicut omnes numeri oriuntur ab uno et resoluuntur in illud.

p. 240 Et sic *forma* uniuersalis infusa est et impressa ab uno puro uero altissimo in tota materia et continens illam et dans omnibus esse, scilicet forma uniuersalis, i. e. unitas sequens unitatem agentem; et ideo dicitur quod forma retinet et perficit materiam, quia forma est unitas, et unitas retinet et constituit et perficit omnia et communis est[4] omnis rei, et in omni re. Et forma est ex impressione unitatis agentis secundum quod *forma* creata est, scilicet quod *forma* est; et e s s e non est impressio, quia impressio eget sustinente[5], et esse non praecedit aliquid subiectum; et postquam non est impressio, est creatio; et quando esse fit creatione, et esse est proprium for-
p. 241 mae: constat quod *forma* creata est. — Et haec *forma* penetrat essentiam
p. 240 materiae totam, ut lumen aërem. Formae rerum sensibilium et caeli et intelligentiae et animae sunt[6] separatae[7] et multae in se, propter naturam earum[8]; sunt tamen una forma in intellectu formae uniuersalis. Et non sunt ita subtiles, sicut illa, ut lumen infusum ab alio differt medium a primo et postremum[9] a[10] medio in claritate et spissitudine, et hoc propter grossitudinem materiae
p. 243 uel subtilitatem, et non propter lumen in se ipso. Et ideo una substantia est sapientior[11] alia et perfectior propter subtilitatem materiae, ut intelligentia et anima. Et materia non est sic spissa uel subtilis, nisi propter propinquitatem uel elongationem a lumine et multiplicitatem[12] partium materiae; ut aër, quo plus elongatur a lumine uisus, minus uidetur, et formae in eo; similiter lumen infusum in hyle, quo magis hyle descenderit, minus illuminatur a lumine; unde prima pars cuiuslibet rei plus recipit de lumine quam secunda, et secunda quam tertia, et sic de aliis, quia partes mediae non permittunt
p. 244 lumen penetrare usque ad ultimam; unde lumen debilitatur propter materiam, non propter se. Et hoc patet in lumine solis penetrantis tria uitra, quia primum uitrum plus habet de lumine quam secundum, et secundum quam tertium. — Et etiam, quia omne quod plus remouetur a principio ad finem,

---

[1] simul (fil') [2] simul (*ut supra*) [3] a forma *addidi* [4] est *om.* [5] sustinentem [6] sicut [7] inseparabiles, *sed cf. p. 242,7* [8] naturam earum] naturarum [9] postremo [10] a] et a [11] est sapientior est [12] *post* multiplicitatem *add.* animae.

est debilius, ut lumen solis. — Vnde aliquando debilitatur propter materiam, p. 265
aliquando propter se; et non est contrarietas.

Et sicut anima sensibilis continet omnes formas sensibiles sub ea et ad p. 266
ipsam reducuntur, et anima rationalis sustinet substantiam et omnes formas p. 267
quae sunt in ea, et intelligentia sustinet omnes formas quae sunt infra eam propter suam subtilitatem, et sicut omnes materiae reducuntur ad materiam primam et sunt formae illi: similiter omnes formae reducuntur ad unam. — Et formae quae uidentur in uigilando sunt exemplum earum quae uidentur in somno, et hae formae apprehensae in somno sunt exemplum formarum intelligibilium interiorum. Et sic formae[1] inferiores[2] defluxae sunt a spiritualibus p. 268
formis, ut sicut formae artificiales sunt in artificialibus ab anima, sic colores et figurae diuersae sint[3] in animalibus et plantis a natura et anima. Si enim essent ab elementis, numquam diuersificarentur; sed semper essent uno modo praedictae formae. Vnde sicut formae particulares sensibiles sunt influxae a formis spiritualibus particularibus, sic formae uniuersales sensibiles substan- p. 269
tiarum uniuersalium sensibilium sunt influxae a formis uniuersalibus substantiarum spiritualium.

Quod una substantiarum simplicium fluat ab alia, patet per actiones earum quae sunt similes, quia forma intelligentiae apprehendit[4] formas et p. 270
cognoscit eas, et forma animae rationalis apprehendit omnes formas intelligibiles et cognoscit eas cum motu et transitu per eas, et forma animae sensibilis apprehendit omnes formas corporales et cognoscit eas mouendo totalitatem corporum locis, et forma animae uegetabilis apprehendit essentias corporum et mouet partes eorum in loco, et forma naturae agit coniunctionem, attractionem, commutationem partium et similia; et hae actiones sunt similes; et ideo una forma harum substantiarum simplicium fluit ab alia[5].

Vnde forma infusa est omnibus formis, ut infusio solis per totum aërem p. 271
a supremo superiori usque ad ultimum, ita quod nihil est uacuum ab ea. Vnde forma mouendo a supremo superiori usque ad infimum semper ingrossatur, ita quod infimum perdit motum neque potest mouere. — Et diuersitas formae est[6] propter elongationem eius ab origine sua, i. e. forma prima, quae p. 272
est unitas secunda, patiens a prima unitate agente; et non fuit prima unitas agens per unitatem numeri, sed secunda patiens ab ea. Et quia unitas numeri multiplicabilis est, ideo et diuisibilis[7]; ideo et prima forma multiplicabilis in plures formas usque ad infimum. — Et sic lumen defluxum a uoluntate potest esse propinquius uni quam alii; et quamuis ipsa sit infinita secundum essentiam suam, est tamen finita secundum actionem suam siue secundum formam

---

[1] *post* formae *add.* intelligibiles [2] interiores; *sed cf. p. 248,3* [3] sunt
[4] apprehendens [5] illa [6] est *om.* [7] diuersitas

quae est defluxa[1] ab ea, quia eius actio habet terminum, et sic est finita; et
p. 253 forma similiter est finita quia habet principium. Vnde uoluntas media est
inter essentiam altissimam et formam defluxam a uoluntate. Sed quando in-
telligimus uoluntatem non agentem, tunc ipsa non[2] est media nec finita, sed
ipsa et essentia idem. — Quando igitur uoluntas est finita secundum actionem,
tunc non longe est a uero intellectu, quod ex luminibus quae fluunt ab ea
unum est propinquius si quam aliud, et propinquius similius est ei; et e con-
p. 254 trario. — Et quia forma habuit principium, oportuit quod haberet finem;
ut forma intelligentiae prima est omnium formarum, et est finita secundum
quod habet esse ab eo qui creauit illam. — Et omnis forma est in uoluntate
actu respectu agentis; est autem potentia in eadem omnis forma respectu
facti[3], uirtute cuius[4] materia uniuersalis acquisiuit omnes formas sustentatas[5]
p. 255 in ea, ut aër acquirit sibi lumen a sole; et illae formae in materia uniuersali
sunt paruae aut nullae respectu formae uoluntatis, ut lumen aëris respectu
luminis solis. — Et primum lumen uoluntatis non dicitur forma, ut secundum
lumen, quia non continetur in materia, ut secundum, et ideo nulli est forma. —
Et sic erunt tres formae. Prima est forma quae est in essentia uoluntatis; et
haec non est forma nisi solo nomine et non secundum ueritatem; unde im-
possibile est ut forma intelligentiae, quae est in essentia uoluntatis, sit talis
ante defluxum eius ab essentia uoluntatis, qualis est post defluxum, cum
coniuncta est materiae. Secunda forma est forma coniuncta materiae actu,
p. 256 quae est forma intelligentiae uniuersalis. Tertia forma est opinata extra
materiam, sed[6] coniuncta[7] materiae in potentia. Ceterae autem formae con-
tinentur sub forma uniuersali. Vnde Plato diuidit formam tripliciter; una
quae est in potentia, non in materia adhuc, secunda forma quae est actu
coniuncta materiae, tertia est forma elementorum, scilicet quatuor qualitates.

Tractatus quintus.

p. 257 Iam claruit mihi ex praemissis quatuor tractatibus, quod in omnibus
quae sunt, tam sensibilibus quam intelligibilibus, non est[8] nisi materia uni-
uersalis et forma uniuersalis; et de his per se est nostra intentio in hoc trac-
tatu quinto; et haec sunt scala ad scientiam de uoluntate et scientiam
de essentia.

p. 258 Oportet ergo penitus exspoliare intellectum a sensibilibus, qui uult habere
cognitionem de illis, scilicet formae et materiae uniuersalis. Et quamuis in-

---

[1] quae est defluxa *addidi ex p.* 252,22 [2] non *om.* [3] facti (*cf. p.* 254,24)] scientia. [4] *post* cuius *add.* uoluntas (*ex* uoluntatis *puto, ut quod uocabulum glossema fuerit ad* cuius, *ortum* [5] sustentantes [6] sed (*cf. p.* 256,8)] scilicet [7] coniunctam [8] est *addidi ex p.* 257,6

tellectus sit infra eas, apprehendit tamen eas, scilicet materiam uniuersalem et formam uniuersalem, quia substantia intelligentiae est substantia uniuersalis simplex in extremitate simplicitatis[1] et spiritualitatis; et ideo diffusa est in omnibus et unita cum omnibus[2]; unde quando infunditur in materia uniuersali[3] et forma uniuersali[4], et unitur cum eis, apprehendit quamlibet illarum. Et etiam quia materia uniuersalis et forma uniuersalis sunt de essentia intelligentiae, affirmandum[5] est quod intelligentia scit essentiam suam; et ideo scit materiam uniuersalem et formam uniuersalem, quia scit essentiam quae est composita ex materia uniuersali et forma uniuersali; unde apprehendit quae sunt supra eam, secundum tamen modum secundum[6] quem sunt defixa in ea, et non p. [illegible]
secundum quem[7] sunt absolute. Et iterum intelligentia apprehendit materiam uniuersalem et formam uniuersalem, quando considerat differentiam illarum in essentia[8] sua, et etiam differentiam ipsarum ad intelligentiam. Differentia in essentia ipsarum est, quia natura materiae est praeter naturam formae in se ipsa; differentia ipsarum ad intelligentiam est, quia forma intelligentiae scit se ipsam et sciendo se ipsam[9] scit se esse formam, et sciendo se esse formam[10] scit quod continetur in materia, et quod materia quae eam sustinet est substantia[11] eius; et sic intellectus hominis potest apprehendere illa duo.

Materia autem et forma differunt per haec: sustinere et sustineri, secundum quod sunt composita inter se. In essentia autem sua differunt quaelibet p. [illegible]
ab alia ea ipsa; et intelligo hanc differentiam oppositionis, et[12] non conuenientiae, quia non est aliquid super eas in quo conueniant. — Ad imaginandum p. [illegible]
autem diuersitatem inter materiam et formam, quamuis haec sint unita, ponendum est exemplum in corpore et colore, quae differunt in materia et forma; unde corpus est simile materiae, et color formae, et sensus inter colorem et corpus discernens[13] apprehendens colorem, similis est[14] intelligentiae[15] discernenti inter materiam et formam et apprehendenti formam per se. Et etiam p. [illegible]
diuersitas materiae et formae similis est diuersitati corporis et animae et diuersitati animae et intelligentiae, quia talis est comparatio formae ad materiam, qualis animae ad corpus et intelligentiae ad animam est.

Qui uult ergo materiam imaginari per se, debet eam imaginari tamquam rem, quae est in ultimo fine eorum quae sunt posita[16], in ultima extremitate substantiarum sitam, ut locum omnium rerum, scilicet ex intellectu sustinentis. Similiter imagina formam per se tamquam rem continentem omnia continentia

---

[1] simplicis [2] in omnibus . . . cum omnibus] cum omnibus et unita; *correxi ex p. 258, 15—16* [3] una [4] una [5] ad affirmandum [6] secundum *addidi* [7] secundum quem *addidi* [8] in essentia *om., lacuna hiante* [9] se ipsam *addidi ex p. 259,20* [10] et sciendo se esse formam *addidi* [11] substantia *addidi* [12] etiam [13] discernens *addidi* [14] similis est] fil'e [15] intelligentiae *addidi* [16] sunt posita *correxi ex p. 262,19*: ponuntur

uniuersali[1] et constituentem omnes essentias quae continet.[2] Et illud est
p. 263 quod intelligentia apprehendit de re, cum speculatur quid est[3] ex intellectu sustentati[4]. Vel imagina quod essentia materiae est uirtus spiritualis, considerata[5] in se, non habens formam; et imagina[6] quod essentia formae est lumen adiuuentum, quod attribuit ei in quo est proprietatem et intellectum speciei et formae [apprehendere][7]. — Et haec per se accepta sunt difficilis aut impossibilis apprehensionis.

p. 264 Diuersitas formae uniuersalis et materiae uniuersalis secundum considerationem esse intelligentiae haec est[8], scilicet per diuersitatem materiae et formae intelligentiae. Et hoc est, quod intelligentia est speculatiua omnium et forma omnium et omnia sunt in essentia eius; et sic diuersitas inter materiam et formam omnium patet per diuersitatem materiae et forma suae. Et
p. 265 quamuis intelligentia sciat res per unionem formae suae cum formis illarum, potest tamen scire materiam illarum propter hoc quod cognoscit formam earum quae applicatur materiae; et etiam quia forma intelligentiae applicatur ad
p. 266 materiam suam, in qua sunt omnes aliae materiae. Et sic forma inuenit se et materiam simul; et forma[9] intelligentiae in cognoscendo se cognoscit omnes formas alias a se, quia est uniuersalis ad illas. Et licet materia intelligentiae non habeat eam, tamen forma intelligentiae scit eam sciendo a semet, quia scit quod habet materiam sustinentem se, ex quo scit esse se formam et diuersam ab ea, et quod[10] est praeter eam.

p. 267 Et imaginatio applicationis formae cum materia est sicut applicatio[11] luminis cum aëre[12] et sicut applicatio toni, i. e. motus, cum uoce, et alicuius substantiae spiritualis cum alia, et sicut adiunctio substantiarum spiritualium cum accidentibus spiritualibus et cum substantiis corporalibus, et intellectus cum intellecto et sensus cum sensato. Et sic est productio formae in materiam a deo sancto[13] de priuatione ad esse, ut emissio sensus super sensatum. —
p. 268 Vnde patent[14] praedicta, quod materia et forma intelligentiae sunt uniuersales, quia continent omnes formas et materias. Et iterum forma intelligentiae sciendo se scit se esse diuersam ab aliis formis non per[15] se ipsam.

p. 269 Et materia intelligentiae[16] est prima simplex et uera, quia materia non est supra se, a qua diuitur et in quam resoluitur, neque sensu neque intellectu; et similiter est de forma eius.

---

[1] uniuersaliter [2] continet] nouit continet. [3] quid est] quid' (*i. e.* quidem) [4] sustentanti [5] *legendum est* constituta; *cf. ad. p. 263,7* [6] imaginem [7] apprehendere *delendum; cf. p. 263,9* [8] haec est *addidi ex p. 264,17* [9] formam [10] quod *(cf. p. 266,18) om.* [11] imaginatio [12] aeris cum lumine, *ubi lineolis ante* aeris *et ante* lumine *additis haec uerba alterum loco alterius ponenda esse significatur* [13] secundo [14] patet [15] non per *addidi, collato loco p. 268,21—269,2* [16] intelligentia

Et etiam materia prima quae est una non dicitur genus generalissimum. p. 270
Item, quod omne sit a forma, patet, quia quicquid est, aut est sensibile, p. 271
aut intelligibile; sed sensus et intellectus non applicantur nisi formae sensibili
et intelligibili, quae sunt obstacula inter formam intelligentiae et animae et
inter materias formarum sensibilium et intelligibilium. Formae enim non
coniunguntur nisi formis, quia obuiant illis propter conuenientiam earum sub
uno genere. Vnde materia sine forma habet esse in potentia tantum, et cum
recipit formam, exit in actum. Vnde materia in se non habet esse, nec forma p. 273
similiter, sed potentia tantum; cum autem uniuntur[1], habent esse actu ambo,
et fit alia natura composita, quae prius non erat in illis; et sic est exitus p. 274
omnium in esse.

Et sic materia de se idem est quod priuatio, quia postquam[2] esse non
est nisi propter formam, et inter esse et[3] non esse[4] non est medium, est
materia priuatio. Et non dicitur priuata, nisi ab esse actuali; est enim in
potentia in scientia aeterni, scilicet sicut esse intellectus est in anima. Item, p. 275
si materia esset priuata simpliciter[5], impossibile esset exire eam ad actum,
nec intellectum similiter. Et priuatio modo est, sicut tenebrositas aëris, et p. 276
forma materiae sicut lumen aëris. Vnde materia ante coniunctionem sui habet
esse omne cum forma potentia, et forma cum materia[6] potentia. p. 277

Et praeterea sciendum quod essentiae omnium formarum quae sunt in p. 280
forma uniuersali sunt ipsa essentia formae uniuersalis, id est formae intelli-
gentiae, quae magis est collectiua omnium formarum quam aliqua alia forma,
quia per se ipsam unitur cum omnibus formis; unde uniuersalitas[7] omnium
formarum est essentia propria intelligentiae. Et intelligentia non apprehendit p. 281
hyle per se, sed mediantibus anima et sensibus, quia hyle est extra essentiam
eius; apprehendit autem formas per se, quia sunt in essentia eius, cum
forma etiam particularis, ut anima, apprehendat eas. Et iterum, cum formae[8] p. 282
omnium sint essentialiter in[9] intelligentia, constituunt essentiam intelligentiae,
et e conuerso, quia simplex constituit compositum, et forma intelligentiae est p. 283
simplex respectu aliarum.

Et hoc intelligendum est de rebus spiritualibus, et non de corporalibus, p. 284
quia res materiales non sunt in intelligentia nisi per sensum. Vnde intelli-
gentia indiget sensibus ad apprehendendum ea, quia haec sensibilia non sunt
in intelligentia, sed extra, spiritualia uero sunt in intelligentia; et ideo haec
apprehendit per se. Et quod intelligentia non apprehendat sensibilia habentia p. 285
materiam, est quia intelligentia est ualde subtilis, et haec est ualde grossa, et

---

[1] unitur [2] postquam *addidi ex p. 274,9* [3] et *om.* [4] *ante* esse *add.* est [5] simplex [6] *i. e.* esse cum materia [7] utilitas [8] forma [9] in *om.*

coniunctio subtilis cum grosso non potest fieri sine medio conuenienti utrique; et ideo necesse est quod intelligentia apprehendat illa mediante sensu, qui est medius inter intelligentiam et materiam illorum. Similiter forma animae intelligentis non est similis formis corporum, quia una est spiritualis, alia corporalis; et ideo non apprehendit illas sine medio sensu, quia cognitio[1] nihil aliud est quam unio formarum intelligentis et intellecti. Et similiter sensus apprehendit formas sensibilium mediantibus instrumentis et aëre[2], quia[3]
p. 267 conueniunt utrique extremorum. — Vnde substantia composita propter suam grossitudinem et spissitudinem et repugnantiam[4] ad penetrationem formarum
p. 268 non est susceptibilis multarum formarum; substantia uero spiritualis e contrario est propter suam subtilitatem; et quanto erit subtilior, tanto receptibilior, ut in natura et in anima, et sic procedendo usque ad intelligentiam.

Materia propria formae intelligentiae est extremitas sublimior formae
p. 269 uniuersalis, recipiens formam intelligentiae, quae sustinet omnes formas, a uoluntate, in qua est omnis forma plene et perfecte, et quae est totum, et totum in ipsa; et materia non recipit a uoluntate secundum uirtutem uoluntatis, sed secundum quod essentia materiae parata est recipere. Et id luminis[5] quod materia recipit a uoluntate, minimum uel nihil est respectu eius quod est in uoluntate. Et haec forma est in uoluntate actu respectu facti, potentia uero respectu factoris. Formae enim in causis perfectiores sunt quam in causatis, quia formae non sunt in causatis nisi ex parte intuitus causarum in causata. Vnde dicit Plato quod formae fiunt[6] in intelligen-
p. 270 tia ex intuitu uoluntatis, et fiunt in anima uniuersali ex intuitu[7] intelligentiae uniuersalis; similiter fiunt in natura et in substantia ex intuitu animae uniuersalis in naturam. Et intuitus unius in aliud idem est quod aequidistantia[8] aliarum ab aliis et defluxio uirium et luminum
p. 271 aliarum in alias. Vnde anima et natura sunt idem[9] quod est sub eis; sicut intelligentia est idem cum omnibus eis quae sunt infra eam et dat omnibus esse: sic est anima et natura. Et intelligentia est locus formarum intelligi-
p. 272 bilium, et hyle est locus formarum naturalium; et formae unitae sunt in intelligentia, dispersae uero secundum quod sunt in rebus. Et inueni esse omnes formas existentes in materia prima, et nouem praedicamenta in substantia, et formas intelligibiles in anima quae sustinet ea; unde si omnes
p. 273 formae sunt in intelligentia, multo magis sunt in materia prima; sic deinceps, quod supra haec est.

Et forma uniuersalis continet materiam, intelligentia animam, et anima corpus; et uoluntas formam continet, et deus uoluntatem et quicquid materiae est in ea et formae, sine comparatione et exemplo[10]. — Et licet qualitas

---

[1] coniunctio [2] aer [3] qui [4] resultantiam [5] id luminis (*cf. p.* 289,5) *om., sex litterarum loco non expleto* [6] sunt [7] intill'itu [8] eque distantia [9] ididem [10] extremo

sustineatur in quantitate, et substantiae spirituales inferiores in superioribus, sed prima duo quantum ad sensum tantum: tamen[1] color et figura et cetera genera simul sunt in substantia. Et similiter omnium esse formarum simul p. 294
est in prima materia, quia talis est comparatio sustentationis primae materiae ad omnes formas, qualis est sustentationis intelligentiae et animae ad formas intellectas et substantiae ad nouem praedicamenta et qualitatis ad colorem et figuram.

Et quanto aliqua forma magis appropinquatur sensui, magis est manifesta; ut color manifestior est quam figura, deinde figura, tertio quantitas, quarto substantia, quinto natura, sexto anima, ultimo intelligentia, quae plus sensui occultatur omnibus aliis, scilicet propter spiritualitatem suam. Et p. 295
inferius est speculum superioris[2]. Et formae spirituales latent in corporalibus[3], ut anima rationalis in corpore, et quaelibet uirium suarum coniungitur formae quae sibi conuenit in subtilitate; et discernit formam qualitatis et quantitatis a forma substantialitatis, deinde discernit formam substantialitatis a forma[4] p. 296
naturae, deinde formam naturae a forma animae, deinde formam animae a forma intelligentiae, et formam intelligentiae a materia prima et forma prima.

Et materia prima et forma prima agunt in omnibus, quia sustinent omnia, et superiora in inferioribus. Et forma prima, quae est forma intelligentiae, agit esse in omnibus. Vnde materia prima et forma prima et omnino p. 297
substantiae simplices non habent causam efficientem nisi deum, cum causa efficiens debeat esse extra effectum siue causatum suum; sed extra substantias simplices nihil est nisi deus qui eas creavit.

Et sciendum quod omne esse a deo usque ad infimum omnium diuiditur quatuor modis, scilicet an est, quid est, quale est, et quare est. Horum autem dignissimum est illud de quo quaeritur an est tantum, ut deus; deinde illud de quo quaeritur quid est tantum, ut intelligentia; infra p. 298
hanc autem est illud de quo quaeritur quid est et quale est tantum, ut anima; infra hanc autem est illud de quo quaeritur quid est, quale est, quare est, ut natura et generata ex ea. Et haec ordinantur secundum ordinem numeri, quia quaestio[5] an est similis est[6] unitati, quia quaerit de esse tantum; et quid est duobus assimilatur, scilicet generi et differentiae;

---

[1] tantum tamen *addidi ad explendam lacunam sex litterarum* [2] *Verba* Et inferius est speculum inferioris, *ad quae cf. p. 295,18—19:* et ut esse manifestum sit speculum occulti, *in codice post uerba* ut anima rationalis in corpore *inueniuntur. Ea huc transponenda esse cum ipsius Auencebrolis uerborum serie, tum inde elucet, quia his inter uocabula* in corpore *et* et quaelibet uirium suarum *insertis non habes quo illud* suarum *(scil.* animae; *cf. p. 295,23—24) referas* [3] corporibus [4] a forma *(cf. p. 296,1) om.* [5] quaestio *addidi ex p. 302,9* [6] est *om.*

et quale est tribus, quia sustinetur in quid est; et quare est quatuor, quia in quid est, quale est et an est refertur, quae sunt tres.

p. 306 Praeterea forma notior est quam materia, quia materia est extra essentiam intelligentiae et animae, et forma intra; item, quia forma est uestiens, materia uestita; et quia materia similis est priuationi, forma uero esse; et quia materia est in potentia, forma uero in actu.

p. 307 Et sicut esse formae spiritualis, quod est in anima, unitur cum materia, et ab intelligentia cum anima[1]: sic forma quae est in scientia dei unitur cum intelligentia et exit de potentia ad actum, et hoc sine tempore; et ideo illa forma non est sine materia uno ictu oculi; forma autem quae exit ab anima non est sic.

p. 308 Et intelligentia finita est quantum ad utramque sui partem, a parte
p. 309 superiori propter uoluntatem quae est supra eam, et ab inferiori propter hyle quae[2] est extra eius essentiam. Vnde substantiae spiritnales[3] quantum ad materiam sunt finitae, quia differunt per illam, et distinctio est causa finis; quantum ad formas sunt infinitae a parte inferiori, quia una forma fluit ab
p. 310 alia. Et sciendum est quod illa pars materiae quae est supra caelum, ab ipso magis ascendens ad principium creationis, magis est[4] formae spiritualis; illa autem pars quae magis descendit a caelo inferius ad quietem erit formae cor-
p. 311 poralis magis. — Et materia et intelligentia et anima comprehendunt caelum,
p. 312 ut caelum elementa. — Et sicut, si tu existimaueris animam tuam stare in extrema parte caeli altiore et ipsam respicientem terram, terra apparebit quasi punctus respectu caeli: similiter[5] est substantia corporalis et spiritualis
p. 313 respectu uoluntatis. Et materia prima stabilis est[6] in scientia dei, ut terra in medio caeli; et forma diffusa per eam ut lumen per aërem[7]. Et forma dicitur lumen, quia proprium est ipsius detegere materiam, ut proprium est luminis detegere
p. 314 occultas res. — Et materia est locus formae, uoluntàs uero est locus utriusque simul; et sic est duplex locus, spiritualis et corporalis.

p. 315 Et sciendum est quod unitas influxa a uoluntate, sine ipsa sit uoluntas[8], ligat materiam cum forma; et ideo illa unio est stabilis, firma et perpetua a principio suae creationis; et sic unitas sustinet omnia.

p. 316 Et materia mobilis est ad recipiendum formam propter appetitum materiae ad recipiendum bonitatem et delectationem, dum recipit formam. Similiter omne quod est appetit moueri propter hoc ut assequatur aliquid bonitatis primi esse; et quo aliquid propinquius est primo esse, facilius conse-

---

[1] *cf. p. 307,3—4:* similiter haec forma est in intelligentia, et postea exit ad animam et unitur cum ea [2] quod [3] substantiae spiritualus *post* quia differunt *cod.* [4] et [5] et similiter [6] est *om.* [7] aërem *om., spatio quinque litterarum non expleto* [8] *haec apud Auencebrolem non leguntur*

quitur illud[1]; et quo[2] remotius est, tardius assequitur illud et longiori motu
et tempore. Et motus materiae et aliarum substantiarum nihil aliud est quam p. 317
appetitus et amor mouentis ad quod mouetur, ut materia ad formam propter
desiderium primi esse; materia enim acquirit lumen ab eo quod est in essentia p. 318
uoluntatis, quod cogit materiam moueri ad uoluntatem et desiderare eam; et
in hoc sunt similes materia et uoluntas. Et quia materia est receptibilis
formae in se ipsa defluxae fluxu uiolentiae et necessitatis: oportet ut moueatur
materia ad recipiendum formam; et ideo obligata sunt uoluntati[3] et oboe-
dientia ad inuicem. Vnde per illud lumen quod habet materia a uoluntate,
mouetur ad ipsam et desiderat, incomplete tamen; sed quando recipit formam,
nihil deficit ei ad cognoscendum et desiderandum illam, et non restat materiae
quod inquirat; sicut aër in mane habet splendorem a sole imperfectum, sed
in meridie habet splendorem perfectum et non[4] restat ei quod inquirat a sole.
Vnde desiderium motus primi est similitudo inter substantias omnes et factorem p. 319
primum, quia inditum est omnibus moueri ad primum, quia hyle particularis
desiderat formam particularem, ut hyle herbarum et animalium, quae mouentur
in generando ad formas herbarum et animalium et patiuntur a forma particulari
agente in ipsa; similiter anima sensibilis mouetur ad formas sensibiles,
et anima rationalis ad intelligibiles, quia anima particularis quae uocatur
intellectus primus, dum est in suo[5] principio, est receptibilis formae, sed cum p. 320
receperit formam intelligentiae uniuersalis quae est intellectus secundus[6], et
fiet intelligentia: tunc erit fortis ad agendum et uocabitur intellectus secundus;
et ex quo animae particulares habent[7] tale desiderium, oportet quod animae
uniuersales habeant desiderium formarum uniuersalium. Similiter dicendum
est de materia naturali, i. e. substantia quae sustinet nouem[8] praedicamenta,
quia haec materia mouetur ad suscipiendum qualitates primas, et postea ad
formam metallinam, deinde uegetabilem, deinde sensibilem, deinde rationalem,
deinde intelligibilem, donec coniungantur formae intelligentiae uniuersalis.
Et sic materia prima desiderat formam primam; et omnia quae sunt desiderant
unionem et commixtionem, ut per hoc assimilentur suo principio; et ideo p. 321
genera, species, differentiae et contraria uniuntur per aliquid in singularibus.

Vnde materia est ut cedula aperta et tabula cum [illegible] forma uero est
ut forma depicta et uerba disposita, ex quibus lector [illegible] scientiae.
Et quando anima nouit illa, desiderat cognoscere pictor[illegible]orum, ad p. 322
cuius essentiam impossibile est ascendere. Vnde mat[illegible] sunt duae
portae clausae intelligentiae, quas difficile est aperire [illegible] intrare
per eas, quia substantia intelligentiae est infra eas e[illegible] sis. Et

---

[1] illud] ab alio [illegible] nit tem) [2] quod [illegible] cf. p. 318,12 [4] et non om[illegible] 320,1 [6] legend[illegible] p. 320,3 [7] habentes [illegible]

quando anima subtiliauerit se, donec possit penetrare eas, peruenit ad uerbum, i. e. uoluntatem perfectam; et tunc quiescit motus eius, et durat delectatio eius.

p. 224 Exemplum autem quod uoluntas uniuersalis agat formam uniuersalem in materia intelligentiae est quod uoluntas particularis agit formam intelligi-
p. 225 bilem particularem in anima sine tempore, et in materia animae uitam et motum essentialem, et in materia naturae motum localem et alios motus. Sed omnes isti motus deriuati sunt a uoluntate; et sic omnia mouentur a uoluntate, ut anima mouet et facit quiescere corpus secundum uoluntatem suam. Et hic motus diuersus est secundum maiorem approximationem uoluntatis et minorem. — Et remota actione ab ipsa uoluntate ipsa erit idem cum
p. 226 essentia prima; cum actione uero alia est ab illa. Vnde uoluntas est sicut depictor omnium formarum, et materia cuiuslibet rei sicut tabula, et forma cuiuslibet rei est sicut pictura tabulae. Et ligat formam cum materia et diffunditur per totam materiam a summo usque ad infimum, ut anima in corpus; et sicut uirtus solis diffundens lumen suum unitur cum lumine et cum illo descendit in aëre: sic uirtus uoluntatis unitur cum forma quam influit in
p. 227 omnibus et descendit cum illa; et secundum hoc dicitur quod prima causa est in omnibus et nihil[1] sine ea.

p. 229 Voluntas retinet omnia mediante forma; unde etiam dicitur quod forma retinet omnia[2]; unde forma est medium inter uoluntatem et materiam, et acquirit a uoluntate[3] et dat materiae. — Et uoluntas agit sine tempore et motu propter fortitudinem suam. Cum actio animae et intelligentiae et infusio luminis sit subitanea[4], multo plus actio uoluntatis.

p. 228 Creatio autem a creatore alto et emanatio[5] est sicut exitus aquae manantis a sua origine; et sequitur alia post aliam sine intermissione et quiete, illa autem est sine motu et tempore. Sigillatio autem formae in materia, quando influit a uoluntate, est sicut sigillatio sine resultatio formae in speculo, quando
p. 231 cernitur. Et sicut sensus recipit formam sensati sine materia, similiter omne agens in aliud non agit nisi per suam formam quam imprimit in illud tantum. Vnde genera, species, differentia, propria, accidentia et omnes formae in materia non sunt nisi impressio a sapientia.

D. Fac me scire quare anima priuata est ab his impressionibus sapientiae et non habet eas nisi studio multo.

M. Anima creata est sciens scientiam[6] quae est ei propria; sed postquam unitur corpori, elongatur a receptione illarum impressionum sibi pro-

---

[1] $\overset{i}{\text{n}}$ (*i. e.* nisi; *scribendum erat* $\overset{l}{\text{n}}$, *i. e.* nihil) [2] *post* omnia *glossema* intelligitur mediante uoluntate, id est per uoluntatem [3] a uoluntate] uoluntatem [illegible]bit ** [5] emananatio [6] scientia

quitur illud[1]; et quo[2] remotius est, tardius assequitur illud et longiori motu
et tempore. Et motus materiae et aliarum substantiarum nihil aliud est quam p. 327
appetitus et amor mouentis ad quod mouetur, ut materia ad formam propter
desiderium primi esse; materia enim acquirit lumen ab eo quod est in essentia p. 328
uoluntatis, quod cogit materiam moueri ad uoluntatem et desiderare eam; et
in hoc sunt similes materia et uoluntas. Et quia materia est receptibilis
formae in se ipsa defluxae fluxu uiolentiae et necessitatis: oportet ut moueatur
materia ad recipiendum formam; et ideo obligata sunt uoluntati[3] et oboe-
dientia ad inuicem. Vnde per illud lumen quod habet materia a uoluntate,
mouetur ad ipsam et desiderat, incomplete tamen; sed quando recipit formam,
nihil deficit ei ad cognoscendum et desiderandum illam, et non restat materiae
quod inquirat; sicut aër in mane habet splendorem a sole imperfectum, sed
in meridie habet splendorem perfectum et non[4] restat ei quod inquirat a sole.
Vnde desiderium motus primi est similitudo inter substantias omnes et factorem p. 329
primum, quia inditum est omnibus moueri ad primum, quia hyle particularis
desiderat formam particularem, ut hyle herbarum et animalium, quae mouentur
in generando ad formas herbarum et animalium et patiuntur a forma particulari
agente in ipsa; similiter anima sensibilis mouetur ad formas sensibiles,
et anima rationalis ad intelligibiles, quia anima particularis quae uocatur
intellectus primus, dum est in suo[5] principio, est receptibilis formae, sed cum p. 330
receperit formam intelligentiae uniuersalis quae est intellectus secundus[6], et
fit intelligentia: tunc erit fortis ad agendum et uocabitur intellectus secundus;
et ex quo animae particulares habent[7] tale desiderium, oportet quod animae
uniuersales habeant desiderium formarum uniuersalium. Similiter dicendum
est de materia naturali, i. e. substantia quae sustinet nouem[8] praedicamenta,
quia haec materia mouetur ad suscipiendum qualitates primas, et postea ad
formam metallinam, deinde uegetabilem, deinde sensibilem, deinde rationalem,
deinde intelligibilem, donec coniungantur formae intelligentiae uniuersalis.
Et sic materia prima desiderat formam primam; et omnia quae sunt desiderant
unionem et commixtionem, ut per hoc assimilentur suo principio; et ideo p. 331
genera, species, differentiae et contraria uniuntur per aliquid in singularibus.

Vnde materia est ut cedula aperta et tabula cum cera, forma uero est
ut forma depicta et uerba disposita, ex quibus lector acquirit finem scientiae.
Et quando anima nouit illa, desiderat cognoscere pictorem mirabilem eorum, ad p. 332
cuius essentiam impossibile est ascendere. Vnde materia et forma sunt duae
portae clausae intelligentiae, quas difficile est aperire intelligentiae et intrare
per eas, quia substantia intelligentiae est infra eas et composita ex eis. Et

---

[1] illud] ab alio (*p. 316,36:* bonitatem) [2] quod [3] uoluntate; *sed cf. p. 318,12* [4] et non *om.* [5] *cf. ad p. 320,1* [6] *legendum* tertius; *cf. ad p. 320,3* [7] habentes [8] .I.

quando anima subtiliauerit se, donec possit penetrare eas, peruenit ad uerbum, i. e. uoluntatem perfectam; et tunc quiescit motus eius, et durat delectatio eius.

p. 334 Exemplum autem quod uoluntas uniuersalis agat formam uniuersalem in materia intelligentiae est quod uoluntas particularis agit formam intelligi-
p. 335 bilem particularem in anima sine tempore, et in materia animae uitam et motum essentialem, et in materia naturae motum localem et alios motus. Sed omnes isti motus deriuati sunt a uoluntate; et sic omnia mouentur a uoluntate, ut anima mouet et facit quiescere corpus secundum uoluntatem suam. Et hic motus diuersus est secundum maiorem approximationem uoluntati et minorem. — Et remota actione ab ipsa uoluntate ipsa erit idem cum
p. 336 essentia prima; cum actione uero alia est ab illa. Vnde uoluntas est sicut depictor omnium formarum, et materia cuiuslibet rei sicut tabula, et forma cuiuslibet rei est sicut pictura tabulae. Et ligat formam cum materia et diffunditur per totam materiam a summo usque ad infimum, ut anima in corpus; et sicut uirtus solis diffundens lumen suum unitur cum lumine et cum illo descendit in aëre: sic uirtus uoluntatis unitur cum forma quam influit in
p. 337 omnibus et descendit cum illa; et secundum hoc dicitur quod prima causa est in omnibus et nihil[1] sine ea.

p. 339 Voluntas retinet omnia mediante forma; unde etiam dicitur quod forma retinet omnia[2]; unde forma est medium inter uoluntatem et materiam, et acquirit a uoluntate[3] et dat materiae. — Et uoluntas agit sine tempore et motu propter fortitudinem suam. Cum actio animae et intelligentiae et infusio luminis sit subitanea[4], multo plus actio uoluntatis.

p. 346 Creatio autem a creatore alto et emanatio[5] est sicut exitus aquae manantis a sua origine; et sequitur alia post aliam sine intermissione et quiete, illa autem est sine motu et tempore. Sigillatio autem formae in materia, quando influit a uoluntate, est sicut sigillatio siue resultatio formae in speculo, quando
p. 351 cernitur. Et sicut sensus recipit formam sensati sine materia, similiter omne agens in aliud non agit nisi per suam formam quam imprimit in illud tantum. Vnde genera, species, differentia, propria, accidentia et omnes formae in materia non sunt nisi impressio a sapientia.

D. Fac me scire quare anima priuata est ab his impressionibus sapientiae et non habet eas nisi studio multo.

M. Anima creata est sciens scientiam[6] quae est ei propria; sed postquam unitur corpori, elongatur a receptione illarum impressionum sibi pro-

---

[1] n̊ (*i. e.* nisi; *scribendum erat* u̇, *i. e.* nihil) [2] *post* omnia *glossema* intelligitur mediante uoluntate, id est per uoluntatem [3] a uoluntate] uoluntatem [4] subit ~~ [5] emananatio [6] scientia

priarum propter tenebrositatem corporis ipsam cooperientem et extinguentem lumen eius et ingrossantem, sicut est in speculo claro, quod cum adiungitur substantiae spissae, obscuratur lumen eius. Et ideo formauit deus subtilitate[1] p. [illegible]
substantiae suae hunc mundum, et disposuit secundum hunc pulcherrimum ordinem in quo est, et aptauit animae sensus, in quibus cum exercitatur, occultatam in ea manifestatur actu; et anima apprehendendo sensibilia est similis homini uidenti multa, et cum discedit ab eis, non remanet in ea nisi imaginationis uisio et memoriae.

Sciendum est etiam quod materia fit ab essentia, forma uero a uoluntate. p. [illegible]
Et dicitur quod materia est kathedra dei, et uoluntas donatrix formae sedet p. [illegible]
in ea et quiescit super eam. Et per scientiam istorum[2] ascenditur ad ea quae p. [illegible]
sunt post haec, scilicet ad causam propter quam est quicquid est; et haec est[3] scientia de saeculo deitatis, quod est totum maximum; et quicquid infra illud est, comparatione eius est ualde paruum.

Explicit liber fontis uitae.

---

[1] subtilitatem [2] *post* istorum *add.* et istam [3] est *om.*